SECVNDVM VOLVMEN.

ARISTOTELIS
STAGIRITAE
DE RHETORICA, ET POETICA
LIBRI,
CVM
AVERROIS
CORDVBENSIS
IN EOSDEM PARAPHRASIBVS:

QVORVM NVMERVM VERSA
PAGINA MONSTRAT.



Cum ſummi Pontificis, Gallorum Regis,
Senatusq; Veneti decretis.

VENETIIS APVD IVNTAS .M D L.

IN HOC SECVNDO VOLVMINE HÆC CONTINENTVR.

ARISTOTELIS Artis Rhetoricæ libri Tres, Georgio Trapezuntio interprete. fol.1.
Rhetorica ad Alexandrum, Francisco Philelpho interprete. .67.
De Poetica, Alexandro Paccio, patritio Florentino interprete. 81.
AVERROIS Paraphrases in libros Tres Rhetoricorum, Abramo de Balmes interprete. .129.
Paraphrasis in librum Poeticæ, Iacob Mantino interprete. .189.
Libri quidem omnes recogniti, & in Summas nõnulli: omnes vero in Capita diuisi.
Summarum, ac Capitum index in voluminis initio.

Hæc autem omnia præfationem legenti magis innotescent.

INDEX SVMMARVM, AC CAPITVM LIBRORVM, QVI IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Summa, ac Capita Primi libri artis Rhetoricæ Aristotelis.

SVMMA LIBRI.

DE Rhetorices cum Dialectica, conuenientia, eius utilitate, essentia, subiecto, ac instrumentis. De triplici Rhetorices, Causarũue generibus, ipsorũ finibus, circa quæ unumquodq; uersetur, ac quibus utatur, exquisita enarratio. fol.1.
De eisdem Rhetoricam ac dialecticam esse. Eos, qui de Rhetorica ante Aristotelem scripserũt, defectuose, ac non recte scripsisse. Quæ sit ipsius utilitas. Cap.1. .1.
Quid sit Rhetorica, quod eius subiectum, quomodo se ad Dialecticam habeat, & ex quibus rebus principalibus oratio cõficiatur. Cap.2. .1.
De Tribus Rhetoricæ, seu Causarum generibus, et finibus ipsorum. Cap.3. .3.
De quibus Deliberatio esse soleat. Cap.4. .3.
De Deliberantium fine, Felicitate scilicet: de ijs, in quibus ipsa consistat: ac de ipsorum unoquoq; singillatim. Cap.5. .3.
De Vtili, ac bono. Cap.6. .4.
De maiore ac minore Bono. Cap.7. .5.
Per quoscendas esse rerumpublicarum species, ac ciuitatum mores ad bene consulendum. Quot, & quæ sint ciuitatum species. Cap.8. .6.
De Honesto ac Laudabili: quæ ad Demonstratiuũ genus pertinent. Cap.9. .6.
De Accusatione, & Defensione, quæ ad Iudiciale genus pertinent: ac primum de eo, quod est iniuriam afferre. Cap.10. .7.
De Iucundis. Cap.11. .8.
Quomodo se habentes, & quibus iniuriantur. Cap.12. .9.
De Iniuria, iureq; factis. Cap.13. .9.
De maiore ac minore Iniuria. Cap.14. .10.
De inartificiali Fide. Cap.15. .11.

Summa, ac Capita Secundi libri artis Rhetoricæ.

SVMMA LIBRI.

DE hominum Affectibus: ætatum, ac fortunæ Moribus. De Possibili ac Impossibili, Amplificatione & Attenuatione, cunctis orationibus communibus. De probationum generibus, Exemplo scilicet, ac Enthymemate: eoque tum uero, tum apparenti: ac eiusdem solutionibus. De Sententia item, tanquam ipsius parte. fol.11.
Quod auditores afficiendi sunt. Cap.1. .11.
De Ira. Cap.2. .11.
De Mansuetudine. Cap.3. .12.
De Amicitia, & Amore, & eorum con[illegible]. Cap.4. .12.
De Tumore, & eius contrario. Cap.5. .13.
De Verecundia, & Inuerecundia. Cap.6. .14.
De Gratia. Cap.7. .14.
De Commiseratione. Cap.8. .14.
De Indignatione. Cap.9. .15.
De Inuidia. Cap.10. .15.
De Aemulatione. Cap.11. .16.
De moribus Iuuenum. Cap.12. .16.
De moribus Senum. Cap.13. .16.
De moribus ætatis mediæ. Cap.14. .17.
De moribus Nobilium. Cap.15. .17.
De moribus Diuitum. Cap.16. .17.
De moribus Potẽtiũ & Fortunatorũ. Ca.17. .17.
Quod sunt quædam omnibus generibus communia. Cap.18. .17.
De Possibili & Impossibili. Cap.19. .17.
De Amplificatiõe, ac Attenuatione. Cap.20. .18.
De Exemplo. Cap.21. .18.
De Sententia. Cap.22. .18.
De Enthymemate. Cap.23. .19.
De locis Enthymematum. Cap.24. .19.
De apparentiũ Enthymematiũ locis. Cap.25. .21.
De Enthymematum solutionibus. Cap.26. .21.
Amplificationem, & Attenuationem non esse enthymematis locum, nec refutatiua, & affirmatiua Enthymemata diuersas esse species. Cap.27. .22.

Summa, ac Capita Tertij libri artis Rhetoricæ.

SVMMA LIBRI.

DE ijs, quæ ad Dictionem, Eloquutionem'ue pertinent. De partiũ ordine in ipsa Oratione. fol.22.
De partibus Rhetoricæ. Cap.1. .22.
De Eloquutionis uirtute. Cap.2. .22.
De Frigidis. Cap.3. .23.
De Imagine. Cap.4. .23.
De Latinitate. Cap.5. .23.
De Amplitudine ac Breuitate eloquutionis. Cap.6. .24.

De Decoro in eloquutione, Cap. 7. .24.
De Numero. Cap. 8. .24.
De pendente Oratione, ac eius contraria. Caput. 9. .24.
De Vrbanis, Cap. 10. .25.
Quid sit ante oculos ponere Cap. 11. .25.
De diuersis dicendi generibus. Cap. 12. .26.
De partibus Orationis. Cap. 13. .26.
De Exordio. Cap. 14. .26.
Loci ad dissoluendum Calumniam. Cap. 15. .27.
De Narratione. Cap. 16. .27.
De Confirmatione. Cap. 17. .28.
De Occasione interrogandi. Cap. 18. .28.
De Peroratione. Cap. 19. .29.

Capita Paraphrasis Auerrois in libros Rhetoricorum Aristotelis.

CAPITA PRIMI LIBRI.

Caput Primum. De libri necessitate, & cui scientiarum attineat. fol. 29.
Caput Secundum. De Vtilitate artis Oratoriæ. .30.

Tractatus.

Caput Primum. De definitione Rhetoricæ, & eius diuisione. .30.
Caput Secundum. De instrumẽtis Rhetoricis. .31.
Caput Tertium. De generibus præmissarum huius artis. .31.
Caput Quartum. De Exemplo. .32.
Caput Quintum. De Enthymemate. .32.
Caput Sextum. De triplici genere Causarum. .32.
Caput Septimũ. De Fine singulorum generũ causarum. .32.
Caput Octauum. De Præmissis propriis unicuique generi causarum, & primo de propriis Deliberatiuo. .32.
Caput Nonum. De locis inferentibus Iuuantia & Noxia. .34.
Caput Decimum. De locis inferentibus magis Iuuatium, uel magis Noxium. .35.
Caput Vndecimum. De rebus, quibus fit bona persuasio, aut dissuasio Statutorum. .36.
Caput Duodecimum. Sermo de Laude & Vituperatione. .37.
Caput Tertium decimum. Sermo de Accusatione, & Defensione. .38.
Caput Quartum decimum. De Iocundis, & Tristibus. .39.
Caput Quintum decimum. De rebus, quibus fit Iniuria. .40.
Caput Decimum sextum. De Statutis. .42.
Caput Decimum septimum. De Testibus. .42.
Caput Decimum octauũ. De Cõstitutionibus. .43.
Caput Decimum nonum. De Torturis. .43.
Caput Vigesimum. De Iuramentis. .43.

Capita Paraphrasis in secundum librum Rhetoricorum.

Caput Primum. De necessarijs generi Iudiciali. fol. 43.
Caput Secundum. Sermo de Ira. .44.
Caput Tertium. De rebus Iram promouentibus. .44.
Cap. Quartum. Sermo de Iram lenientibus. .45.
Caput Quintum. De Amicitia & Amore. .45.
Caput Sextum. De Timore. .46.
Caput Septimum. De Fortitudine. .47.
Caput octauum. Sermo de Verecundia, & Vitio & Inuerecundia. .47.
Caput Nonum. De constitutione Gratiæ, & reditu gratiarum. .48.
Caput Decimum. De Dolore. .49.
Caput Vndecimum. De Superbia. .49.
Caput Duodecimum. De Inuidia. .50.
Caput Decimum tertium. De Gaudio. .50.
Caput Decimum quartum. De Compassione & Contristatione. .50.
Caput Decimum quintum. De moribus Iuuenum. .51.
Caput Decimum sextum. De Decrepitorum moribus. .51.
Caput Decimum septimum. De moribus Senum. .51.
Caput Decimum octauum. De rebus necessarijs, & propriis Iudiciali generi. .51.
Caput Decimum nonum. De rebus cõmunibus constitutionibus propositionum trium generũ orationis. .52.
Caput Vigesimum. De complemento locorum rhetoricorum, & primo de Coniectura, & Opinione. .52.
Cap. Vigesimum primũ. De Enthymemate, eiusq; præmissis. .54.
Caput Vigesimum secundum. De locis, quæ sunt sedes Enthymematum. .54.
Caput Vigesimum tertium. De locis Increpationis. .55.
Caput Vigesimum quartum. De locis Confutationis, quibus utitur auditor. .56.

Capita Paraphrasis in tertium librum Rhetoricorum.

Caput Primum. Præfatio dicendorum in hoc libro. fo. 57.
Caput Secundũ. De dictionibus simplicibus. 57.
Caput Tertium. De Præceptis oratorijs in usu permutatarum dictionum. .58.
Caput Quartũ. De oratorijs Obseruationibus. 59.
Caput Quintum. De Temporibus partibus orationis opportunis. .61.
Caput Sextum. De cæteris obseruandis in simplicibus constituentibus orationem. .61.
Caput Septimum. De partibus Orationum, & suo ordine, & primo de Exordio. .63.
Caput Vltimum. De Præceptis interrogationum rhetoricarum. .65.

Summa ac Capita libri Rhetoricæ ad Alexandrum Aristotelis.

SVMMA LIBRI.

DE tribus Causarum generibus, Probationibus omnibus, Elocutione, ac Orationis partibus, tum in uniuersum, tum singillatim in unoquoque Causarum genere. fol. 67.

De genere Deliberatiuo. Cap. 1. .67.
Quæ sint consultanda. Cap. 2. .68.
De genere Demonstratiuo. Cap. 3. .69.
De genere Iudiciali. Cap. 4. .70.
De Quæstione. Cap. 5. .70.
Quæ communia sunt omnibus generibus. Caput. 6. .70.
De Probationibus. Cap. 7. .70.
De Exemplis. Cap. 8. .71.
De Coniecturis. Cap. 9. .71.
De Commentationibus. Cap. 10. .71.
De Sententia. Cap. 11. .71.
De Signo. Cap. 12. .72.
De Argumento. Cap. 13. .72.
De Probabili, & differentijs supradictorum. Caput. 14. .72.
De Testimonio & Testibus. Cap. 15. .72.
De Quæstione. Cap. 16. .72.
De Iureiurando. Cap. 17. .72.
De Præoccupatione. Cap. 18. .72.
De Postulatis. Cap. 19. .73.
De Iteratione. Cap. 20. .73.
De Facetijs, Prolixitate orationis, Breuitateq;, ac earum medio. Cap. 21. .73.
De Nominum compositione. Cap. 22. .74.
De Filo orationis texendo. Cap. 23. .74.
De Oratione dilucida. Cap. 24. .74.
De Contentionibus. Cap. 25. .74.
De Compari. Cap. 26. .74.
De similiter Cadente. Cap. 27. .74.
De Exordijs in Deliberatiuo causarum genere. Caput. 28. .74.
De Narratione in eodem genere. Cap. 29. .75.
De ordine Narrationum. Cap. 30. .76.
De Confirmatione. Cap. 31. .76.
De Præoccupatione. Cap. 32. .76.
De Suadendi, Dissuadendiq; forma. Cap. 33. .76.
De Orationis partibus in Demonstratiuo genere. Cap. 34. .77.
Accusationis, Quæstionisq; præcepta: quæ ad Iudiciale genus spectant. Cap. 35. .77.
De Quæstionis speciebus. Cap. 36. .79.
Peroratio antedictorum omnium per enumerationem, & amplificationem. Cap. 37. .79.

Summa, ac Capita libri de Poetica Aristotelis.

SVMMA LIBRI.

DE Poeseum cõuenientia, ac differentijs: Poesis origine, ac incremento: Tragœdiæ essentia, partibus, ac speciebus: Epopœiæ partes: Poetarũ inter se pationibus, ac defensionibus, Tragœdiæq; & Epopeiæ comparatione. fol. 81.

Quod sit operis propositum. Quæ Poeseum conuenientia, ac penes imitationes differentiæ. Caput. 1. .81.
De ipsius Poetices, suarũq;, specierum origine: ipsarum incremento, ac mutatione: Tragœdiæ atq; Epopœiæ similitudine. Cap. 2. .82.
Quæ sit Tragœdiæ essentiæ definitio. Cap. 3. .82.
Quot, & quæ sint ipsius Tragœdiæ partes quales, & quem inter se ordinẽ habeant. Cap. 4. .82.
De Fabulæ magnitudine. Cap. 5. .83.
De Fabulæ unitate. Cap. 6. .83.
Quæ sit inter Poesim, & Historiam differentia. Cap. 7. .83.
Quæ Fabulæ deterrimæ, & quæ pulcherrimæ. Cap. 8. .83.
De simplicibus, atq; implexis Fabulis: Peripetia, Agnitione, ac Perturbatione, fabulæ partibus. Cap. 9. .83.
Quot & quæ sint Tragœdiæ partes quantæ. Caput. 10. .84.

Quæ uitare, sectariq; texentes fabulas oporteat: & à quibus locis, Tragœdiæ ipsius opus ducatur. Cap.11. .84.
De Moribus. Cap.12. .84.
De Agnitionum speciebus. Cap.13. .85.
Quo pacto Decorum sit in ipsis fabulis inueniendum. Cap.14. .85.
Confictos sermones prius in uniuersum esse explicandos: postmodum Episodia legitime constituenda. Cap.15. .85.
De connexione, solutioneq; Fabulæ. Cap.16. .85.
De quatuor Tragœdiæ generibus. Quo pacto Tragœdia appellanda sit una, uel diuersa, ac de euitando Epopœiæ contextu in ipsa Tragœdia. Cap.17. .85.
De Choro. Cap.18. .86.
De Sententia. Cap.19. .86.
De Dictione, eius partibus, ac partium speciebus. Cap.20. .86.
De Dictionis uirtute. Cap.21. .87.
De Epopœia Heroica'ue imitatione ipsiusq; cum Tragœdia conuenientia, ac differentia. Caput. 22. .87.
De Obiectionibus in Poetas, earundemq; solutionibus. Cap.23. .88.
Vtra melior sit imitatio, Epopœica'ne, an Tragica. Cap.24. .88.

Capita Paraphrasis Alexandri Corydubensis in librum Poeticæ Aristotelis.

Caput primum. Quot, & quæ sint imitationis genera: ac ex quibus sermonibus imitatio ordinetur. .89.
Caput Secundum. De duabus alijs imitationis differentijs penes res imitatas, ac penes imitandi modum. .89.
Caput Tertium. De causis, à quibus orta est Poetica, & de aliquibus ipsius speciebus. .89.
Caput Quartum. Quæ sit Tragœdiæ essentiæ definitio: et quot, ac quæ sint ipsius partes quales. 90.
Caput Quintum. De Partibus Tragœdiæ qualibus. .90.
Caput Sextum. De Tragœdiæ partibus quantis: unde dicatur eius opus. De Moribus, Agnitione, Episodijs, Connexione, Solutioneq; fabulæ, Quatuor Tragœdiarum generibus, et Affectionibus, seu Sententijs. .91.
Caput Septimum. De Dictione, ac eius partibus, eiusq; uirtute. De imitatione Heroica, et peculiaribus defensionibus Poetarum. .92.

Finis.

GEORGII TRAPEZVNTII AD PAPAE THESAVRARIVM

PROLOGVS IN TRES RHETORICORVM LIBROS AD THEODECTEN A SE TRANSLATOS.



LIBROS Rhetoricorum Aristotelis, quos e Græca lingua in Latinam nuper traduxi, tuo potissimum nomini dedicaui. Est enim liber cæteris fere Aristotelis libris omnibus longe utilior, ijs præsertim qui multorum magnorũq; negotiorum onera subeunt: adeo ut facile animum inducere lector possit, aut multa se de rebus humanis hinc didicisse: aut quæ prius experiendo didicerat, cuncta hinc recognouisse. Mirum enim est sic ipsum omnia de moribus hominum per diuersas ætates atq; fortunas prudenter inuenisse, distincte explicasse, ornate conscripsisse, ut nihil ab eo præterm[i]tt[i] uideatur: nec secreta naturæ solum, ut summus omnium philosophus: sed abditas quoq; hominum mentes, motusq; recondit[os] non inurta peruolasse uidetur. quod ita esse tuq; te legendo iudicabis. nam ad alias laudes uirtutis humanitatisq; tuæ hæc etiam accedit, q, inter tot occupationes, labores q; tuos, legendi quoq; ratio tibi habeatur. Vnde fit, ut qui docti sunt, aut esse uidentur: eos omnes complectaris ac foueas. Sed de laudibus tuis dabitur tempus alias. Hunc uero librum nomini tuo traduxi, quoniam tuorum in me beneficiorum magnitudinem considero: plus meti bi debere inuenio, q; possim aut facultate aut ingenio aut dicendi copia deletam gratiam referre: quippe qui & magna mihi contuleris, & nulla re alia q; unica tibi humanitate commotus contuleris. Quare non esse a me alienum putaui, si uolens esse, quem tu me esse uoluisti: & si referre nullo pacto possim. Id tamen efficere, quo gratum animum meum ostenderem. Suscipias ergo reuerende mi Pater, traductionis meæ munusculum, & tibi recipienti pulcherrimum, & mihi offerenti ornatissimum.

ARISTOTELIS

ARISTOTELIS STAGIRITAE,

PERIPATETICORVM PRINCIPIS ARTIS RHETORICAE LIBER PRIMVS,

Georgio Trapezuntio interprete.

SVMMA LIBRI.

De Rhetorices cum Dialectica, conuenientia, eius utilitate, essentia, subiecto, ac instrumẽtis. De triplici Rhetorices, Causarum ue generibus, ipsorũ finibus, circa quæ unumquodque uersetur, ac quibus utatur, exquisita enarratio.

De eisdem Rhetoricam, ac Dialecticam esse. Eos qui de Rhetorica ante Aristotelem scripserunt, defectuose, ac non recte scripsisse.

Quæ sit ipsius utilitas. Cap. 1.

RHetorica Dialecticæ æquipollet. nam de ijs utraq; est, quæ omnium quodam modo communia, & nullius determinatæ scientiæ esse cognoscuntur. Quapropter omnes etiã utriusq; aliquo modo participes sunt. quippe omnes aliquousq; tum quærere ac reddere rationem, tum defendere & accusare conantur. Verum multi hæc temere, nõnulli exercitatione ac habitu facultant. Quę quoniã utroq; fieri modo possunt, patet quòd possunt & in certam rationem ac uiam redigi, cùm eius causam inspicere possimus, quo tam qui exercitatione, quàm qui casu dicunt, quod volunt adipiscuntur. id vero artis esse officium omnes recte concedent. Quicunq; igitur eloquentiæ artes ad presens usque composuerunt, partiam ipsius particulam adinuenerunt. Nam cùm fidem facere, artificiosum tantummodo sit, cętera vero accedant: ij de enthymematibus quæ persuasionis sunt nerui, nihil dicunt: de ijs autem quæ præter rem sunt, plurima pertractant. indignatio enim, misericordia, ira, cæteriq; animi affectus, non de ipsa re sunt, sed commouẽdi iudicis causa. Quare si quemadmodum in nonnullis ciuitatibus fieri solet, maximeq; in ijs quæ bonis legibus gubernantur, sic in omnibus quoque iudicijs esset: nihil profecto haberent qd dicerent. Nam oẽs oportere legibus esse ita constitutum arbitrantur, partim etiam utuntur, ac prohibent præter rem quicquam dicere, ut Areopagitæ, recte id ita putantes. Non enim oportet in iram aut inuidiam aut misericordiam impellẽdo, à recto iudicem flectere: ne similes ei simus, qui eam qua usurus sit, regulam prius inflecat. Ad hæc quoque perspicuum est, nihil ad litigantem pertinere, nisi ut ostendat, res sit, nec ne, & factum ne sit, an non. Si vero magnum aut parvum, iustum aut iniustum, quæ legislator non determinauit, ea non à litigantibus accipere, sed per seipsum iudicem scire oportet. Maxime igitur conuenit ut quę recte posita sunt leges, cuncta ipsæ explicent, quæ explicari queant, & quàm minima iudicibus relinquant. Primum, quia vnum aut paucos prudẽtes qui leges ferre aut iudicare possint, facilius est inuenire quàm multos. Deinde, quoniam longi temporis consideratione leges feruntur, iudicia breuissime conficiuntur, difficile est ut bene à iudicibus iustum & conducibile distribuatur. Illud autem omnium maximum est, quòd legislatoris iudicium nõ de singulis, nec de præsentibus, sed de vniuersalibus & de futuris est: senator vero & iudex de præsentibus iam determinatisq; iudicant. Vnde fit ut cùm & ament, & oderint, tua quoque vtilitas connexa sit, non satis queant veritatẽ perspicere: sed propria vel voluptas, vel dolor iudicia sua obumbret. Quare minimà cæterarum rerum potestatem iudici tribuendam dicimus: factum vero esse, aut non factum, & fore aut non fore, esse quoque, vel non esse: hæc omnia, cùm non possit latori legis prouidere, iudicibus relinquendà necessario sunt. Quæ quoniam sic se habent, patet cùm de exordio, narratione, cæterisq; particulis quid habere debeant præcipiunt, aliena remotaq; ipsos præcipere. Nihil enim aliud agunt, nisi ut iudicem quomodocunque afficiant: de artificiosa autem persuasione nihil afferunt: quod est ut ostendant, vnde quispiã enthymematicus fieri possit. Idcirco etiã cùm eadem sit via & ratio deliberationis & iudicij: cumq; melior, ac ciuitatibus vtilior deliberatiua præceptio sit, quàm iudicialis: de illa nihil, de hac plurima tradere conãtur. Minus enim in deliberationibus cõducit præter rem dicere, minusq; malitiæ deliberatio habet, & iurisdictio: cùm sit communis. hic enim de singulis quæ videt iudicatur⁹ est. itaq; nihil aliud demonstrare oportet, nisi q; sic se habeat, vt is qui cõsulit affirmat. In iudicialibus autem id non satisfacit. nã cùm de alienis rebus iudicẽt

Contra eos, qui ante Aristotelem scripserunt, & qui defectuose scripserunt.

sit, vtilis est auditorũ præparatio: qui rem suã considerantes, ac ad gratiam audictes, largiũtur litigantibus operam, non iudicant. Quapter multis quoq; in locis (vt iam diximus) ne prẽter rem quicquam dicatur, cautum est legibus, ibiq; id ipsi iudices exacte obseruant.

Quod instrumentum maxime persuasioni aptum. Verum quoniam perspicuũ est, artificiosam viam & rationem in persuadendo consistere, persuasionemq; quandam esse demonstrationem (tunc enim vehementer credimus, cùm demonstratum esse putauerimus) enthymema quoq; rhetoricam esse demõstrationem: quod (vt simpliciter dicam) præcipuum est in persuasione: idq; esse syllogismum quendã & de quolibet syllogismo Dialecticã vel vniuersam, vel partem eius quandam considerare: patet eum qui ex quibus & quomodo syllogismus fiat optime possit perspicere, maxime enthymematicũ esse: insuper qui hoc etiã teneat, quibus de rebus enthymemata sint, quidq; à logico syllogismo differãt. Eiusdem enim virtutis est & veri & verisimilis consideratio. Atq; etiam homines satis ad veritatem nati sunt, et vt plurimũ veritatem consequuntur. Quamobrem qui probabilia facile coniectura consequitur, is & ad veritatem similiter se habet. Perspicuũ igitur est quæ præter rem sunt artes, ab aliis quoq; traditas esse, quamq; ob rem ad iudiciales magis præceptiones declinarũt.

Rhetoricæ vtilitas. Vtilis autem rhetorica est, tum quoniam vera & iusta meliora secundum naturã sunt, q̃ cõtraria, ita vt nisi decenter iudicia fiãt, necesse sit in eis vinci, quod vituperatione dignum est: tum quia ne si certissimam quidem habeamus scientiam, facile est nonnullis per eam persuadere. impossibile nanq; id est. cùm enim disciplinæ ratio ad scientiam sit ita necessaria (vt ẽt in Topicis dicebamus, cùm de colloquutione cum multis diceremus) fides & oratio ex communibus faciẽda est. Præterea oportet, vt fiat & in syllogismis, persuadere contraria possimus, non vt vtraque faciamus (nam mala faciunda non sunt) sed ne nos lateant quomodo se habeant, & vt cũ alij nõ iuste vtantur oratione, soluere possimus. Aliarum igitur artium nulla de contrarijs ratiocinatur, sed Dialectica & Rhetorica id solæ faciunt. nam utraq; similiter de contrarijs est, quamuis non similiter subiectę res se habent: sed semper vera & probabiliora secundum naturam, melius syllogismo colliguntur, aut (vt simpliciter dicam) credibiliora sunt. Ad hæc absurdum est, si non posse corpore sibi præsidio esse, turpe sit oratione vero non sit: quod hominibus magis est proprium, quam vsus corporis. Sed quòd magna inferat incommoda qui vi hac orationis iniuste vtitur, id certe omnium bonorum præterquam virtutis, & maxime præstantissimorum, vt virium, sanitatis, diuitiarum, imperij commune est. nam his omnibus maxime quispiam proderit, cũ iuste vtatur: & lædet, cũ iniuste. Quòd igitur non sit vnius cuiusdam ac determinati generis Rhetorica, sed sicut Dialectica, & quòd vtilis, expositum est: quodq; opus eius non est persuadere, sed posse quæ in singulis credibilia sunt perspicere, veluti etiam in cæteris artibus vniuersis. Nec enim medicinę est sanitatẽ inducere, sed quoadusq; possibile sit, ad hoc vsq; perducere: cùm possibile sit etiã eos qui nullo possunt pacto sanari, bene tamẽ curare.

Quid sit Rhetoricę opus.

Præterea q̃ eiusdẽ sit tã qd' credibile est, q̃ qd' credibile videt, pspicere, vt Dialecticæ tã syllogismum, quàm apparentem syllogismum. Cauillator enim nõ viribus, sed electione: hic vero tam scientia quàm electione orator erit. ibi electione quidem cauillator, Dialecticus autem non electione, sed viribus. Sed iam de ratione ipsa dicendi conabimur exponere, quo pacto, & ex quibus propositum assequi poterimus. Rursus igit, ceu ab initio definientes ipsam quid sit, reliqua dicamus.

Quid sit Rhetorica, quod eius subiectum, quomodo se ad Dialecticam habeat, & ex quibus rebus principalibus oratio conficiatur.

Cap. II.

SIt ergo Rhetorica, vis, qua qd'i vnaquaq; re probabile est, perspicitur. nullius enim alterius artis id officium est. Nam singulę artes circa id qd' eis subiectũ est, doctrinales spũdentes q̃ sunt: veluti Medicina circa id quod sanari, ægrotareq; potlit: Geometrica circa passiones quæ magnitudinib⁹ accidũt: Arithmetica circa numerum: & similiter reliquę artes & scientiæ. Rhetorica vero, quæ de re data (vt ita dicam) credibilia sunt, perspicere posse videtur. quocirca etiam dicimus non in genere quodam determinato hanc artem versari. Persuasionum vero aliæ sine arte, aliæ artificiosæ. Sine arte illas appello, quæ non à nobis excogitantur: sed cum extra sint, assumũtur, vt testes, cruciatus, scripta. Artificiosas vero, quæ ratione ac via à nobis excogitari possunt. itaq; ipsarum alijs vti oportet, alias inuenire. Harum igitur quę ratione parantur, persuasionũ genera sunt tria. Nã alia sunt in moribus eius qui dicit: alia i auditore modo quodã afficiẽdo: alia in rõne ipsa, cũ demonstremus, aut demõstrare videamur. Propter mores igitur credũr, cũ sic dr̃ oratio, vt fide dignus q̃ dicit videatur. nã probis & magis & facilius de omnibus

Persuasiões aliq̃ sine arte, aliq̃ artificiosæ.

Artificiosarũ genera tria.

omnibus simpliciter credimus. In quibus vero certitudo non est, in ijs, quoniam diuersis agimur opinionibus, etiam omnino. verum id etiam non quoniam præopinatus quis fuerit talem quendã eum esse qui dicit, sed vt orationis oportet euenire. Nam probitas dicentis, non (vt quidam eorum reliquerũt qui artes scripserunt) nihil affert ad probãdum, sed ferè (vt breui absoluam) præcipuam mores faciunt fidem. Propter seipsos autem auditores credunt, cùm oratione in affectum impelluntur. nõ enim similiter iudicium reddimus cùm dolemus, & cùm lætamur, & cùm diligimus, et cùm odimus. Quæ de re sola qui nunc artes scribunt, præcipere conantur. de quibus singulis, explanabimus cùm de affectibus dicemus. Rationib⁹ autem in fidem auditores inducimus, cùm verum aut verisimile ex probabilibus quæ in vnoquoq; sunt, esse demonstramus. Verum quoniam fides his fit, patet hæc tria esse capiunda: vt scilicet facultatem ratiocinandi habeamus: vt mores ac virtutes considerem⁹: & tertium, vt de affectibus qd vnusquisq; sit, & quale quid, & ex quibus nascitur, & quo pacto. Itaq; efficitur, Rhetoricã quasi propaginem esse Dialecticę, & eius negotij qd'circa mores est: qd'cũ de affectib⁹ sit, equũ est vt ciuile appellet. Quapp et Rhetorica ipsa sub Ciuilis figura conditur. & qui eam adepti sunt: vel ignorantia, vel arrogãtia, vel alijs cauſis, quibus hoies perturbantur, ipsius quoq; Ciuilis potestatem consecutos se arbitrantur. Particula enim Dialecticæ quædam est ac simulachrũ, vt principio diximus. neutra enim earum de re determinata quomodo se habeat scientia est: sed facultates quædam sunt inueniendarum rationum. De ipsarum igitur vi, & quo pacto altera se ad alteram habeat, satis ferè dictum est. Eorum autem quibus probamus (vt & in dialecticis) aliud inductio est, aliud syllogismus. Nam enthymema quidem syllogismum rhetoricum, exemplum vero rhetoricam inductionem appello. Omnes autem fidem faciunt demonstrando, vel exempla dicendo, vel enthymemata, & præter hæc penè nihil. Quare si omnino necesse est syllogismo, vel inductione quodcunq; ostendere, vt à nobis in Resolutiuis expositum est, necessario alterum ipsorũ alteri idem erit. Quid autem inter enthymema & exemplum interſit, ex Topicis patet. nam ibidem de syllogismo & inductione dictum est prius: quia si multos ac similibus sic se habere ostendas, ibi quidem inductio, hic autem exemplum est. Sin vero cùm quędam sint, aliud quid horum causa eueniat propter

Rhetorica ẽ quasi propago Dialecticę, & Ciuilis.

De enthymemate ac exẽplo rhetoricis argumentandi generibus.

hæc, quoniam hæc sunt aut vt vniuersaliter, aut vt plurimum, ibi quidem syllogismus, hic autem enthymema vocatur. Nec latet quòd vtrunq; Rhetoricæ genus laudatur. nam vt & in methodicis dictum est, ita & in his se habet. Vt enim orationum quædam sunt exemplares, quædam enthymematicæ: sic oratorũ quoque alij exemplares, alij enthymematici. Neq; minus credibilis oratio est quæ per exẽpla est: turbatur autem magis enthymematica. cuius rei causam, & quo pacto vtendum vtraq; sit, postea dicemus. nunc vero de his ipsis explanatius determinabimus. Nam cũ credibile, cuidam credibile sit, et aliud quidem per seipsum illico sit credibile atq; probabile, aliud quoniã probari per talia videatur: eiusmodi nulla sunt considerari singularia, vt Medicum quid Socrati aut Callię salubre sit, sed quid tali, vel talibus: id enim artificiosum est: singularia autem infinita sunt, & scientia nequeunt contineri: nec Rhetorica vtiq; quod cuiq; credibile est cõsiderabit, vt puta quid Socrati aut Hippiæ, sed quid talibus, veluti & Dialectica. Vtitur enim & ipsa syllogismo, nõ ex quibuscunq;, cùm deliris quoq; nonnulla videãtur: sed Dialectica ex his quę illis videntur quibus cum sit disputatio: Rhetorica ex his quæ illis videntur, qui hæc in consilio quærere constituerunt. Huius enim officium de his est de quibus consultamus, & artem non habemus: & apud huiusmodi auditores qui nequeant per plura intelligere, nec ex remotis ratiocinari. Consultamus autẽ de his quę videntur vtroq; posse pacto fieri. Nã de his quæ aliter fieri, aut fore, aut se habere non possunt, nemo vltro existimare, cùm non aliter q̃ sic consultari possit. Est autem possibile ratiocinari atq; colligere, alia quidẽ ex his quæ prius syllogismo collecta sunt, alia vero ex his quæ syllogismo cuidem collecta nõ sunt: syllogismo autem indigent. eò q̃ nõ sint probabilia. quorum necessario quædã huiusmodi sunt, vt ea unde ex propter prolixitatem (simplex enim esse supponitur) non bene consequatur: quædam non credibilia, quoniam nec sunt ex concessis, nec ex probabilib⁹. Quare necesse est tam enthymema q̃ exẽplum de his esse, quæ vt plurimũ aliter quoq; possunt se habere: exemplũ quidem inductionẽ: enthymema vero, syllogismũ, & ex paucis, ac ij pe paucioribus q̃ ea sunt, ex quibus cõstat primus syllogismus. Nõ sed eorum perspicuum est, id dicendum non est. Ipse nanq; auditor id ex seipso affert. Hoc dæmonius eo certamine vicit, quo coronam meruit, futilem dicere Olympia. qd'[illegible] q̃ Olympia vincit, coronei, nõ est eius apponere: cũ

Ex duabus cõiunctis enthymemata.

qui id ignoret, sit nemo. Verum quoniã pauca eorum ex quibus rhetorici constant syllogismi, necessaria sunt, cum plurima de quibus iudicia et deliberationes sunt, aliter quoq; possint se habere: quę nanq; agunt, de ijs consultant atq; deliberant, quorũ nihil (vt vno verbo dicam) necessarium est: ea vero, quę vt plurimum accidunt, quęq; possibilia sunt, necesse est vt ex alijs huiusmodi per syllogismum cõprobentur, necessaria quoq; ex necessarijs, qd in Resolutionis aperte à nobis explanatum est: patet ea ex quibus ea enthymemata fluũt quędam fore necessaria, plurima vero huiusmodi, vt ferè semper soleant fieri. Fluunt autem enthymemata ex probabilibus & signis: quare horum alterum alteri idẽ esse necesse est. Probabile nanq; est quod fere semper solet fieri: verum non simpliciter (vt quidam definiunt) sed quod circa ea quæ de ijs fit quæ aliter se possunt habere: sic se habet ad illud ad qd est probabile, sicut vniuersale ad particulare. Signorum autem aliud ita se habet vt singulare quidã ad vniuersale: de aliud est vniuersale qdam ad particulare. Horum quoddam necessarium est argumentum: quod autem non necessarium, ad hanc itidem hanc differentiam innominatum est. Necessaria vero appello, ex quibus syllogismi constituuntur. quocirca & argumentum dicitur. nam cùm non possint soluere quod dictum est, tunc putant argumẽtum esse allatum, quasi demõstratum sit, atq; conclusum. Signum enim & conclusio idem est secundum veterem linguam. Signũ igitur quod est tanq; singulare ad vniuersale, huiusmodi est. vt si quis signum diceret esse omnes sapientes iustos esse, quoniam Socrates cũ esset sapiens iustus erat. Id igitur signũ est, quod soluuntur, etiam si verum sit. nõ enim potest syllogismo colligi. Sin autẽ dixeris quẽpiam ægrotare, quoniam febricitet: aut perpetisse, quoniam lx. habeat: id tam necessarium & solum ex signis argumentum est, cùm solũ (si verum est) insolubile sit. Quod vero quasi vniuersale se habet ad particulare, huiusmodi est: vt si quis febricitare hominẽ dicat, et eius signum esse, q̃ crebro respiret. solubile autẽ & hoc est. etenim si verum sit. possibile nanq; est etiam sine febre non aegrotare, crebro tamen anhelare. Quid igitur probabile, quid signũ, quid argumentum sit, aut quidq; inter se differãt, & nunc dictum est & in Resolutionis de ijs, & quemadmodũ reliqua eorum syllogismo colligantur alia nec explanatius demonstratum est. Exemplum autem quid sit, & quid inductio sit etiam quasi per se patet. Inductio dictum est. Fit enim neq; vt pars ad totum, neq; vt totum ad partem, neq; vt totum ad totum: sed vt pars ad partem, simile ad simile, quando vtraq; sub eodem genere sunt, sed alterum altero magis perspicuũ, hoc pacto. Per insidias Dionysius ad tyrannidem præsidium petit. Nam & Pisistratus ad tyrannidẽ per insidias petijt præsidium: quod cùm impetrasset, tyrãnide ciuitatẽ oppressit. Et Theagenes in Megaris. Alij etiam, quos id recte scire scimus, omnes exemplum Dionysij fiunt, quem nondum scimus idcirco petere. quæ omnia sub eodem sunt vniuersali: qui præsidium petit, insidiose tyrãnidem affectat. Ex qbus ergo sint quæ demonstratiuam fidem facere videãtur, dictũ est. Inter enthymemata vero non mediocris illa est differentia, maximeq; omnibus pene ignota, quę est etiam in Dialectica syllogismorum via & ratione. Nam quędam eorum secundum Rhetoricam sunt, vt & syllogismorum secundum Dialecticam viam ac rationẽ, quædam secũdum alias artes atq; facultates, quarum aliæ sunt, aliæ nondum comprehensæ sunt: qui propter auditores quoq; latent, magisq; possunt aliquo modo tangentes cõmodius elabi. Verum quod dicimus, apertior erit, si pluribus explanabi. Voco igitur dialecticos et rhetoricos syllogismos, eos quorum locos dicimus. Hi autẽ sunt, qui cõiter de iustis physicis, ciuilibus, et de multis specie differẽtibus sunt: veluti maioris & minoris locus. nõ enim ex hoc magis ratiocinari vel enthymema inferre poterimus de iustis aut physicis, quàm de quocunq; alio, quamuis hæc specie differant. Propria vero, quæcunq; ex ijs sunt quę circa vnamquamq; speciem ac genus propositionum sunt. Sũt enim propositiones de physicis, ex qbus nec enthymema nec syllogismus de moralibus est; & de his aliæ, ex quibus nõ erit syllogismus de physicis: eodemq; modo de cæteris. Et illa quidẽ nullo in genere facient prudentem, cùm non sint circa subiectum vllum. ex ijs vero si diligẽtius quisquã propositiones delegat, faciet ignorans aliam quàm Dialecticam ac Rhetoricam scientiam. nam si principia forte habebit. non amplius Rhetorica, vel Dialectica, sed illa erit cuius principia possidebit. Enthymematum autem plura ex his generibus emanant, quæ particularium sunt atq; propriorum, ex communibus vero pauciora. Quemadmodum ergo in Topicis, sic etiam hic enthymematum species ac loci, ex quibus sumendũ est, distribuẽdi sunt. Voco autẽ species, propias vnuscuiusq; generis, propositiones: locos vero, qui similiter omnium ex æquo communes sunt. Primum igitur de speciebus dicemus, ti primo genera Rhetoricæ

Hęc ipsa scire, et quemadmodum ad finem liborum Rhetorices. Et Enthymemata in duas diuisa species.

Exemplo Dionysij.

toricę cognouerimus: vt cùm distribuerimus quot sint, eorum elementa propositionesq; seorsum inuestigemus.

De tribus Rhetoricæ, seu Causarũ generibus, & finibus ipsorum. Cap. III.

QVoniam igitur tria sunt auditorum genera: tria quoq; numero Rhetoricæ genera sunt. Nam cùm ex tribus oratio constituatur, ex eo qui dicit, de quo dicit, & ad quem, id est auditorem, penes quem etiam finis est: quem necesse est aut spectatorem esse, aut iudicem: & iudicem aut præteritorum aut futurorum, qui de futuris iudicat, senator: qui de præteritis, iudex: qui vero de facultate, spectator est. Quare necessario tria sunt dicendi genera: deliberatiuum, iudiciale, demonstratiuum. Est autem deliberatiuę orationis, aliud suasio, aliud dissuasio. nam semper & qui priuatim consulunt, & qui publice cõcionantur, horum alterum aggrediuntur. Iudicialis, aliud accusatio, aliud defensio. horum enim alterutrum occupant litigãtes. Demõstratiuæ, aliud laus, aliud vituperatio. Horum autem vnicuiq; tempus accõmodatur. Consulẽti, futurum: de futuris enim consulit, aut suadens, aut dissuadens. Litiganti, præteritum: nam de præteritis semper alius accusat, alius defendit. Demõstranti autem præcipue tempus præsens: nam omnes, secundum ea quæ præsentia sunt, laudant, aut vituperant: sed vtuntur etiam ad hæc plerunque præteritis, in memoriam illa reducentes: futura quoque de eis conijcientes. Vnicuique etiam horum finis aliud est. Cumq; tres sint, fines etiam tres sunt. Consulenti vtile, aut contra. nam qui suadet, quasi ad melius hortatur: qui autem dissuadet, quasi à peiore dehortatur. Cætera vero, aut iustum, aut iniustum, aut honestum, vel turpe ad hæc assumunt. Litiganti iustum & iniustum: cętera vero etiam hi ad hæc assumunt. Laudanti & vituperanti honestum & turpe: sed hi quoq; ad hæc cętera referunt. Quòd vero dictus vnicuiq; finis est, signo illud est, quòd de cæteris interdum quidam nõ ambigunt: vt puta qui causam dicit, quòd factum non sit, aut quòd non obfuerit, quãdoq; nullam facit quæstionem. Quòd vero iniuriatus fuerit, nũquam confitebitur: non enim esset opus lite. Similiter etiam qui consulunt, cætera sæpe concedunt: quòd vero ad inutilia hortentur, aut ab vtilibus dehortentur, nunquam concedent. sed vtrum non iniustum sit finitimos, ac eos qui non iniuriẽtur, seruitute premere, sæpe non curant. Eodem modo & qui laudant, aut vituperant, nõ animaduertunt vtrum vtilia gesserit, an contra: sed sæpius etiam laudi dant, quoniam vt præclare gereret, partu propriam duxit vtilitatẽ. Laudãt enim Achillem, q̃ Patrocli fodalis vltionem sumpserit: cùm sciret parum se hac de causa victurum, cui mors huiusce modi pulchrior, vita vero vtilis fuit. Ex dictis ergo patet necessariũ esse de ijs prius propositiones habere. Argumenta nanque, et probabilia et similiter signa, rhetoricæ propositiones sunt. nam syllogismus vniuersaliter ex propositionibus est: enthymema vero syllogismus ex dictis constans propositionibus. Verum quoniam impossibile est, vt quę impossibilia facta sunt, ac item quæ non fuerunt, aut futura nõ sunt, ea vel facta iam, vel facienda sint: necesse est tam consulenti q̃ litiganti & demonstranti habere propositiones de possibili & impossibili, & vtrum factum sit an non, & si erit vel non. Præterea cùm omnes siue laudent aut vituperent, siue suadeant aut dissuadeant, siue accusent aut defendant, non solum quę diximus, verumetiam quod conferens aut nocẽs sit, quod honestum vel turpe, quod iustũ vel iniustum: et hęc omnia magna vel parua sint, aut per seipsa, aut adinuicem comparata, ostẽdere conentur: perspicuum est q̃ opus sit de magnitudine quoq; ac paruitate, & de maiore & minore, ta de vniuersali q̃ de vnoquoq; propositiones habere: vt puta quid maius aut minus bonum, & quæ maior aut minor iniuria, & iure factum: eodemq; modo de cęteris. De qbus igitur, ppositiones accipiendæ sunt, diximus. Nunc vero seorsum de vnoquoq; istorum distribuendum est. et primum de quibus deliberatio est, deinde de quibus demonstrationes, tertio de quibus iudicia.

De finium diuersitate.

De quibus Deliberatio esse soleat. Cap. IIII.

PRimum igitur tenendũ est, non de omnibus bonis aut malis consiliarium consulere, sed de ijs quæ possunt fieri & non fieri: de ijs autem quę necessario sunt aut erũt, aut quę impossibile est esse vel fieri, nulla deliberatio est. Sed neq; de cunctis contingẽtibus. sunt enim quędam à natura, quædam à fortuna bona: quæ cuius cõtingẽtia sint, possintq; fieri & non fieri, nihil tamen ad ea confert deliberatio. Hinc patet de ijs esse consultationẽ, quæcunque referri ad nos nata sunt, quorumq; origo et causa in nobis est. nam ad hoc vsq; deliberamus, quousq; possimus ne an nõ possimus agere, iuenerimus. Verũ certius singula enumerare ac in species ea oia redigere, secũdũq; veritatẽ, inq̃tũ pole est, determinare, de qbus cõsilia fieri cõsueuerũt, nõ est præsentis tẽporis: nõ est enim artis Rhetoricę. Ad altioris ac verioris. Sed tñ multo plura nunc

ipſi propria theoremata concedantur. Nam quod iam diximus, verũ eſt, Rhetoricam ſcili cet ex reſolutiua ſcięntia, & ea ciuili quę de moribus eſt, compoſitam eſſe, ſimilemq; eſſe partim Dialecticæ, parti orationiſ Sophiſticæ. Si quis autem aut hanc, aut Dialecticam non vt facultates, ſed vt ſcięntias iſtruere ac docere conatur, is naturam earum hoc trāſitu interimere videtur, cùm non ſolum in orationis, ſed in quarundam ſubiectarum rerum ſcientias redigat. Attamen quæcunq; diſtribuere operæ pretium eſt, & ciuili ſcięntiæ conſiderationẽ relinquunt, etiã nunc dicamus. Nam maxima de quibus omnes conſultant, & quę deliberãtes aggrediũtur, quinq; ferè numero ſunt: de opibus, de bello ac pace, de regionis locorum cuſtodia, de iſs quę inferuntur vel efferuntur, de legumlatione. Qui ergo de opibus conſulere cõſtituit, eum oportet ciuitatis reditus, qui ſint & quot ſint, percepiſſe: vt ſi quis neglectus ſit reſtituatur: & ſi quis tenuior ſit, amplificetur. Prętera expenſas ciuitatis omnes: vt quæ inutilis ſit, dematur: & quę profuſior, cogatur ad modicum. nõ enim ſolum rerum acceſſiones, verumetiam expenſarum attenuationes reddunt ditiores. quæ non vſu ſolum, quem de noſtris habemus rebus, conſpicere poſſumus, ſed neceſſarium eſt ad dicendum de iſs ſententiam, eorum etiam quæ alij adinuenerunt, hiſtoriã retinere. De bello autẽ & pace qui dicit, is ciuitatis copias nõ ignorabit, quantæ in præſentia ſunt, & quàm magnæ fore poſſunt, & ad hæc quales quædam ſunt qutas modo habemus, & quales quas habituri ſumus. Prætera quomodo, & quę bella ciuitas geſſit. Hæc igit̃ ſcire oportet, nec ſolum ſuę ciuitatis, ſed finitimorum etiam, ac eorum maxime, aduerſus quos bellum ſuſcipiẽdum opinaris: vt pax cum melioribus habeatur, & in ipſis ſit cum minoribus belligerare. Copias etiam, ſimiles ne, an diſſimiles ſint. nã hac quoq; parte meliores quidã aut imbecilliores eſſe poſſunt. Sed maxime ad hęc pertinet bellorum euentus, nõ modo ciuitatis ſuę, verumetiam aliarum, quomodo exierint perſpexiſſe. ſimilia enim à ſimilibus fieri conſueuerunt. Prætera non oportet ignorare quo pacto regio cuſtodiatur, ſed tam multitudinis cuſtodum, q̃ qualitatis non eſſe neſcium. locorum quoq;, vbi ſint præſidia collocãda: quod impoſſibile eſt, niſi regionẽ optime noueris vt ſi minora ſint preſidia, augeantur: ſin vero ſuperuacua, omnino tollantur, & loca opportuna magis cuſtodiantur. Ad hæc quàm magna impenſa ciuitati ad victũ ſufficiat, & quæ à proprijs agris colligatur, & quæ afferatur aliunde. Item quas res efferre, quas inferre opus ſit, vt ad huiuſmodi hoies fœdera ſint atq; conuentus. ad duo enim genera hominũ ſine crimine conſeruãda ciuitas eſt: ad meliores, & ad eos qui ad prædicta conducũt. Sed cùm horum omnium cognitio multum ad ciuitatem tutãdam pertineat, tum verò nõ minimum eſt legumlationis eſſe ſagacem. nam ſalus ciuitatis in legibus ſita eſt. Quare neceſſarium eſt ſcire quot rerum publicarum genera ſunt, quæq; vnicuiq; conferunt, & quibus extingui ſolent tam cõtrarijs, q̃ ſecundis. Dico autem ſecundis extingui, quoniam pręter optimam rempublicam cæteræ omnes & intentione & remiſſione corrumpuntur: vt popularis ſtatus non modo cùm remittitur, imbecillior ita redditur, vt tandem ad potẽtiam paucorum deueniat: ſed etiam cùm vehemẽter intẽditur, veluti aquilinum vel ſimum nõ ſolum ad mediocritatem perueniunt cùm remittũtur, ſed valde huiuſmodi facta ſima aut aquilina ſic naſum afficiunt, vt ne naſus quidem eſſe videatur. Verum ad legumlationem vtile maxime eſt, tum ex prętęritis qui Reip. ſtatus conducat perſpicere, tũ aliorum quoq; ſcire conditionem, & quæ quibus conueniãt, non ignorare. Ita patet, ad ferẽdas quidem leges, peregrinationes, quibus multarum gentium leges cognoſcere poteris eſſe perutiles: ad publica vero conſilia, diligenter perſcriptam rerum geſtarum hiſtoriam. quæ omnia Ciuilis ſcientiæ, non Rhetoricæ officia ſunt. De iſs igitur quæ oporteat eum habere qui de rebus maximis dicturus ſentẽtiam eſt, tot dicta ſint. Verum ex quibus tam de iſs quàm de alijs ſuadere aut diſſuadere conueniat, rurſum dicamus.

Quinq; eſſe de quibus conſultatio ſit, et deliberatio.

De deliberantium fine, Felicitate ſcilicet: de iis, in quibus ipſa conſiſtat: ac de ipſorum unoquoq; ſingillatim. Cap. V.

FErè autem & vnicuiq; priuatim, & publice omnibus finis quidam eſt, quem cõſcientes, alia perſequũtur, alia fugiunt. Is vero eſt (vt vno verbo dicã) felicitas, aut eius pars aliqua. quare exẽpli gratia exponamus quid ſit (vt ſimpliciter dicam) felicitas, & quæ ſint eius particulæ. De hac enim, & de iſs quæ ad hanc conferunt, de eius quoq; contrarijs ſuaſiones diſſuaſionesq; ab omnibus ſuſcipiuntur. nam quæ aut ipſam, aut particularũ eius quampiam efficiunt, aut maiorem reddunt, faciunda: quæ vero interimunt vel impediũt, vel contraria faciunt, ea minime faciũda ſunt. Sit ergo felicitas, fortuna ſecunda cum virtute: vel per ſe ſufficientia vitæ: vel vita tuta & iucundiſſima

Felicitas qd & quæ ſint eius partes.

iucũdiſſima: vel poſſeſſionum facultas, & cõrporis vires, cum factiua, conſeruatiua, amplificatiua q; horum virtute. omnes enim fere vnũ quiddam iſtorum, aut plura, felicitatẽ eſſe fatentur. Quòd ſi huiuſmodi quid felicitas ſit, neceſſe eſt partes ipſius eſſe nobilitatem, multorum atq; bonorum gratiam, diuitias, bonorum liberorum & multorum procreationẽ, commodam ſenectutem: prætera corporis commoda, veluti ſanitatem, formã, vires proceritatem, robur ad certandũ, gloriam, honorem, proſperitatem, virtutem, ac partes eius, prudentiam, fortitudinem, iuſtitiã, temperantiam. ſic enim ſufficientiſſimus quiſpiam erit, ſi ſibi aſſint quæcunq; in ipſo, & quę extra ſunt bona, cùm prætęr hæc alia non ſint. Sunt autem in ipſo, quæ in anima, & quę in corpore ſunt: extra vero, nobilitas, amici, pecuniæ, honores. Ad hæc oportere arbitramur potentiam & fortunam non deſſe: hoc nanq; pacto vita erit tutiſſima. Sed dicamus ſimiliter qd ſit horum vnumquodq;. Nobilitas igitur gẽtis ac ciuitatis eſt, indigenas aut vetuſtiſſimos eſſe, & primos duces illuſtres, multos quoq; ea ex gente in rebus quę expetuntur, præclaros extitiſſe. Priuata vero nobilitas aut à viris, aut à mulieribus eſt, legitimaq; ab eis procreatio. et vt in ciuitate, ſic in priuata quoq; nobilitate, aut virtute, aut diuitijs, aut alia re laudata primos claros fuiſſe. multos quoq; famoſos ex ea gente viros & mulieres, tumores ac ſeniores fuiſſe. Probitas vero liberorum ac multitudo quæ ſit, perſpicuum eſt. Publice id ita accipitur, ſi multa ſit iuuentus, ac bona. & bonatum cõmodis corporis, vt proceritate, forma, viribus, certãdi robore: tum animi virtutibus, vt temperantia, & fortitudine. hæ nanq; iuuenũ virtutes ſunt. Priuatim vero, ſi proprij liberi tam mares quã fœminæ, & multi & probi ſunt. Eſt autem fœminarum virtus, corporis quidẽ forma, & proceritas: animi vero, pudicitia, & operandi ſtudium abſq; illiberalitate. Oportet igitur & priuatim & publice tam viris q̃ fœminis ſingula horum adeſſe. Nam quibuſcunq; haud bonę ſunt mulieres (ſicuti Lacedęmonijs) ij media penè felicitatis parte priuãtur. Diuitiarum vero partes ſunt numi, agri, prędia, ſupellex, animalia bruta, mancipia multitudine, magnitudine, pulchritudi neq; excellentia. quæ omnia firma, amœna, vtilia eſſe nimirum debent. Sunt igitur vtilia, quæ magis frugifera ſunt: amœna, qbus frui queas. & frugifera ſunt, ex quibus reditus capimus. quibus vero fruimur, ex his nihil magni prætęr vſum conſequimur. Firmorum autem ita definitio, vt hic & ſic poſſideas, vt

Nobilitas.

Liberorum probitas, ac multitudo.

Diuitiæ.

& vſus eius, & retinendæ alienandæq; proprietatis poteſtas in te ipſo ſit. Alienationem porrò dico, cùm donare atque vendere poſſis. In ſumma, diuitem eſſe, in vtendo magis quàm in poſſidendo conſiſtit. vtentis enim operatio eſt, poſſeſſio vero ipſæ diuitiæ ſunt. Gloria vero eſt cum virtuoſus à cunctis exiſtimatur, aut id habere putatur, quod omnes, vel plures, vel probi, vel prudentes expetunt. Honor autem eſt exiſtimationis benefactiuę iudicium. Honorãtur ergo maxime, atq; merito, qui beneficia contulerunt: deinde qui conferre queant. Beneficentia verò illa primas partes habet, quæ ſalutis eſt cauſa, & vtſimus: ſecundas vero, quæ diuitiarum, vel alterius boni, quod vel omnino vel hic vel aliquando non facile acquiritur. nam multi honorem aſſequuti ſunt, quamuis parua præbuerint: ſed modus profuit, atq; occaſio. Honoris vero partes ſunt, ſacra, memorationes, decantationes carminum, aut ſolutæ orationis ad laudem recitatio, luci, vel plurimi conſeſſus, ſepulchra, imagines, publici victus. ad hæc etiam barbara, vt inclinari, loco cedere: munera quoque, ſed alia apud alios honoratiora. Eſt autem munus rei alicuius donatio, ac honoris ſignum. quapropter tam æris auidi quàm ambitioſi donari cupiunt: cum id donatio habeat quod vtrique appetunt. nam & res eſt, quam auari deſiderant, & honorem affert, quem ambitioſi expetunt. Corporis vero virtus eſt ſanitas, vt ſcilicet corpore penè inægrotabili ad labores vtaris. Nam qui ſic ſani ſunt, vt Herodicus fertur: eos nemo ſanitatis gratia felices putabit. nam ille vt ſanus eſſet, quibus homines vtũtur, his omnibus aut plurimis abſtinebat. Pulchritudo autem alia in alia ætate eſt. Nam iuuenis pulcher eſt, cui commodum ad ſubeundos & curſus, & violentiæ labores corpus eſt, aſpectuq; inſuper iucundum. quocirca pentathli formoſiſſimi ſunt: cum & ad vim, & ad velocitatem ſimul præſtantiſſimi ſunt. Vir vero pulcher eſt, qui & labores bellicos ſuſtinere queat: & ita iucũdus aſpectu eſt, vt ſimul quoque dum videatur, terreat. Senex autẽ, cuius ad neceſſarios labores corpus ſatisfacit: cumq; nihil eorum habeat quæ ſenectus infert incommoda, tacile ſine dolore conſeruatur. Vires autem ſunt, qbus poſſis quod mouere cupias, ita mouere vt velis. mouemus aũt trahentes, aut pellẽtes, aut eleuantes, aut deijcientes, aut comprimẽtes. quare robuſtus, vel cunctis vel quibuſdã horum robuſtus eſt. Magnitudinis vero ea virtus eſt, qua in lõgum, vel in profundũ, vel in latũ plurimis ita præſtas, vt propter magni

Gloria.

Honor.

Sanitas.

Pulchritudo

Vires.

Mag[illegible]

tudinẽm motiones corporis non retardẽtur.

Certatiua virtus. Corporis autem certatiua virtus ex magnitudine, robore, velocitateq; cõstat. velox nanq; robustus est. Qui enim potest pedes quodam proijcere modo, citoq; adlonge mouere, cursor est. qui premere ac retinere, luctator. qui pulsando pellere, is pcussor. qui vtrisq;, is pancratiasta. qui omnibus is pẽtathlus.

Senectus. Senectus vero bona est, quę cùm tarde inuadit, etiã dolores non infert. nam tam qui cito consenuit, q̃ qui tarde, sed non absq; dolore, incommoda vtitur senectute. Verum id & corporis est, & fortunæ. nam & qui valetudinarius est & non robustus, cùm facile patiatur ac doleat, vitæq; breuioris sit, non est felix. Est autem etiam sine robore ac sanitate vis quædam alia vitæ lõgioris: multi enim absq; virtutibus corporis diu viuunt. sed impręsentiarum exacta

Amicitia. horum inquisitio inutilis est. Quid autẽ multorum ac proborum amicitia sit, amici definitione ostendetur. Est igitur amicus, qui quæ amico bona fore putat, ea propter ipsum agit amicum. cui ergo multi huiusmodi, is multorum: cui etiam viri probi, is proborum amicus est.

Secunda fortuna. Secunda vero fortuna est, cùm omnia vel plurima vel maxima bona eorum quorũ, ipsa fortuna causa est, forte eueniant, atq; permaneant. Est autem fortuna causa quorundam artificialium, & multorum in artificialium: quæ quanquam à natura sint, possunt etiam præter naturam esse: vt sanitatis ars est causa, pulchritudinis, ac proceritatis natura. & omnino ea bona sunt à fortuna, in quibus inuidia est. Verum eorum quoque bonorum quæ præter rationem accidunt, fortuna causa est. vt si cùm cęteri fratres deformes sint, solus formosus sit. vel si cùm cæteri thesaurum non viderint, solus aspexerit. vel si cùm proximus sagitta interierit, is ne tactus quidẽ sit. vel si solus non venerit, cùm semper solitus: & qui non solebant, semel tunc venerint, & occisi sint. nam hæc omnia fortunatorum esse videntur. De virtute vero animi, quoniam ad laudes is locus maxime accommodatur, cùm de demonstratiuo dicemus, tunc determinabimus. De quibus igitur nobis, vel vt futuris, vel præsentibus consyciendum est, siue suadentibus siue dissuadentibus, iam aperuimus. contraria enim suadentibus, dissuadentes habent.

De Vtili, ac Bono. Cap. VI.

VErum quoniam dicenti sententiam, finis vtilitatis propositus est, nec de fine, sed de ijs quæ ad finem sunt, consulit, quę sunt quæ in rebus gerendis conducunt, quoniamq; vtile bonum est: quasi elementa quædam de bono ac vtili simpliciter sumẽda sunt.

Boni ac vtilis elementa

Sit ergo bonum, quod sui ipsius gratia est expetẽdum, & id cuius gratia aliud quiddam appetimus, & quod omnia appetũt, vel quę sensum habẽt omnia, vel quę intellectum habẽt, aut si haberẽt. Et quicquid itellectus vnicuiq; tribuerit, & quicquid qui de singulis est intellectus tribuit, id vnicuiq; bonũ est: & id quod cùm adsit, bene afficitur cui adest, satisq; habet, & sufficiens per seipsum. Præterea quod hæc efficit aut conseruat, & id quo hæc conseruntur, & quo horum arcentur contraria, & quę corrumpunt. Consequũtur autem dupliciter: aut simul, aut postea. vt ad discẽdum scire, sed postea: sanitatem vero vita simul. Efficientia vero tripliciter: vt sanitatis quædam, vt sanum esse: quædam vt cibus: quædam vt exercitatio. nanq; plerunq; sanitatem efficit. His ita determinatis, acquisitiones bonorum & malorũ abiectiones necessario bonæ sunt. has enim, ne malum habeas, simul consequitur: illas vero, vt bonũ adipiscaris, postea. Maioris quoq; boni pro minore, & minoris mali pro maiore acceptio. nam quo minus excedit̃ur à maiore, id illius acquisitio, huius abiectio est. Virtutes etiam necesse est bonum esse, cùm bene ijs afficiantur qui habent: & effectiuę atq; actiuę bonorum sunt. verum de singulis, & quæ, & quales, separatim tractandũ.

Quę apud omnes sunt bona.

Voluptatem quoq; esse bonum constat, cùm animalia ipsam sim naturam appetant. quare iucunda ac speciosa bona esse necessariũ est. nam & illa uoluptatis efficiẽtia sunt, & ex speciosis quędam delectant, quędam expetibilia per seipsa sunt. Vt vero sigillati dicamus, hæc bona esse necesse est: felicitatem quidem, cũ per se ipsam expetibilis sit, atq; sufficiens: multaq; gratia huius appetimus: iustitiam, fortitudinem, modestiam, magnanimitatem, magnificẽtiam, cæterosq; huiusce modi habitus, qui animi virtutes sunt. Præterea sanitatem, formam, & huiusmodi. corporis nanq; virtutes hęc sunt, & effectiua multorum: veluti sanitas, & viuendi, & voluptatis. Idcirco multis quoq; optimum esse videtur, cùm horũ duorum, quæ præcipua sunt, causa sit, viuendi s. acvoluptatis. Ad hęc diuitias. possidẽdi enim hęc virtus est, & multorum affectiua. Amicũ quoq; ac amicitiã. nam amicus expetibile per se, ac multorum effectiuum est. Item honorẽ ac gloriã. iucunda enim sunt, & effectiua multorum, ac vt plurimum ea vere inesse ostendunt, propter quæ fiunt. Dicendi etiam atq; agẽdi virtutem. nam omnia hæc bonorũ effectiua sunt. Similiter ingenium, memoriam, discendi

discendi facilitatem, mentis præstantiam, & que huiusmodi sunt. bonorum enim effectiuæ omnes hæ virtutes sunt. Eodemq; modo sciẽtias omnes, ac artes, & viuere ipsum. nam etiam si nihil aliud bonũ inde sequeretur, per seipsum tamen expetendum est. Ad hæc iustum ipsum, quoniam publice conducit. Hęc ferme sunt quæ apud omnes bona esse constat. Ea vero de quibus dubitatur, ex ijs bonum esse ratiocinabimur.

Bona, de quibus dubitamus.

Cuius contrarium malum est, & cuius contrarium inimicis conducit: id bonum est. Verbi gratia, si timidos nos esse, hostibus maxime conducit, fortitudo nobis vtillima est. et omnino quod inimici optant, aut quo gaudent, huius contrarium nobis vtile est. vnde illud excogitatum

» Homero est: Profecto Priamus lætabit̃. Sunt autem non semper hæc, sed plerunq; bona: cùm nihil obstet interdum vnum ac idem aduersarijs & nobis conferre. Vnde & cùm eadem res vtrisq; incõmoda sit, dici solet, mala cunctis similiter hominibus obesse. Itẽ quod modicum est, id bonum. nã quod maius est q̃ oporteat, id malum est. Et cuius gratia multos pertulerũt labores, aut multa consumpserunt. iam enim bonum id apparet, ac vt finis & quidem multorum existimatur. finis vero

» bonus est. Hinc illud Homero dictũ est: Ast

» Priamo gloriam. & illud: Turpeq; diu trahe-

» re moram. Prouerbium quoq; hinc, In ianua vrceũ. Ad hęc, quod multi expetunt, cuiusq; causa bella susciṗi videntur. nam quod omnes expetũt, id bonum. multi vero, quasi omnes apparent. Item laudabile. nemo enim laudat quod bonum non est. Et quod inimici ac prauí laudãt. quasi enim omnes iam laudãt, cùm vel illi de quibus male meritus est, laudant. Quoniam enim perspicue bonum est, idcirco plures laudare videtur: veluti etiam ij prauí, quos amici vituperant: & ij boni, quos inimici laudibus ornant. Quapropter conuiatum Simonidem Corinthij sibi putarunt, q̃ decinerit non conqueri de Corinthijs Iliũ. Item q̃ prudẽtium ac bonorum virorũ quispiam vel fœminarum prætulit, vt Vlyxẽ Minerua, Helenam Theseus, Alexãdrum Deæ, Achillẽ Homerus. Ac vniuersaliter quæcũq; eligibilia sunt. eligunt enim ac agunt quæ dicta sunt. Et quæ inimicis obsunt, ac amicis p̃sunt.

Quæ bona possibilia.

Item possibilia, quæ duplicia sunt, quę vix fierẽt, & quæ facile. Facilia vero sunt, quę vel sine dolore, vel tempore breui fiunt. difficile enim aut dolore, aut magnitudine temporis definitur. Item si vt optant fit. optãt autem vt nihil mali, aut bono minus: quod erit, si aut celare possunt, ne puniantur, aut pœna parua sit. Item quæ sua, & quæ nemo, & quę vltra necessariũ vsum sunt. sic nãq; honorem magis consequũtur. Item quæ sibi coaptantur, cuiusmodi sunt, quæ sibi ex genere pertinere, aut viribus suis cõuenire, at quamuis parua sint, tamẽ sibi deesse arbitrãtur. nec enim minus hæc agere optant. Item quæ ad exitũ facile perducere putãt. possibilia enim hæc, sicuti facilia. Ad exitum autem cõmode perduci putãtur, quæ omnes, aut plures, aut pares, aut minores gesserunt. Item quæ amicis grata, & inimicis molesta. Item quæcunq; ij eligũt, quos singulares ducũt. Item ea quorum vsum habẽt, & ad quæ apti natura sunt. hęc enim facilius se gesturos omnes arbitrantur. Item quæ nemo improbus. hęc enim laudantur magis. Item quæ cupiunt. nam hęc & iucũda & meliora videtur. Item ea vnusquisque quibus maxime afficitur: vt bellicosus victoria, ambitiosus honore, auarus pecunia: eodemq; modo cæteri. De bono igitur ac vtili ex ijs faciunda fides est.

De maiore, ac minore Bono. Cap. VII.

VErũm quoniam sæpenumero q̃d vtile sit concedentes, quid magis conferat quærũt: de maiore nunc bono ac magis vtili dicẽdum videtur. Sit igitur excedẽs quidem, quod tãtũ, & amplius. Excessum vero, quod inest. Et maius quidem, & plus semper ad minus. Magnum vero, ac paruum, & multum ac paucum, ad multorum magnitudinẽ. Magnum igitur excedẽs est. cui autem deficit, id paruum. Multum quoq; ac paucum, eodem modo. Quoniã ergo bonum dicimus, quod nõ alterius, sed sui ipsius gratia est expetibile, & quod appetũt omnes, & quod quæcunq; mẽtem aut prudentiam habẽt, expeterẽt, & efficiẽs, ac cõseruans, vel id ad quod hęc consequũtur: id vero cuius gratia, finis est: is nãq; est, gratia cuius cętera: quoniam etiam id ipsi bonũ, quod sic ad ipsum dispositũ est: necesse est plura vno ac paucioribus connumeratis, maius esse bonum: excedit enim. quod vero inest, exceditur. Item si maximum à maximo exceditur, ipsa quoq; ab ipsis. q̃ si ipsa ab ipsis, maximum quoq; à maximo. vt si vir maximus maior est q̃ fœmina maxima, omnino quoq; virí fœminis maiores: & si omnino maiores sunt fœminis viri, vir quoque maximus maxima fœmina maior. Excellus enim generum, & eorum quæ in generibus maxima sunt, pportionabiliter se habẽt. Item cùm quippiam ex aliquo sequitur, & hoc ex illo non sequitur: sequitur autem aut simul, aut postea,

poſtea,aut poteſtate. nam vſus eius quod ſequitur,in altero eſt. Sequitur autem ſimul q; ſi ſanus eſt,viuat:ex hoc vero illud non ſequitur. ſcire vero ex diſcere poſtea ſequitur. Sed poteſtate ad ſacrilegiū furtum ſequitur. nam qui rem ſacram abſtulit, priuatam quoq; abſtuliſſet. Præterea illa maiora ſunt, quæ eandem rem maiore excedūt: cùm neceſſe ſit ipſum quoq; maius excedi. Ad hæc quæ maioris boni efficientia ſunt, ipſa quoque maiora ſunt:id enim erat effectuum eſſe maioris. Illud quoq; cuius efficiens maius, eodem modo nam ſi ſalubre iucūdo eligibilius maiusq; bonum,ſanitas voluptate quoq; maior. Item qđ per ſe expetibile eſt,eo eligibilius eſt quod nō per ſe: vt vires ſalubribus rebus, cùm hæ non ſui gratia, illæ ſui gratia, quæ boni ratio erat,expetātur. Item ſi alterum finis ſit, alterum nō.hoc enim alterius gratia eſt,illud ſui: vt exerceri ad ſanitatem ſe habet. Item quod minus alio aut alijs indiget:eſt enim ſufficientius.indiget autem minus,quod paucioribus aut facilioribus indiget: & cùm hoc abſq; illo aut nō ſit,aut fieri non poſſit,illud vero abſq; hoc fieri poſſit.nam cùm ſufficiētius ſit quod nō indiget, maius bonū videtur. Itē ſi vnum principiū eſt,alterū non eſt.Et ſi cauſa vnum, alterum nō, propter eādem cauſam.nam ſine principio aut cauſa impoſſibile eſt eſſe aut fieri. Cumq; duo principia diuerſorum ſint: qđ à maiore principio eſt,maius eſt,& quod à maiore cauſa ſimiliter: & è conuerſo, duorum principiorum aut cauſarū, quod maioris principium, aut cauſa, maius eſt. ex dictis itaq; patet vtrunque maius eſſe. Quòd ſi alterum principium eſt,alterum nō: illud maius videbitur. Et hoc etiam,quod principiū non eſt.nam finis maius eſt, & tamen principium non eſt.vt accuſando Leodamas ad Calliſtratum dixit:eum qui cōſuluit,magis peccaſſe q; qui fecerit:quoniam nō eſſet factum,niſi conſultum fuiſſet.Chabrias vero,eum qui gelſit, peccaſſe magis q; qui conſuluit. non enim factum eſſet, niſi fuiſſet qui faceret.huius enim gratia conſulunt, vt agant ſcilicet. Præterea quod rarius eſt, eo magis quod abundātius, vt aurum ferro. inutilius enim ferrum. auri nāq; maior poſſeſſio, quoniam difficilius inuenitur.Alta vero cōſideratione, quod abundat magis,id maius eſt: quoniam eo in pluribus vtimur. rarum nāq; à frequenti excedi tur: vnde dicitur aquam eſſe optimā.Et ſummatim difficiliora facilioribus, quoniā rariora ſunt. Et faciliora difficilioribus conſideratione alia, quoniā habeantur cùm volumus. Præterea cuius cōtrarium maius, Item cuius priuatio maior.Item virtus non virtute, & vitium non vitio maius:cùm illa fines ſint, hæc non ſint. Item quorum opera pulchriora vel deformiora, ipſa quoq; maiora. Itē quorum vitia & virtutes maiores ſunt, eorū quoque opera maiora ſunt. ſiquidē ſicut cauſæ principia q; ſe habēt,ſic & effectus: & ſicut effectus, ſic & cauſæ & principia. Præterea quorū exceſſus eligibilior aut pulchrior, veluti bona oculorū acie vti, eligibilius, q; olfactu bono. nā & viſus olfactu eligibilior.Et ſimiliter amicorū eſſe ſtudioſum, pulchrius q; pecuniarū. quare ſtudia quoq; in amicos, pecuniarū ſtudio:& contrà rerū meliorum exceſſus meliores ſunt,& pulchriorū pulchriores. Præterea quorū cupiditas melior, aut laudabilior. maiorum nāq; rerū maior appetitio eſt: & propter id ipſum meliorū laudabiliorūq; cupiditates laudabiliores melioreſq; ſunt.Præterea quorū ſciæ pulchriores ſunt, magiſq; expetunē, ipſę quoq; res pulchriores ſunt, & magis expetuntur. nā ſicut ſcia, ſic & ipſa veritas.vnaquæq; aūt quod ſuū eſt,præcipit. Eadem etiā de cauſa rerum quę magis expetuntur, ac pulchriorū ſcientiæ. proportionaliter ſe habent. Præterea quod conferēt, aut quod iā decreuerunt prudētes, vel omnes, vel multi,vel plures, vel præſtātes maius eſſe bonū: id neceſſarium eſt aut ſimpliciter ita ſe habere, aut inquātum ſm prudentiam iudicarūt. Id autē etiam cum alijs cōmune eſt. nam & quid,& quantū,& quale ſic ſe habet, vt ſcientia prudētiaq; iudicaret. verū id ad bona retulimus: quoniā bonum id definitum eſt,quod vnaquæq; res expeteret, ſi haberet prudentiam.quare patet id eſſe maius, quod ita prudētia iudicat.Itē quod melioribus aut ſimpliciter ineſt, aut quatenus meliores: vt fortitudo viribus corpis. Præterea quòd,melior aut ſimpliciter eligeret, aut qua melior, vt iniuriā potius pati, q; inferre.nā illud iuſtior profecto eligeret. Præterea iucundius, q; minus iucundum. voluptatē enim omnia inſequuntur,& ipſius iucūdi gratia appetunt.his enim bonum ac finis definitur. Iucundius autem, quod à dolore magis abeſt, & quod longiori tempore iucūdum eſt,& quod melius eſt miſcere bono.bonū enim ipſum vel iucundū eſt, vel qđ per ſe expetibile eſt. Præterea quorū aut ſibi,aut amicis cauſa eſſe mallēt, ea maiora bona. quæcunq; vero minime, ea maiora ſunt mala. Præterea diuturniora iſis quæ minus diuturna ſunt,& ſtabiliora iſtabilioribus: nam vſus illorū quidem tempore, horū vero volūtate ſuperat.nam rei ſtabilis vſus præſto magis eſt cū volueris. Præterea quæcūq; à ſimilibus

milibus caſibus atq; cōiugatis cōſequuntur. veluti ſi quod fortiter fit,pulchrius ac deligibilius fit,q; quod modeſte:fortirudo quoque pulchrior q; modeſtia.fortem enim eſſe melius, q; modeſtum. Itē quod omnes expetūt, eo quod nō omnes: & quod plures, eo quod pauciores.bonum enim id erat,quod omnes appetūt: quare maius etiam, quod magis appetunt.Et quod inimici litigio expetunt, aut qui iudicāt, aut qui iudicum ſententiam ſubeunt.nā illud ita eſt, vt omnes dicerēt: hoc, vt qui potiuntur,& qui ſciunt. Et interdū etiam quo participant omnes, id maius. vituperabile nanq; eſt,ſi non participes. Interdum vero quo aut nemo,aut pauci.idē enim rarius.Præterea quę laudabiliora ſunt:pulchriora enim. Et quorū maiora ſunt pretia, ipſa quoq; ſimiliter.nā pretium veluti dignitas quædam eſt. Et quorū iactura maior.Præterea quæ ijs maiora ſunt,quę aut certe maiora ſunt,aut videtur,hæc cùm in partes diuiduntur,multo maiora vidētur.plurium enim apparet exceſſus. Quare poeta quoq; pſuaſiſſe Meleagro ait, vxorem vt in prçliū exiret,enumerantē quot accidāt vrbe capta hominibus mala. ſternuntur populi, ignis concremat vrbē hoſtilis, trahūtur ab hoſtibus liberi, & arctius ſuccinctæ mulieres.Præterea ſuperpoſitio & exaggeratio.vt apud Epicharmū partim eadem de cauſa qua diuiſio: magnū enim oſtēdit exceſſum exaggeratio.partim quoniā principium atq; cauſa,rerū magnarum videtur. Verum quoniam id maius eſt, quod rarius eſt atq; difficilius:occaſiones quoq;,ac ætates,loca,tēpora, vires,maiores res reddunt.nā ſi vltra vires, ſi præter ætatē, ſi præter cæteros, ſi ſic, vel hic, vel tunc:pulchritudinis,aut bonitatis, aut iuſtitiæ, vel oppoſitorū magnitudinē habebit. Vnde elogiū quoq; in eum qui Olympia vicit:Habēs priſus in humeris aſperā aſillam,ex Argis piſces adferebā. Hinc Iphicrates quoque ſeipſum laudabat dicēs,ex quibus ea fuerūt.Præterea quod ex ſeipſo eſt, vt Epictetus ait: difficilius enim. quare poeta quoq; dicit per ſeipſum didiciſſe.Præterea rei magnę pars maxima, veluti Pericles in funebri ait oratione: Ita ciuitatē iuuentute ablata deformē, vt annus,ſi ver ab eo remoueret. Præterea quæ in maiore inopia neceſſitateq; requirūtur, veluti quæ in ſenectute,ac morbo. Præterea de duobus,quod fini ꝓpius eſt. Præterea quod ipſum,& ſimpliciter. Præterea poſſibile melius q; impoſſibile,cū illud in ipſo ſit,hoc non ſit. Præterea quæ in fine vitæ. finis nāq; magis ſunt ea quæ prope finē. Præterea quæ ad veritatē pertinent, magis q; quæ ad opinionem. Definitur autē id quod ad opinionē ſit, hoc pacto: quod ab eo non eligeretur, qui id occultum fore putaret. vnde accipere q; facere beneficium,eligibilius eſſe videtur.illud.n. vel ſi nemo ſciat te accepiſſe,profecto eliges: hoc, ſi occultū futurum eſt te contuliſſe, non videris electurus.Præterea ea quę magis eſſe q; videri volunt:ad veritatē enim magis.qua propter iuſtitiam quoq; aiunt paruum quid eſſe,quoniam eligibilius videri, q; eſſe: at ſanum eſſe,non ita.Inſuper quod ad plura vtile,veluti ad viuendū, & ad bene viuēdum, & ad agendum honeſta,& ad voluptatem. qua propter diuitiæ ac bona valetudo maxima eſſe videntur: cùm omnia hæc poſſideant. Ad hæc quod cùm ſit abſq; dolore, voluptatem etiam affert. vno enim plura meliora. quare cùm & voluptas & indolentia bona ſint,duo in vnum compoſita totum maius efficiunt. Item quæ cùm aſſint non latent, q; quæ latēt. ad veritatem enim illa tendunt. ita maius eſt bonum,diuitem eſſe,q; videri. Præterea quod charum eſt,& alijs ſolum, alijs non ſolū. quo circa non pari iactura luſci quis oculū eruet, & eius qui duos habet.charū.n.& vnicum lucus amiſit. Ex quibus igitur tam ſuadēdo q; diſſuadendo fidem facimus, ferè dictum eſt.

Demoſcendas eſſe rerumpublicarum ſpecies, ac ciuitatum mores ad bene conſulendum. Quot, & quæ ſint ciuitatū ſpecies. Cap. VIII.

CAeterum ad perſuadēdum beneq; conſulendum illud eſt omnium maximum atq; firmiſſimum, vt rerumpublicarū ſpecies omnes pernoſcamus, & qui mores, quæ leges, quæ commoda vnicuiq; ſint, diſtinguamus.Cūctis enim vtilitas perſuader:vtile autem eſt,quod ciuitatem conſeruat & tutatur. Ad hæc principantium ſentētia rata eſt: principantes vero diſtinctione ciuitatum diſtribuuntur.tot enim ſunt principantes, quot ciuitates. Quare cū quatuor ciuitates ſint, populi,paucorum,optimatum,vnius: quod principatur ac iudicat, vel pars aliqua horum, vel vniuerſum erit. Populus igitur eſt ciuitas, in qua ſorte magiſtratus declaratur, Paucorum vero poteſtas,in qua cenſu. Optimatum aūt, in qua qui diſciplina excellunt, ij principantur. Appello autem diſciplinam, quę legibus poſita eſt.nam qui legibus ſemper obtemperarunt, ij optimi videntur, ac in huiuſmodi ciuitate gerendarum rerum principatu potiuntur:à quibus & nomen ciuitas ſortita eſt. Monarchia vero eſt(vt vel nomen ipſum oſtendit)in qua vnus omniū dominus eſt. hæc ordine quodam conſtituta,regnum;inordinata vero,

Quatuor ciuitatum ſpecies.

vero,tyrannis appellatur. Cùm igitur ea eligantur quę ad finem sunt,non oportet vniuscuiusque finem ignorare. Popularis ergo status finis est libertas:Paucorum vero, diuitiæ: Optimatum autem,quę ad disciplinam & ad leges pertinent: Tyrannidis vero, custodia. Quare patet ad hos fines vniuscuiusque mores & cõmoda,& quæ legibus cõstituta sunt, esse diuidenda.siquidem ad hos referẽtes eligunt.Verum quoniã non solum rationibus, sed etiam oratione affecta & morata fidem facimus (credimus enim eo facilius, quo qualis quidam orator videtur, id est si vir bonus, si beneuolus,aut vtrunq;)non oportebit ciuitatum nos ignorare mores. Probantur enim vniuscuiusq; mores, si ad ciuitatis mores accõmodantur. ij autem reperiẽtur ex ijsdem. Ex voluntate enim ac electione mores aperiuntur: volũtas vero ac electio ad finem refertur. Quæcunq; igitur vel futura, vel præsentia suadentibus expetenda sunt, & ex quibus de vtili fidem facimus, ad hæc de ciuitatum moribus ac institutis, itemq; quibus, & quo pacto inueniemus, quantum ad presens opus est, dictum est. diligentius vero de his in Politicis explanauimus.

De Honesto ac Laudabili: quæ ad Demonstratiuum genus pertinent. Cap. IX.

NVnc autem de virtute ac vitio, honesto ac turpi dicamus.laudãtes enim ac vituperantes hęc intendunt.Cõtinget etiam si de ijs dicemus,illa simul aperire,quibus qualesquidem moribus putabimur:quod secundo loco fidem facere diximus. ex eisdẽ enim & de nobis,& de alijs virtutis opinionem facere poterimus. Verum quoniam accidit ioco vel serio laudare sæpe non solũ hominem aut Deum,sed etiam inanimata,aliorũq; animaliũ quodlibet: de ijs quoq; propositiones eodem modo accipiẽdæ.Quare veluti exempli gratia hæc etiã percurramus. Honestum igitur est,quod cũ propter se eligibile sit, laudabile est:aut quod cũ bonum sit, idcirco iucũdum est,quoniam bonum.Quod si sic est, necesse est virtutem honestũ esse. nam cùm sit bonũ. laudabilis quoq; est. Est autem virtus,vt videtur, vis quędã productiua,aut conseruatiua rerũ bonarum.item vis benefacendi multa ac magna,et omnia in omnibus.Huius partes iustitia,fortitudo,modestia, magnificentia,magnanimitas,liberalitas,mansuetudo,prudentia,sapientia Necesse autem est, si quidem virtus benefaciẽdi vis est, maximas eas esse virtutes quæ plurimũ alijs conferũt. Quapropter iustos ac fortes maxie laudant: cùm alij bello, alij etiam in pace vtiles hominibus sint. deinde liberales. non enim contendunt de pecunijs:sed largiũtur eas, quas sum mope cæteri cupiũt. Iustitia igitur est virtus, qua singuli sua ẽm leges possident. iniustitia est,per quam aliena contra leges retinẽt.Fortitudo est, per quam actiui bonarũ rerum, vt leges iubent,in periculis sumus:estq; legibus administratiua obtemperatiuaq;. huius contrarium timor est. Liberalitas est pecunijs benefactiua.illiberalitas contrarium.Magnanimitas est magnorum beneficiorum effectiua virtus. Magnificẽtia est virtus magnitudinis sumptuũ effectiua. harum contraria modicitas,& pusillanimitas.Prudentia est mẽtis virtus,qua de malis ac bonis quæ ad felicitatem pertinent,bene possumus consulere.De virtute igit̃ ac vitio vniuersaliter, & de partibus satis impræsentiarũ dictum est De cęteris autem non est difficile perspicere. Perspicuum enim est & virtutis effectiua, quoniã ad virtutem,& quæ à virtute fiunt,laudabilia esse. huiusmodi autem sunt indicia virtutis & opera. Quoniam ergo indicia & similia, quæcunq; sunt boni viri opera vel passiones, laudabilia sunt,necesse est quæcunq; fortitudinis opera vel iudicia sunt,aut fortiter gesta sunt, hęc omnia laudabilia esse. Iusta quoque similiter, & quę iuste facta sunt: sed passiones nequaquã. Nam in hac vna virtute non semper quod iuste fit,honestum est.cũ enim damnantur, turpe magis est si iuste fit, q̃m si iniuste: eodemq; modo in reliquis virtutibus. Itẽ ea quorum præmiũ honor est,omnia laudabilia sunt. Et ea magis quorũ honor, q̃ ea quorũ pecunia. Item quæcũq; eligibilium non sui quispiam gratia gerit.Et quæ simpliciter bona sunt, vt quæcunq; pro patria quispiam facit,sua contemnens. Et quæ natura bona sunt, & quæ bona,sed non sibi.nam quæ sibi,sui gratia facit. Et quæcũq; mortuum magis consequuntur, q̃m viuum. nam quæ viuos consequũtur, ea sui gratia facere magis videtur. Item quæcunq; opera laudis fiũt gratia. nã hæc minus sui gratia sunt. Item quæ non sibi sed alijs vtilitati sunt, & benefactoribus magis. iustum enim & beneficia,quoniam in alios. Item his opposita, quibus aut dicentes aut facientes, aut dicturi aut facturi erubescũt. turpia enim verecundantur & dicentes & facientes & facturi.quemadmodum Alcæo dicẽti, Vellem tibi aliqd dicere,sed pudor impedit: Sappho respondit, Si bona laudabiliaq; cuperes, nec lingua aliquid turpe dicere meditareris: nullus oculos pudor retineret. Itẽ ea de quibus trepidant, etiam si non timeant. sic enim his

bonis

Honestum

Virtus

Virtutis partes.

bonis maxime afficiuntur,quæ ad gloriã ducunt. Item virtutes ac opera eorum qui naturа excellunt, laudabiliores: veluti viri magis q̃m mulieris. & quibus alij magis fruuntur q̃m ipsi.quamobrem iustum & iustitia laudãtur. Item inimicos vlcisci potius, q̃m reconciliari. nam malum pro malo reddere,iustum est. & iustũ omne laudabile. Et ad hæc fortis est inuictum esse. quare victoria & honor laudabilium sunt.nam etiam si inutilia sint, eligibilia tamen sunt,& virtutem eximiam ostendunt. Item memorationes,ac monumenta:& quæ magis, magis. magis autem quæ ad defunctum consequuntur,& quibus honos maior connectitur.Item quæ superuacanea sunt,& soli sunt,laudabiliora. digniora enim memoratu.Item non frugifera prædia.liberius nãq; id magis.Singulorum quoq; propria,laudabilia sunt:& quæcunq; indicia eorũ sunt,quæ apud eos quibus cum vitiis,laudantur. veluti apud Laconas comam nutrire, laudabile est. nam quoniam non est facile seruile aliquod opus facere crinitum hominem: libertatis id apud eos indicium est. Item nulla vti arte fabrili.liberum nanq; non viuere ad alium. Ea quoq; accipienda sunt, quæ honestis propinqua sunt, tanquam ad laudem vel vituperationem conferentia: vt si moderatum ac mitioris animi, tumidum & insidiatorem appelles,& insensatum frugi: & mansuetum, eum qui dolorem animi non sentit. Et hoc modo à consequentibus ad optimum semper: vtputa iracundum ac furiosum, simplicem & arrogantem,magnificum atq; honestum. Eos quoq; qui excedunt,quasi virtuosi essent: vt ferocẽ fortem esse, prodigum liberalẽ. nam & pluribus ita videtur:& apparẽtem ex causa potest habere rationem. Nam si vbi necesse non est,pericula suscipit:multo magis videbitur in re honesta ac laudabili.& si in quosli bet profusus, quanto magis in amicos, virtutis enim eximiæ est cũctis benefacere. Oportet etiam apũd quos laudamus considerare: sicut Socrates dicere solebat, nõ esse difficile Athenienses apud Athenienses laudare. Et quod apud singulos honori est, id oportet affirmare:vt apud Scythas,apud Lacõas,apud Philosophos:ac vniuersaliter honorabile asserere oportet quod honestũ sit. propinqua enim esse videntur.Item quæcunq; vt conuenies est, veluti si maioribus digna,si incœptis. ad honestatem nanq; ac felicitatem pertinet honoris accessio. Aut etiam si præter id quod conueniens est,ad melius atq; honestius: vt si quis vtitur secũda fortuna, et moderatus sit: & qui aduersa, is magnanimus. Aut si cũ ad maiora conscendit,frugi tamen magis, ac facilior sit:quale illud est Iphicratis:O quę sunt ex quibus.& illius qui deuicit Olympia:Qui prius duram ferebam in humeris. Et illud Simonidis,Cuius mulieris pater ac maritus tyrannorum fratres fuerunt.Verum quoniam laus ex opationibus est, virtuosiq; proprium electione agere:ita dicendum, vt ostendatur electione ipsum gessisse quæ gesserit. quã ad rem confert, vt sæpius fecisse demonstretur. Quare quæ casu aut fortuna facta sunt, consilio ac iudicio attribuenda. Nam si multa simul haq; connectuntur, virtutis atq; iudicij videbuntur esse indicium. cùm vero laus sit, magnitudinem virtutis ostendens oratio,oportet operationes extollere.laus igitur operum est.Ea vero quæ afferuntur extra,vt fidem faciant dicuntur, vt nobilitas,doctrina. verisimile nanq; est bonum esse ex bonis, & sic educatum eiusmodi esse.Laudamus ergo eos qui fecerunt:quoniã facta signa sunt habitus.nam etiam eum qui nõ fecit, laudaremus, si talem esse crederemus.Beatio vero & felicitatio ipsis quidem eadem,his autem non eadem:sed vt felicitas virtutem,sic continet hæc felicitatio. Habẽt autem cõmunem speciem laudis cum deliberatione.nam quæ in admonendo diceres,ea dictione orationis commutata laudem constituũt. Cùm ergo habeas quę agenda sint,& qualem quẽdam esse oporteat:hęc quasi admonendo dicta, verbis cõmutanda trãsponendaq; sunt.vt in admonitione consilioq; sic: non oportet secunda fortuna confidere nimium,sed ijs quæ à seipso sunt.in laude sic:non secunda fortuna, sed seipso plurimum confidebat. Quas obres laudãdo quid admoneas,& consulendo quid laudes considera: & oppositа necessario dictione vtaris, cùm tam prohibens, q̃m non prohibens commutaueris,Vtaris autem & eorum quæ amplificant pluribus,vt si solus,si primus,aut cũ paucis, aut quod maxime factum est. laudabilia enim hęc omnia.Præterea,quod ex tempore atq; occasione est, quæ sunt præterquã conuenit.Ad hæc, si sæpius eandem rem gessit.magnum nãq; id, nec à fortuna, sed ab eo ipso profectũ videtur. Si quibus ad virtutem inflãmamur,& quibus honoramur: hæc ab eo inuenta constitutaq; sunt. Si primus omnium laudatus est,sicut Hippolocho, & Harmodio, ac Aristogitoni in foro statuæ primũ positæ:& in cõtrarijs similiter. Quòd si ex eo ipso non facile adimuenire potes,alijs compara:quod Isocrates ex cõsuetudine declamandi faciebat.Sed oportet illustribus comparare. amplificat.n. id, maximeq; laudabile est,

De amplificatione.

cùm virtuosis melior ostendatur. Cæterum amplificatio merito in laudes incidit. excellẽtia enim est, & excellere laudabile. quapropter cùm excellus ipse virtutem ostẽdere videatur: & ſ non illustribus, attamẽ alijs comparandum. E generibus igitur omni orationi cõmunibus amplificatio demonstrationi accommodatior. Nam cùm res gestas quasi certas accipiant: reliquum est vt magnitudinem eis ac ornamentum afferant. Exempla vero deliberatiuis aptiora sunt. ex præteritis enim futura cõiicientes iudicamus. Enthymemata autem iudicialibus magis conueniunt. nã quod factum est, & causam quare factum est suscipit, & probationẽ patitur, quoniã incertum est. Ex quibus igitur laus ac vituperatio fermè omnis, & ad quænam respicientes laudare ac vituperare oporteat, & ex quibus commendationes & opprobria fluant, hæc sunt. Nam horum contraria non latent: vituperatio enim ex contrarijs est.

De Accusatione & Defensione, quæ ad Iudiciale genus pertinent: ac primum de eo quod est iniuriam afferre. Cap. X.

NVnc de accusatione ac defensione, ex quibus & quot ratiocinationes faciundæ sunt, dicẽdum videtur. Tria igitur sumenda sunt. Primum, quot et quorum gratia iniuriam inferũt. Deinde, quomodo affecti. Tertium, quales, & quomodo se habentes. Si ergo iniuriam primum definierimus, de reliqs deiceps explicabimus. Sit ergo iniuriari, spõte præter leges officere. Legum autẽ alia propria, alia cõmunis. Propriam dicimus, qua ciues scripta vtuntur: cõmunem vero, qua nõnulla etiam si scripta nõ sunt apud omnes tamen valere videntur. Spõte autem facimus, quæcũq; scientes & nõ coacti facimus. Quæ igitur sponte facimus, non omnia eligimus: quæ autẽ eligimus, omnia cognoscimus. nemo enim ignorat quæ eligit. Ea vero quibus officere, ac praua præter leges cõmittere statuunt, improbitas sunt, & intemperãtia. Si.n. vitium habeant vnum, aut plura: in quo improbi sunt, in eo etiã iniusti: veluti prodigus in pecunijs, intẽperatus in voluptatibus corporis, mollis in desidia, timidus in periculis. deserit enim periculorum socios propter timorem. Ambitiosus etiam propter honores iniustus est. iracũdus propter iram, contẽtiosus cupiditate victoriæ, acerbus propter vltionem, stultus, quoniã circa bonum & iustum decipitur: eodemq; modo cæteri vnusq; quisq; in suo subiecto. Verum hæc partim ex ijs quę de virtutibus dicta sunt, pspicua sunt: partim ex ijs, quæ de affectibus dicentur, patebunt.

Quid sit iniuriari.

quare reliquum est, vt cuius gratia, quomodoq; se habẽtes, & quibus iniuriantur, tractemus. Primum ergo diuidentes dicimus. quæ sunt quæ appetimus, & qualia sunt quę vt fugiamus, iniuriã facere conamur. Perspicuum enim est, considerãdum esse accusatori quot & quæ reo insunt ex ijs quæ omnes appetũt, qui iniuria cæteros afficiũt. defensori autem, quæ & quot eorum non insunt. Quæ igitur agunt, alia omnes propter seipsos agunt, alia non propter seipsos: & istorum alia casu, alia necessitate. horum etiam quædã vi, quædam natura. Quare quæcũq; non propter seipsos faciũt, aut casu. aut natura, aut vi faciũt, quæcunq; autem propter seipsos, quorum scilicet ipsi causa sunt, alia propter consuetudinem agũt, alia propter appetitum. & horum quędam appetitu rationali, quædam irrationali. nam volũtas appetitus est boni cum ratione. nullus enim aliquid vult, nisi cùm bonũ esse putauerit. appetitiones vero irrationabiles, ira & cupiditas. Quare quæcunque homines agũt, septem eos de causis agere oportet: fortuna, vi, natura, consuetudine, ratione, ira, cupiditate. Neq; oportet ſm ętates aut habitus, aut talia quædam ea quæ aguntur distinguere. Nam si accidit vt iracundi aut cupidi iuuenes sint, nõ tamen propter ætatem agũt quæ agũt: sed propter cupiditatem, ac iram. Neq; diuites ac pauperes propter diuitias & paupertatẽ: sed accidit vt pauperes propter egestatem pecunias cupiãt, diuites vero propter licentiam voluptates non necessarias. itaque ij etiam non propter diuitias aut egestatem agũt, sed propter cupiditatem. Eodemq; modo iusti & iniusti, cæteriq; qui ſm habitus agere dicuntur, propter hæc omnia agent. nam aut propter rationem, aut propter affectum. sed quidã moribus & affectibus bonis, quidam cõtra. Accidit autem, vt ad hos quidem habitus alia, ad illos vero alia consequantur. forsan enim statim modestum propter modestiã ipsam tã opiniones q̃ cupiditates probę circa voluptates consequuntur. at immodestum circa easdẽ ipsas contrariæ. Quapropter huiusmodi diuisionibus superseddẽdum est, & considerãdum quæ quos sequi soleãt. Nam si albus, aut niger, aut magnus, aut paruus, nihil ex eis cõsequitur. Sin autem iuuenis, aut senex, aut iustus, aut iniustus, iã inter se differunt: & omnino quæcũq; accidẽtium mores hominũ differẽtes efficiunt. vt si quis diuitem se aut inopem putat, & felicẽ aut infelicem, id ipsum vero nonnullã faciet differentiã. sed de his posteã nũc de alijs dicamus. Fortuna igitur fiunt, quæcunq; ita fiunt, vt cùm

Quot, & quę sint actionum principia.

cùm eorum causa indeterminabilis sit: nec huius gratia, nec semper, nec vt plurimum, nec ordine fiunt. quæ omnia fortunæ ipsius definitione patẽt. Natura fiũt, quæ causam & ordinem in seipsis habẽt. nam aut semper, aut vt plurimum sic eueniũt. nam quę præter naturam fiunt, ea vtrum ſm quãdam naturam, an alia causa fiãt, non oportet inquirere: quãuis etiam fortuna causa horum esse videatur.

Quę natura.

Quæ vi.

Vi autem, quæcũq; per cupiditatem ac rationem per ipsos agẽtes fiunt. Consuetudine vero, quæcũq; ideo faciunt, quoniam sæpe fecerunt. Ratione autem, quæ cùm sint ex bonis iam dictis, cõferreq; videãtur, vel vt finis, vel vt ad finem, propter vtilitatem agũtur. nam quædam intemperantes etiam agũt vtilia, verum nõ propter vtilitatem, sed propter voluptatem. Ira vero fiũt, quibus vlciscimur. Differũt autẽ pœna, & vltio. nam pœna, eius qui patitur gratia fit: vltio vero eius qui facit, vt expleatur. verum ex quibus ira sit, ex ijs quæ de affectibus dicemus patebit. Cupiditate autem agũtur quæcũq; iucunda videntur. Verum & consuetudo, & ea in quibus assueti sumus iucũda sunt. nam multa etiam eorũ quæ natura iucũda nõ sunt, cum voluptate faciũt qui assueti sunt. Quare, vt breuiter dicã, quęcunq; propter seipsos agũt, omnia vel bona sunt, vel bona esse videtur: & aut iucũda, aut videntur iucũda. Verum quoniam quæ propter seipsos agũt, hæc sponte agũt: non spõte autem, quæ nõ propter seipsos: omnia quæ volẽtes agunt, bona erunt, vel apparẽtia bona: & aut iucũda, aut apparentia iucũda. Ponimus autem malorum etiam vel apparentium malorum reiectionem, aut minoris pro maiore assumptionem in bonorum numero, cùm eligibilia quodammodo sint. & similiter doloris vel apparentis doloris reiectionem, aut minoris pro maiore assumptionem in iucũdis numeramus. Quare quot & qualia vtilia sint, aut iucũda, sumẽdum est. Sed cùm de vtilibus, quãdo de deliberatiõe tractabamus, satis dictum sit, de iucundis impræsentiarum agamus. Oportet autem definitiones has sufficiẽtes putare, si ita se habẽt, vt de vnoquoq; neq; obscuræ sint, neq; exactę. Supponatur igitur nobis voluptatem esse motum animi quẽdam & affectionem, totam simul & sensibiliter in naturam proficiscentem, dolorem vero contrarium.

Quæ cõsuetudine.

Quæ rõne.

Quæ ira.

Quæ cupiditate.

Voluptas quid.

De Iucundis. Cap. XI.

QVare si hoc voluptas sit: patet id iucundum esse, quod dictam affectionẽ efficit: triste vero, ac doloro sum, vel eius corruptiuum, vel cõtrariæ affectionis effectiuũ. Ita iucũdum necessario est tam quod ſm naturã vt plurimũ proficiscitur, ac maxime cùm quæ natura fiũt, iam naturam suã & consuetudinem cõsequuta sunt. Quod enim vsitatum est, quasi iam innatum esset, gignitur. nam cum sępe ipsum ipsi semper propinquum sit, & ipsius quidem semper natura sit, ipsius vero sæpe cõsuetudo: naturę consuetudo similis est. Et quod violentũ non est. vis enim pręter naturam est. atq; tristis necessitas est, rectęq; dicitur violentum omne natura dolorem efficere. Quare curæ, sęua, conatus, tristia sunt. necessitudine. n. ac vi fiunt, nisi qui faciunt, assueti sint. Horum vero contraria iucũda sunt. ideirco desidia, iocus qes, accubationes, somnus, in iucũdis sunt: cũ nihil eorum vi fiat. Pręterea cuius cupiditas inest, omne iucũdum. nam cupiditas iucũdi appetitio est. Cupiditatum autẽ aliæ sine ratione sunt, aliæ cum ratione. Irrationales dico, quas ex nulla cogitatione cupiũt: quales sunt quæ natura esse dicũtur: vt quæ sunt per corpus, veluti alimẽti sitis & fames. est autem in singulis etiam alimẽti specibus cupiditas, & in gustabilibus atq; venerijs, & vniuersaliter in tãgibilibus, & in olfactu odoris, & in auditu, atq; visu. Rationales vero, cùm quædam persuasi cupiũt. nã multa & expetere, & possidere cupiũt cùm audiuerint, persuasiq; fuerint. Verum quoniã voluptate frui tum est, cùm aliquo sensu afficimur, imaginatioq; sensus quidam est debilis, & recordãtem ac sperantem eius rei sequitur imaginatio, quam recordatur ac sperat: quoniã igitur hęc ita sunt, patet voluptates inesse recordantibus valde, atq; sperãtibus, siquidẽ & sensus. Quare necessarium est iucũda omnia vel in sentiendo pręsentia esse, vel in recolẽdo prętérita, vel in sperãdo futura: siquidẽ præsentia sentimus, præterita meminimus, futura spamus. Quæ igitur meminimus, iucũda sunt: nec solũ quæ cùm aderãt, voluptatem afferebãt: verum ẽt nonnulla eorum quæ dolorem, si post illa bonum ac laudabile quid habeamus. Hinc illud dictũ est: Iucũdum est seruato meminisse periculi. Et illud: Lętatur enim vir post labores; cùm multa tulisse, multaq; gessisse recordetur. Cuius causa est, quoniam malum ẽt non habere, iucũdum est. Eorum autẽ quæ in spe sunt, quæcũq; delectationem aut vtilitatẽ afferre nõ paruam cùm assunt, aut sine dolore iuuare videtur: & omnino quæcunq; cùm assunt, delectationi sunt: ea inquam omnia sperantibus quoq; ac recordantibus, vt plurimũ iucũda sunt. Ideirco irasci quoq; iucundum.

Vnde

Vnde Homerus etiam dixit de ira, ꝙ defluere melle multo sit dulcior. nemo enim illis irascetur, quos vlcisci putat impossibile. illis etiam qui potentia excedunt, aut non irascuntur, aut minus irascuntur. Ad hæc ingētes quoq; cupiditates voluptas quædā consequitur. nam cum se assequuturos meminerint, aut sperēt assequuturos, voluptate quadam afficiuntur. Veluti q̄ febricitāt, siti oppressi, memorię habentes ꝙbiberint, sperāteſq; se bibituros, gaudent. Similiter amātes cùm alloquantur, aut scribāt, aut quicquam aliud faciant ad eum, quem absentē amant, gaudent. in omnibus nanque his quasi sentire putant eum quem amāt, cùm eius recordentur. Idq; amoris initium omnibus est, si nō solum cùm adest lætantur, sed absentis etiam memoriam tenētes amant. Idcirco etiā cùm mœsti sunt quoniam nō adest, & in luctu ac fletu inest quędam voluptas. mœror enim in eo est, quod nō adest: voluptas autē, quod recordentur, ac illū quo dāmodo videāt, & quę agebat, & qualis erat.
» Vnde illud dictum est, Sic fatus, flendi cūctis
» immisit amorem. Vlcisci etiam iucūdum est. nam quod si nō assequeris, triste: si assequeris, id iucundum est. Et punire delectabile est. id enim adipisci iucūdum, cuius frustratio est tristis. qui vero irascūtur, magnopere dolēt non vlti: sperātes autē gaudēt. Vincere quoque iucūdum est, nec contētiosis solum, sed omnibus. excessus nāq; imaginatio fit: cuius rei omnes aut moderate aut magis etiam ꝙ oporteat cupidi sunt. Verum quoniā iucundum vincere est, ludos etiam omnes qui pugnæ aut cōtentionis speciem habēt, iucūdos esse necesse est. Sæpe nāq; in ipsis victoria inest, vt tesseras, aleam, pilā, tabulā, ludos quoque liberos similiter. nam eorum alij iucūdi fiunt, si quis alluserit: alij statim iucūdi, vt venatio, & omnis bestiarum persequutio. Vbi enim certatio est, ibi victoria quoque est. qua propter forum disputationesq; alluetis atq; potētibus iucunda. Honor etiam, atq; gloria iucūdissimorum est. Fit enim vnicuiq; imaginatio talē se esse, ac virtuosum, præsertim cū ij asserāt quos nō existimāt mentiri, quales domestici potius sunt ꝙ alieni, deinde familiares ac noti, & caues potius ꝙ pegrini: & qui sunt, potius ꝙ futuri: prudentes potius ꝙ fatui, & multi ꝙ pauci. hos enim veraciter prædicare verisimilius est ꝙ oppositos. Nulla enim cura est, vt ab his quos quispiam nimium despicit, veluti à pueris, aut a bestijs honor, aut gloria conquiratur: non inquā ipsius gloriæ, sed forsan cuiusdā alterius gratia. Amicus quoq; iucundum est: nā & amare, iucūdum. nullus enim vinum amat, qui vino nō lętatur. Amari etiā iucundum. imaginatio enim hic quoq; fit bonū sibi inesse, quod qui sentiūt, omnes cupiūt. Admirationi etiā esse, iucundū: quoniā & honorari. Assentationibus quoq; aures præbere. ideo etiā adulator iucundū: nam & admirari & amare videtur. Idem etiam sæpius agere, iucundū. consuetudo nāq; iucunda erat. Varietas quoq; ac vicissitudo iucunda. in naturā enim mutatio fit. Quodcūq; autem vno modo semper se habet, cōstituti atq; fixi habitus satietatem generat. vnde dictum est, vicissitudinem rerum omnium iucūdam esse. Idcirco etiā quæ interuallo temporis magno videtur, iucūda sunt, tā res, ꝙ homines: mutatio enim præsentium fit. Et simile etiam est, quod magno tēporis interuallo interposito fit. Discere quoq; & admirari iucūdum vt plurimum est. in admirādo enim discendi cupiditas inest: quare admirabile desiderabile est. in discēdo autem reditus inest in naturā. Beneficium etiam tam conferre, ꝙ accipere, ex iucundis est. nā qui recipit, quod cupit adipiscitur: qui autem confert, habet abundatq; ijs quæ vterq; appetit. Verum quoniā bene mereri iucūdum est, idcirco subuenire quoq; propinquis, & māca supplere, suaue hominibus est. Et quoniā discere, atq; admirari iucūdum, necesse est vt quæ imitatione assequuti sumus, iucūda sint: vt pingendi atq; fingendi artes, & Poetica similiter, omneq; quod imitatione fit, etiā si iucundum id non sit, quod imitant. non enim illo lætātur, sed quoniam ratiocinationem faciunt, quòd hoc illud est. quare aliquid discere accidit. Euadere quoq; à periculis, tanto iucundius, quanto propius periculo. admirabilia enim omnia hæc sunt. Et quoniam quod ſm naturam est, iucūdum est, omniaq; genere inter se cōiuncta, ſm naturam cōiuncta sunt: idcirco vt plurimū quæ similia sunt, ac genere conūcta, iucūda sunt, vt homo homini, equus equo, adolescēs adolescenti. Hinc & prouerbia celebrata sunt, ꝙ
» æqualis æqualem delectat: quodq; semper à
» simili simile amatur: & quòd belua beluā cognoscit: & ꝙ semper merula ad merulam: &
» quæcūq; huiusmodi. Verum quoniam quod simile & eiusdē generis est, sibi ipsi iucūdum est, idq; maxime vnusquisque ad seipsum habet: necesse est omnes, alios plus, alios minus seipsos amare. nam omnia illa vnicuiq; ad seipsum maxime insunt. Quòd si omnes se ipsos amāt, sua quoq; vnicuiq; iucūda esse necesse est: vt opera, orationes. Quare assentatorū vt plurimum atq; amatorū amici sunt. ambitiosi quoque, ac liberorum amore victi.

nam

nam liberi opera sua sunt. Manca quoq; supplere iucūdum: quoniam opus iam suum fit. Et quoniam principari iucundissimū est, ideo sapientem esse iucundum videtur. nam sapere principantis est. sapiētia autem multarum ac mirabilium rerū scientia est. Præterea quoniam vt plurimum ambitiosi sunt, necesse est increpare quoq; alios iucūdum esse. Item in quo vnusquisq; sibi optimus esse videtur, in eo versari: vt Euripides ait, In id adducit magnam dici partem ei attribuens: vt ipse se ipso fruatur, cùm sit optimus. Insuper cùm ludus ac iocus ex iucundis sint: otium quoque omne, ac risus, & ridicula iucunda necessario sunt, & homines, & verba, & opera. Sed de ridiculis in ijs quę de arte Poetica dicta sunt, determinatum est. Verum de iucundis hæc dicta sint. Dolorem autem inferentia, ex contrarijs horum patent. Quorum igitur Gratia iniuriantur, hæc sunt.

Quomodo se habentes, & quibus iniuriantur. Cap. XII.

NVnc autem quomodo se habentes, & quibus, exponamus. Ipsi erga tū remgeri possibilem arbitrātur, & sibi possibilem, siue celare iperent, siue deprehensos non daturos pœnas: aut daturos quidem, sed minus sibi vel suis futurum suppliciū ꝙ emolumentum. Verum quæ possibilia, quæq; impossibilia videantur, posterius explanabitur: communia enim sunt omnibus Rhetoricæ partibus. Ipsi autem posse se absq; damno iniuriari arbitrantur, si orationis copiam habeant: si actiui sint: si multis in certaminibus experti: si amicis abūdāt: si diuites sunt, aut ipsi maxime, aut saltē si huiusce modi sibi amici, aut ministri, aut socij sint. nam hæc propter & celare, & facere, & non dare pœnas possunt. Præterea, si amici sunt ijs qui iniuriam perpetiuntur, aut iudicibus. nam & amici nec obseruāt iniuriantes amicos, & reconciliari malunt, ꝙ accusare: & iudices ijs gratificanē quos amāt, & aut omnino absoluunt, aut parui condemnant. Celare autem facilius possunt, partim qui ad ipsa crimina incōmodi sunt: vt si imbecillus pulsasse hominē accusetur, aut inops, aut deformis adulterij. Et quæ in apto & ante oculos posita sunt. nam quæ nemo putat, nemo seruat: & quæ tot & rāta sunt, vt ea nullus. nam & hæc minime obseruātur. omnes enim homines, quibus vsitatissimæ iniuriæ sunt, ab eis cauent: veluti etiam à morbis qui solent inuadere. quo autem nondum aliquis laborauit, ab eo nemo cauet. Partim ij qbus inimicus nullus est, aut plurimi. alij enim cauturos se putant, quòd non obseruentur: alij ꝙ nō videantur aggressuri fuisse, cùm obseruentur: habentq; defensionem hanc, quòd nō fuissent aggressuri. Partim quos vel mores, vel affectio, vel locus commode celant. Partim ij qui si celare nō potuerint, propelle re oino iudicium possunt, aut in lōgius prorogare, aut iudices corrūpere. Partim ij qui si pecunia dānabuntur, vel solutioni supersedere possunt, aut in lōgius producere, vel ob inopiam nihil habeant quod perdāt. Partim quibus emolumēta quidem apte aduenium, vel magna, vel de propinquo: dāna vero ecōtra, vel occulta, vel pārua, vel de lōge. Partim quibus maior est vtilitas, ꝙ vt par suppliciū excogitari queat: quod tyrānis consequuta videtur. Partim quibuscūq; iniuriæ lucra quidem sunt, condēnationes aūt opprobria solum. Et cōtra quibus iniuriæ quidē laudi quodāmodo sunt: vt si alicui simul cōtigerit parentem vlcisci, velut Zenoni. Cōdemnationes vero, aut exilij, aut pecuniæ, aut alterius hmōi. iniuriātur enim vtricq; ij, siue hoc siue illo se pacto habeant. sed nō vt ijdem ipsi sunt, verū vt oppositi in moribus. Partim qui sæpe aut celarūt, aut cōdemnati nō sunt: tē quibus sæpius aggressis parū succesſit. sunt enim nōnulli tales in iniuriādo, qualēs in re bellica, qui iterū atq; iterū pugnas inceptāt. Præterea qui voluptatē aut lucrū statim assequūtur: dolorem aut dānū postea: quales incōtinētes sunt. incōtinentia est. n. incōtinentia circa oia quæ appetūtur. Et cōtra qui dolorē aut damnū statim perpetiuntur, voluptatē vero aut emolumentū postea, & tardius. cōtinētes. n. ac solertiores hęc persequuntur. Partim qui videri possunt vel fortuna, vel necessitudine, vel natura, vel cōsuetudine fecisse: & in sūma errasse, sed nō iniuriatos fuisse. Partim qui ius suū haud aliter obtinere possunt. Partim qui eguerint. sunt aūt egētes dupliciter. nam aut necessārijs, vt inopes: aut superuacaneis, vt diuites. Partim qui præclari aut infames sunt: alij qñ nō videbuntur, alij qñ non magis videbunt. Ac ipsi quidē sic se habētes aggrediunt. Iniuria vero afficiūt hos, & in his. Primum habētes ea quibus ipsi egeāt, vel vt necessitatē expleant, vel vt abūdēt, vel fruātur. Deinde tam longe absentes, ꝙ prope. ab alijs nāq; cito auferunt, ab alijs tardius puniūtur: veluti qui Carthaginē sibus furantur. Præterea nō obseruātes, neq; cauentes, sed credulos. nam omnes hos celare facile. Ad hæc negligētes. nam vlcisci diligentis est. Verecūdos etiā. non enim pugnāt de lucro. Eos quoq; qui affecti à multis iniuria, nō curarūt de vltione. nā (vt trito, pueribio

Quibus iniuria nat.

dicitur)Myſorum ij præda ſunt. Inſuper eos quos nunquam, & quos ſæpius. vtricꝫ enim incauti:illi quòd nunquam, ij quòd non amplius. Itē eos qui aduerſis rumoribus vel opprimuntur, vel facile poſſunt opprimi. nam ij nec volunt,cùm timeāt iudices: nec perſuadere queunt: cuiuſmodi ſunt & quos multi oderunt, & quibus multi inuident. Item aduerſus quos cauſam habuerunt vel ex ipſis, vel ex parentibus,vel ex amicis:qui male aut fecerunt, aut facturi erant vel ſibi, vel parentibus,vel ijs qui ſibi curæ ſunt, ſicuti prouerbio fertur:Improbitas cauſam quærit.Itē amicos,atꝫ inimicos.alios nāque facile, alios iucunde. Item eos qui amicos nō habent. Item eos qui nec ad dicendum, nec ad faciendum multum valent. nam ij aut vlciſci negligunt, aut reconciliantur,aut nō ad finem vſq; perſequuntur.Præterea quibus inutile eſt,dum iudicia & compenſationem expectāt, tempus conſumere: quales ſunt aduenæ ac opifices, qui iniuriantes ſibi paruo abſoluunt,& facile ceſſant.Præterea eos qui aut ipſi alijs ſepe iniuriam intulerūt,aut iniuria talia fecerūt qualia patiuntur.nam id non videtur ferè iniuria, cùm tale quid perpeſſus quiſpiam ſit, quale ipſe eſt ſolitus facere. vt ſi quis contumeliari ſolitum verberauerit:vel eos qui male aut fecerunt,aut voluerūt,aut facturi ſunt. nam & voluptatem id & laudem habet:nec ferè iniuria eſſe videtur. Item eos quorum iniuria vel amicis vel dominis, vel in ſumma quibus ipſi viuunt,grata videtur. Item eos à quibus ſperant veniam ſe conſecuturos. Præterea eos de quibus cōqueſti ſunt. vt Calippus in Dionem fecit.hæc enim ad iniuriandum accedere videntur.Preterea eos quos etiam ſi ipſi dimitterent,ab alijs tamen opprimerentˉ: quaſi non ſit amplius poſſibile conſilium adhiberi: vt Aeneſidemus ad Gelonē, cùm ab eo Cotabia oppidum depopulatum fuiſſet,ſcripſiſſe fertur: quòd ſcilicet eū vrbem illam depopulaturum paulo prænueniſſet. Præterea eos quibus iniuriari potuerunt, iuſte agere multa,quaſi facile reſarturi: vt Iaſon Theſſalus dixit opus eſſe in quibuſdam iniuriari, vt iure quoꝫ multa facere poſſis.Item ea facilius cōmittunt, quę multi faciunt. veniam enim ſe conſecuturos in his putāt. Item ea quæ celari vbiꝫ cōmodius poſſunt:qualia ſunt quæ vel cito conſumuntur,vt edulia:vel facile figura, colore,complexione immutantur. Vel quæ celari vbiꝫ poſſunt. Et quæ facile portātur, & paruis in locis recondūtur. Item ea quorū ſimilia multa iniurias poſſidebat: & quę perpeſſum dicere pudet:vt vxorū adulteria, contumelias ſui, vel liberorū. Et in quibus qui accuſat,litium ſtudioſus videtur: qualia ſunt parua,& in quibus venia dari ſolet. Ac quomodo ſe habentes iniuriantur, & quibus, & quomodo,& cur,hæc ferè ſunt.

De Iniuria,iureq; facta. Cap. XIII.

SEd iniuria, iureꝫ facta omnia diſtinguamus:hinc primum incipientes.Determinātur itaꝫ iuſta atꝫ iniuſta primum duabus legibus:deinde quibus fiunt, dupliciter. Legem autem dico,alteram propriam eſſe,alteram communem. Et propriam quidem,quæ ſingulis inter ſeipſis determinata eſt. & hanc aliam ſcriptam, aliam non. Cōmunem vero quæ ſecundum naturam eſt. eſt enim quoddam natura iuſtum, & iniuſtū quod omnes vaticinatur,etiam ſi nulla inter ſe ſocietas aut pactio ſit:quale Antigone apud Sophoclem dicere videtur,cùm iuſtum eſſe aſſerat, ſepulturæ, Polynicem tradere. non enim,inquit, nunc aut nudiuſtertius, verum ſemper id viget, nemoꝫ ſcit ex quo ſta conſtitutum eſt. Et vt Empedocles dicit de non interficiendis animatis. nō enim,id apud quoſdam iuſtum, apud quoſdam vero iniuſtum:ſed apud omnes,inquit,legitimum, ac per æthera latum, terrasꝫ iacentes conſtitutum eſt. Et vt Alcidamas etiam in Meſeniaco dicit.Quibus autem determinata ſunt, dupliciter determinata ſunt. nam aut ad communem ſocietatem, aut ad vnum ſupremum ſocietatis agēda,aut non agenda ſpectāt. idcirco dupliciter etiam iure ac iniuria facere poſſumus.nā aut vnum ac certum, aut ciuitatem lædimus. qui enim adulteratur,aut hominem cædit,certū quendam lædit.qui vero militiā deſerit,ciuitatem. Cùm igitur quę iniuſte fiunt,omnia ita bipartito diſtribuātur,ſi prius quid ſit iniuriam pati repetierimus,cætera dicemus.Iniuriam pati ergo eſt, cùm à volentibus iniuſta inferuntur. iniuriari enim, voluntarium eſſe iam definitum eſt. Verum quoniā neceſſe eſt eum qui iniuſte patitur,lædi,neque ſponte lædi: leſiones ex ijs quæ iam diximus patent (bona enim & mala prius diuiſa ſunt, voluntaria etiam dictum eſt ea eſſe quę ſcientes faciunt) neceſſe eſt peccata omnia vel ad ciuitatem, vel ad priuatos ſpectare: & hæc aut à nelcientē, aut à nolente, aut à volente atque ſciente fieri. & horum quædam electione, quædam affectu. Ac de his quidem in tractatu de affectibus explanabitˉ.quæ vero eligunt,& quomodo ſe habētes, iam explanatū eſt. Verum qm̄ ſæpe concedentes feciſſe,aut intētionem accuſatoris negāt,aut id de quo eſt intētio, vt cepiſſe, ſed nō furatū fuiſſe: verberatū, ſed nō contumeliatum

Iniuriā pati quid.

contumeliatū eſſe:fuiſſe vnà,ſed nō adulteratum fuiſſe : aut furatū eſſe, ſed non cōmiſiſſe ſacrilegium : non.n.rem diuinā attigiſſe, aut ſuſtuliſſe,ſed non publica : aut colloquutum cūm hoſtibus fuiſſe, ſed non prodidiſſe: propterea oportebit etiam quid furtum ſit, quid cōtumelia,quid adulterium, determinare: vt ſiue eſſe, ſiue non eſſe iuſtum velimus oſtendere, facere queamus. nam de omnibus his quæſtio eſt, vtrum iniuſtus ſit, & improbus, an non. Eſt enim in electione improbitas, atque iniuria;& huiuſmodi noxa elegiſſe oſtendunt,veluti contumelia,furtum. Nec enim ſi verberauit,ſtatim cōtumelia affecit: ſed ſi alicuius gratia, vt ſi aut vituperandi alium, aut voluptatis ſuæ. Nec ſi clam accepit, ſtatim furatus eſt: ſed ſi vt alteri damnum, ſibi vtilitatem afferret,ſimiliterꝫ de alijs. Quoniam vero duæ iuſtorum atꝫ iniuſtorum partes erāt (quædam enim ſcripta,quędam non ſcripta) de ijs quidē de quibus leges ſcribunt, dictum eſt:ea vero quæ ſcripta non ſunt, bipartito diſtribuimus. Nam alia ſunt per exceſſum virtutis, aut vitij : in quibus vituperationes, honores,infamiæ,donationesꝫ ſunt;veluti gratiam habere benemerito, paratum eſſe amicis, cæteraꝫ huiuſmodi. Alia legum ſcriptarum defectus . nam æquum & bonū iuſtum eſſe videtur. Aequum autem & bonum eſt, quod præter legem ſcriptam iuſtum eſt. idꝫ accidit partim volentibus, partim inuitis legumlatoribus.inuitis quidem, cùm ſe effugerit: volētibus autem & cùm nequeant determinare, ſed neceſſe ſit vniuerſaliter dicere qd' non ita,ſed vt plurimum.Et cùm determinatio propter infinitatem facilis non ſit,vt ſi ferro perculſit, quanto & quali quodam. tēpus enim deerit enumerāti.Si ergo de quo determinari non poteſt,de eo lex ferēda eſt, neceſſario ſimpliciter dicēdum . Quare,ſi cùm annulatus ſit,manum extollat vel percutiat: lege quidē ſcripta reus eſt, & iniuriatus eſt: vere autem non eſt iniuriatus : & id eſt æquum ac bonum. Si ergo quod dictum eſt, æquum ac bonum eſt,patet æquum etiam eſſe ne tāti errores fiant,quanti iniuria:nec quæ aduerſa fortuna eueniunt,tanti, quāti errores.Dicuntur autem aduerſa fieri fortuna, quæcunque cùm præter opinionem fiāt,non fiunt ex prauitate. Errore autem, cū nec præter opinionem,nec ex prauitate.Iniuria vero, cùm non præter opinionem,& ex prauitate.nam quæ cupiditate fiunt,ex prauitate fiunt. Aequum etiam eſt rebus humanis ad ignoſcendū commoueri, & non legem, ſed legis ſcriptorem: ac non verba,ſed ſententiam ſpectare:nec factum,ſed voluntatem:nec partem, ſed totū; nec quis nūc,ſed quis ſemper,aut ferè ſemper fuerit,conſiderare,& meminiſſe bonorū magis quæ in ſe collata ſunt, q; malorum, & eorum bonorum magis quæ recepit, q; quæ fecit;& nō iniquo animo iniuriam ferre: & oratione diſceptare potius velle, quàm re: & in arbitriū magis, quàm in forum velle deſcendere. nam arbiter ad æquum & bonū, iudex ad legem ſpectat. Et hac de cauſa arbiter eligitur, vt æquum & bonum præualeat. Ac de æquo & bono ſic determinatum ſit.

Duę iuſtorū atꝫ iniuſtorum partes.

De maiore ac minore Iniuria. Cap. XIIII.

INiuria vero maior, quæ à maiore proficiſcitur iniquitate. Quo circa quæ minima ſunt crimina, maxima interdum videntur: vt Menaloppum Calliſtratus accuſabat, quòd templi cuſtodes decepiſſet, triaꝫ vaſcula è ſacris minimi ponderis ſuſtuliſſet.Contra vero eſt in ipſa iuſtitia.Hæc autē ita ſunt,quoniam viribus excedunt.nam qui ſacra vaſcula parui ponderis furatus eſt, is quauis in re peccabit. Interdū igitur ſic magna iniuria, interdū ex magnitudine dāni eſtimatur,vt illa cui nihilum poteſt ſupplicium exæquari, ſed ois pœna minor inuenitur, & cui remedium afferri nō poteſt.acerbum enim, atq; inauditum.Et in qua non poteſt qui paſſus eſt, pœnam ſumere:cùm res nullū remedium patiatur.nam vltio atꝫ pœna remedium eſt. Et ſi qui perpeſſus eſt,turpitudinem ferre nō potuit:maiore nāꝫ ſupplicio,qui fecit,dignus eſt.vt Sophocles cùm Euctemonis cauſam ageret, ac ille non ferens contumeliam, ſe ipſum interemiſſet:non eſtimare ſe cōtumeliam minoris inquit,q; quanti qui paſſus eſt eſtimauit.Et ſi ſolus,aut primus fecit,aut ſi pauci admodum eo crimine contaminati ſunt. Idem etiam ſæpius peccare,permagnum.Similiter maxime is peccat,cuius cauſa quæratur ac excogitentur quæ prohibeāt,vt ſupplicia, & cruciatus: ſicut ij,propter quos carcer exędificatus eſt. Et apud Argiuos pecunia is multatur, propter quem lex poſita eſt.Maius etiā eſt,quod beluarum magis eſt:& quod ex prędmeditatione magis:& quod qui audiunt, timent magis q; miſereantur. Amplificantia vero illa ſunt, q; multa iuſta euertit, aut contempſit iuſiurandum datam dexteram, hoſpitium,fidem, affinitates . multorum nanque criminum exaggeratio fit . Ad hæc non parum ibi peccare, vbi puniuntur iniuſti.quod falſi teſtes faciūt. vbi enim non peccabunt, qui vel apud iudices peccārit? Præterea ea maiora, in quibus turpitudo maior. Sūma ēt iniuria, ſi eū lædit,

qui de se bene meritus est. plura nãq; peccat, quòd non bene facit, & quòd male. Is etiam vituperandus, qui iustitiam secundum leges scriptas solummodo seruat. melior enim qui non coactus iustus est. scripta vero coacti seruant, sed non coacti minime. Alio etiam modo qui præter scripta facit. nam qui ea committit, quæ leges prohibent, & de quibus sup plicia sunt, is ea multo magis committet, de quibus nullum supplicium est. De iniuria igitur maiore vel minore dictum sit.

De inartificiali Fide. Cap. XV.

DE fide autem quæ inartificialis dicitur, deinceps dicendum: propria enim iudicialium causarum. Sunt igitur quæ fidẽ huiusmodi faciũt, quinq; numero: leges, testes, pacta quæstiones, iusiurandum. Primum autem de legibus, quo pacto suadenti & dissuadenti, & accusanti & defendenti vtendum sit, dicamus. Patet ergo, si lex scripta aduersus nos sit, communi tunc lege vtendum esse, & æquo ac bono tanquam iustioribus: & quòd optima sententia vti hoc est, ne vtaris scriptis in omnibus: & quòd æquum & bonũ idem permaneat semper, et nunquam immutetur, sed nec communis lex, cùm secundum naturam sit: ius vero scriptum sæpius. Vnde dictũ est in Antigone Sophoclis, fecisse se præter Creontis legem: sed non præter illam non scriptam. non enim nunc, aut nudiustertius, sed semper. hanc ergo ego non curabam hominis, verum nullius legẽ. Et quod iustum, verum quid est atq; vtile: sed non id quod videtur. quare quæ scripta est, lex non est, cùm legis opus nõ faciat. Et quòd iudex quasi argenti atque auri cognitor est, vt vere iustum ab adulterato discernat. Et quòd melioris est viri, non scriptis potius quàm scriptis vti, & in eis permanere. Et si alij, quę probetur legi, aut sibi ipsi contraria est: veluti si alterã esse iubeat firma quæcunq; inter se pacti sunt, cũ altera vetet, ne aduersus leges pangant. Et si ambigua, vt vertere, inspicereq; liceat, quam ad partem iustum, ad quam vtile accommodabitur: ac ita demum ipsa vti. Et si res de quibus lex lata est, non similiter se habeãt, lex autem ita: tunc vero id ipsum significandũ est, ostendendumq; sibiipsi eam repugnare. Sin vero lex scripta rebus conueniat, tũc optima sententia dicendum nõ esse legem positam, vt præter leges iudices, sed ne ignorãdo quod leges volunt, peieres. Et quòd nemo eligit quod simpliciter bonũ est, sed omnes quod sibi. Et quòd nõ differat, vel nullas esse leges, vel non vti. Et quòd etiam in morbis nõ conferat aduersus medicum cauillari, quamuis non tantum medici error officiat, quantum si obaudire principibus assueſcimus. Et quòd probatæ leges id maxime vetant, ne quis se legibus prudentiorem velit ostẽdere. Ac de legibus quidem sic determinatum sit. Testes autem, alij veteres; alij iuniores. Et horũ cum alijs periculum cõmune est, alij omnino extra periculum sunt. Veteres igitur dico poetas, cæteros q; claros, quorum sententię approbanẽ, sicuti Homero teste de Salamine Athenienses vsi sunt. Tenedij quoque nuper aduersus Sigiẽses Periãdro Corinthio, & Leophron in Critiam Solonis vsus est elegijs, vt ostenderet iam ex priscis tẽporibus domum eius impudicam fuisse. Non enim scripsisset Solon, Flauo Critiæ dicẽdum mihi est, vt patri auscultet. Hi ergo tẽstes de prẽteritis sunt, de futuris vero oraculorum etiam interpretes: vt Themistocles, quòd muri ligněi nauali vtendum esse pugna moneãt. Præterea prouerbium quoq; (vt dictum est) testimonium quoddam est: veluti si quis cùm consulat senem non esse in amicitia suscipiendum, prouerbium huic attestari dicat, quo ferẽ, Nunquam beneficiũ in senem collocãdum. Cùm vero liberos cum parentibus interficiendos, Fatius, qui patre cæso, liberis pepercit. Iuniorum etiam qui clari sunt, sententiæ litigantibus conferunt, sicuti Eubulus in iudicio Platonicum quiddam aduersus Chareta protulit, quòd Plato in Archibium dixit, increuisse iam propter illũ in ciuitate, vt prauos se omnes esse fateantur. Et quibuscũq; commune periculum est, si mentiri viderentur. Verum ij de huiusmodi solummodo testes sunt, factum'ne sit, an non, & vtrum sit, an non. de qualitate vero minime: vtputa, si iustũ, si iniustum: vtile, an inutile. Prisci autem etiam de qualitate. nam cùm corrumpi non possint, si de dignissimi sunt. Qui ergo testes nõ habẽt, ijs præsidijs vtetur, quod ex probabilibus iudicandum sit. Id. n. est optima sententia iudicare, q; pecunia corrumpi probabilia nõ possint, q; falli nũquam testimonij crimine accusentur. Qui autẽ habet, aduersus non habentem his vtetur, q; ad ferẽdam sententiam probabilia nõ sufficiant: q; testibus nũquã opus esset, si ratione res satis cognosci posset. Sunt autem testimonia vel de nobis, vel de aduersarijs: & alia de re, alia de moribus. Quare paret testimonijs conferẽtis inopiam nũquam futuram. erit nanq; de re quidem vel pro nobis, vel cõtra aduersarios; de moribus aũt, de bonitate nostra, vel de aduersoriorum nequitia. Cętera vero de testibus, amicis, aut inimicis, aut

cis, aut neutris, vel pbis, vel iprobis, vel neutris, ac de quibuscũq; alijs hmõi testiũ differentijs, ex ijs locis quęrẽdũ, ex quibus enthymemata ẽt ipsa manant. De pactis aũt is orationis vsus est, vt augeas, aut extenues, & vel credibilia vel incredibilia ostẽdas. nã si pro nobis sunt, credibilia & vera: sin pro aduersarijs, cõtra. Qui ergo probabilia vel contra ostẽdere vult, ea cõsiderabit, quæ de testibus diximus. nam ex qualitate eorũ qui in pactis cõscripti sunt, aut qui seruare ea debent, credibilia, vel contra sunt. Cùm vero conceditur pactum sic interceſſisse: si pro nobis est, amplificatione vtendum. Pactum enim lex quædam de particulari est. ac leges quidem nõ approbantur à pactis: pacta vero cùm legitima sint, a legibus cõprobantur. Et omnino lex ipsa pactum quoddam est. quare qui nõ credit, euertit q; pactum, leges euertit. Præterea commutationes rerum vltro ac citro. similiter quæ volũtaria sunt, pactis vt plurimum facimus. quare si quis pacta infirmat, is vsum hominũ infert se penitus euertit. Cætera vero hanc ad rem accommodata, facilia intellectu sunt. Sin autem pro aduersarijs sint: primum omnia quæ in legem contrariam quispiam dicet, accommodari possunt. Est enim absurdum, si legibus, cùm nõ recte, sed iniuste, ac dolo malo latoris positas cognouerimus, non stabimus: & pactis necessario stabimus. Deinde si iudex iusti distributor est, non est considerandum quod iustum est, sed quod iustius. Et iustum quidem nec deceptione, nec necessitate verti potest, quoniam innatum sit: pacta vero & à deceptis, & à coactis fiunt. Ad hęc perspiciendum si pacta alicui legum vel scriptarum, vel non scriptarum, si iustis, si honestis, ac demum si alij pacto priori vel posteriori contradicũt. nam aut priora vera sunt, & posteriora falsa: aut recte se habẽt posteriora, sed priora fefellerunt. itaq; altero istorũ ex re nostra vtemur. Denique altius inspiciendum, si aliquo modo iudicibus inutilia sunt: cæteraq; huiusmodi. facilia nanque inuentu similiter sunt. Quæstiones autem testimonia quędam sunt, videnturq; fidem facere, quonam cogunt: quas nõ est difficile percipere, ac ea quę hinc inueniri dicíq; possunt, cõspicere. Nam si pro nobis sunt, amplificatione vtẽdum est, quòd ex testimonijs sola hęc vera sint. Sin vero aduersus nos, & pro aduersarijs, dissoluemus, quæ vera sunt, de vniuerso genere quæstionum differentes. nam qui cogũtur, non minus falsa dicunt quam vera: & tũ tolerantes vera occultant, tum falsa dicentes credunt se citius euasuros. Sed oportet hæc exemplis comprobare, quæ ipsis iudicibus non ignorentur. De iureiurando autem quadripartito distribuere possumus. Nam aut offert, & suscipit, aut neutrum, aut alterutrum: ideſt, aut offert, sed nõ suscipit: aut suscipit, sed non offert. Præterea de ijs ipsis aliter si iam iuratum est, & sic vel ab hoc, vel ab illo. Non offert igitur se dicet, quoniam homines cùm ab eis pecunia petitur, facile peierant: & quoniam qui iurauit non reddit: qui non iurauit, eum facilius condemnari putãt: & quoniam minus periculum iudicibus causam committere, cùm his credat, illi minime. Non suscipit vero, quoniam pro pecunia iusiurãdum est. Et cùm sit melius aliqua de causa prauum cẽſe, quam de nulla: iuraſſet profecto si prauus esset. nam iurando habebit, nõ iurando non habebit. quare nõ ne peieret, sed propter virtutem non suscipit. His consentaneum illud Xenophanis, non parem esse hanc prouocationem impio ad pium, sed similem, ac si robustus ad inferendum suscipiendumq; ictũ, imbecillem prouocaret. qui suscipit, non aduersarijs, sed sibi ipsi atteſtabitur. Illud quoq; Xenophanis conuertẽdo, dicet par esse si impius offerat, & pius suscipiat. Graue esse repellere iuratos, cùm iudices eadem de re velit sententiam ferre. Qui offert, pium affirmabit esse, vt Dijs velis cõmittere: prętera non esse opus aduersario alijs iudicibus, cùm sibi ipsi iudicium permittatur. Ad hæc iniquum esse iusiurandum repellere, cùm eadem de re alios velit iurare. Quoniam igitur per singula quid dicendum sit aperuimus, patet etiam in coniũctis: vt si suscipit, & nolit offerre: aut si offert, & non suscipit: aut si offert simul & suscipit: aut neutrum. nam cùm hæc ex illis coniungantur, horum etiam rationes ex rationibus illorum coniungi necesse est. Quòd si ab aduersario quispiam deceptus est, patet id periurium non esse. iniuria enim ex voluntarijs est: & periurium iniuria est: cuncta vero quę vi, vel deceptione fiunt, inuoluntaria. Hinc colligit quid peierarẽ sit. est enim mente, sed non ore. Quod si iam ab aduersario iuratum sit, omnia dicemus eum conuertere, qui non seruat quæ iurauit. nam idcirco legibus etiam vtimur prius iurantes. Et cùm, iudices, dignum putemus, vt vos iudicando ea seruetis quæ iuraſtis, ipsi non seruabimus: cętera q; huiusmodi quæ amplificando quispiam dicet.

Verum de comprobatione inartificiali tot dicta sint.

De pactis.

De quæstionibus.

De iureiurãdo.

Peierare quid.

ARISTOTELIS ARTIS RHETORICAE LIBER SECVNDVS.

SVMMA LIBRI.

De hominum Affectibus: ætatum, ac fortunæ Moribus. De Possibili ac Impossibili, Amplificatione & Attenuatione, cunctis orationibus communibus. De probationum generibus, Exemplo scilicet ac Enthymemate: eoq; tum uero, tum apparenti: ac eiusdem solutionibus. De sententia item, tanquam ipsius parte.

Quòd auditores afficiendi sunt.

Cap. I.

EX quibus igitur suaderè ac dissuadere, vituperare ac laudare, accusare ac defendere oporteat, & quæ ad faciendam in eis fidem opiniones & propositiones conducũt, hæc sunt. de his enim & ex his, vt seorsum de vnoquoque genere orationis tractemus, enthymemata ducuntur. Verum quoniã iudicij causa Rhetorica est: nam & in deliberationibus iudicant, & in foro iudicium est: necesse est non solũ dare operam vt oratio fide digna, demonstratiuaq; sit: sed vt ipse quoq;, ac iudex, qualis quidam efficiatur. Nam id in cõsilijs præcipue, deinde & in iudicijs ad fidem faciendam plurimum pertinet, vt qualis quidam videatur qui dicit, puteturq; ab auditoribus affectus quodammodo erga ipsos esse. ad hæc, vt & ipsi auditores affecti quodammodo sint. Verum cõsulenti magis confert, vt ipse qualis quidam esse videatur. Auditoris autem affectus litigãti vtilior. non enim eadem iudicibus videtur, cùm diligant & cum oderint, nec iratis & quietis: sed vel omnia diuersa, vel magnitudine diuersa. Nam reus aut nullam aut paruam fecisse iniuriam amanti videtur: contra vero ei qui oderit. cupienti autem, sperantiq;, si quod dicitur futurum, iucundum sit, & fore, & bonũ fore videtur. contra vero ei videtur qui ãsperatur atq; desperat. Vt igitur dicentes ipsi fide digni videãtur, tres cautæ sunt. Tria enim sunt, quæ præter demonstrationem fidem faciunt, prudentia, virtus, beneuolentia. Nam qui dicunt aut cõsulunt, vel propter hæc omnia, vel propter aliquid horum fallunt. Aut enim propter stultitiam non recte opinãtur: aut recte sentientes, propter improbitatem non dicunt vt sentiũt: aut quamuis recte sentiant, virtuosiq; sint, tamẽ cùm beneuoli non sint, facile creduntur sponte non optime consulere. Hæc igitur sunt quare fallunt, & præterea nihil. quare necesse est, si qs omnia hæc videtur habere, fide dignũ esse apud audientes. Verũ vnde prudentes ac virtuosi videri poterunt, ex ijs quæ de virtutibus dicta sunt, sumendum est. nam ex eisdem tam alium q; ipsum huiuscemodi quispiã efficiet. De beneuolentia vero & amore, ac vniuersaliter de affectibus nũc dicẽdũ. Affectus igitur sunt, quibus homines cõmoti differenter iudicãt: quos quidẽ affectus voluptas, aut dolor consequitur: vt ira, misericordia, timor, cæteraq; huiusmodi, & his opposita. Sed oportet quę circa vnumquẽq; sunt, in tria distribuere: veluti quæ circa iram, quomodo affecti irascuntur, quibus irasci soleãt, qualibus in rebus. nam si vnum horum aut duo, & non omnia habeamus, non erit nobis possibile in iram audiẽtes impellere. Similiterq; in alijs. Ac sicut in superioribus propositiones ipsas conscripsimus, sic in his quoq; faciemus distribuentes, vt diximus.

Tria esse, q̃ præter demõstrationẽ fidem faciũt.

De ira. Cap. II.

SIt ergo ira apparentis vltionis appetitus cum dolore propter apparentem immerito vel in se vel in suos cõtemptũ. Quoniam igitur id ira est, necesse est cũ quis irascit, cuidam semper ex singulis irasci, vt Cleoni, sed non homini; & quoniam ei vel suorum alicui aliquid fecit, vel facturus erat. Et ad omnem iram quãdam sequi voluptatẽ propter spem vltionis. iucũdum enim est si quis putat ea se cõsequuturum, quæ expetit. nemo.n. quę sibi videtur impossibilia, expetit. quare iratus possibilia sibi expetit. Itaque recte illud de ira dictum est, quòd defluẽte melle dulcior in virorum pectoribus glíscit. Consequitur enim voluptas etiam quædam & propter hæc quę diximus, & quoniam in vlciscendi cogitatione immorãtur, quæ imaginatio voluptatem similẽ ei efficit, quæ in somnijs accidit. Quoniam vero cõtemptus est actus opinionis in id quod nihil dignum æstimatur (mala enim & bona, quæq; ad ea tendunt, non parui facimus, sed ea nihili pẽdimus, quę aut nulla sunt aut minima) tres contemptus partes erunt, despectus, detractio, contumelia. Nam & despiciens contemnit. quæ enim nihili ducunt, hæc despiciũt. contemnunt autem rei digna nullius. Et qui detrahit, cõtẽnere videt. est.n. detractio, cũ alicuius volũtati quispiã impedimẽto est, nõ vt sibi quicq;, sed ne illi. Qm̃ ergo nihil sibi quærit, ideo contẽnit. quod inde patet, qd̃ sibi nec obfuturũ existimat: (nam

Ira quid.

Quo pacto sint dispositi qui irascuntur.

si putaret, timeret, & non contemneret:) nec in re de qua curandum sit, profuturum. daret enim operam, vt ab eo diligeretur. Et qui contumeliatur, similiter contemnit. Contumelia enim est damno atq; dolore in ijs afficere, in quibus turpe patienti est: non vt aliud quoddam sibi fiat, quàm quod factum est: sed vt voluptate afficiatur. qui enim par pari reddunt, non contumeliantur, sed vlciscũtur. Est autem voluptatis contumeliantibus causa, q̃ arbitrentur malefaciendo eis, magis excellere. quapropter iuuenes & diuites contumeliatores sunt: longe nanque putant contumeliando excellere. Contumeliæ autem vituperatio propria. cõtemnit enim qui vituperat. nam quod nullius rei dignum est, nullius est pretij, neque boni, neque mali. Propterea iratus Achilles dicit: Nullius existimarunt: meũ
» nanque honorem abstulit ipse: ac me priuauit, vt quendam nullius pretij exulem. quasi hæc propter irascãt. Multi enim fieri se oportere arbitrantur à minoribus genere, potẽtia, virtute, ac omnino in quo multum excellũt, vt diues in pecunijs pauperem supat, & orator in oratione verborum inopem, & princeps subditum, & qui se principatu dignum
» putat, dignum seruire. Vnde dictum est: Animus autem magnus est in regibus diuis. Et il
» lud: Sed iram etiam postea seruat, vt vlciscatur. molestè nanque ferunt, quoniam excedũt. Ad hæc à quibus oportebat gratiam referri. hi autem sunt, quibus aut benefecit ipse, vel suorum aliquis, vel propter ipsum, & aut vult, aut iã voluit. Ex his igitur patet, quomodo se habentes irascuntur, & quibus, & quas ob res. Nam ipsi quidem, q̃n dolẽt. nam qui dolet, aliquid expetit, siue in oppositum quis se obijciat: veluti sistienti ne bibat, siue non. Ex opposito idem videtur facere: & siue contra faciat quispiam, siue non adiuuet, siue aliud quoddam perturbet: omnibus, cùm sic se habeat, irascatur. Quapropter ægrotãtes, pauperes, amantes, sitientes, ac vniuersaliter cupientes & non assequentes iracundi sunt, ac facile incẽduntur, primum quidem ac maxime aduersus eos qui propter præsentẽ fortunam se contemnũt: veluti ægrotus eos qui propter morbum, pauper eos qui propter pecuniam, militãs eos qui propter militiam, amans eos qui propter amores, ac in cæteris similiter. Præparatur enim quilibet, vt vnicuique irascatur, à turbatione quæ in ipso est. deinde si forte opposita expectabat. maiorẽ enim infert dolorem, quod magnum est, & præter opinionem: quemadmodum etiam delectat, si præter opinionem factũ sit quod optant. Hinc tempora quoque, ac dispositiones, & ætates patent, quenã aptiores ad iram sint, & qui facile mobiles ad iram, & quando, & vbi. Et quo in his magis sunt, eo etiam magis mobiles sunt. Ipsi ergo sic se habentes, facile mobiles ad iram sunt. Irascũtur autem deridentibus primum, & subsannantibus, atque conuitiantibus: omnes enim contemnunt. Deinde ijs qui ita officiunt, vt contumeliæ causa facere videantur. Huiusmodi autem facta sunt, quæ neque alicuius rei gratia, & inutilia sunt facientibus. hæc enim contumeliæ causa fieri videntur. Præterea maledicentibus aut vilipendentibus ea quibus ipsi maxime student: vt qui philosophia gloriantur, philosophiam: qui forma, formam contemnentibus: ac in cæteris similiter. Lõge vero magis in his irascuntur, si suspicati fuerint non esse in eis vel penitus, vel non valde, vel opinione hominum ea in quibus increpantur. cùm vero vehementer sibi ea inesse putant, non perturbantur. Ad hæc amicis magis quàm inimicis. putant enim oportere magis ab illis sibi benefieri, quàm non. Et assuetis honorare ac multitacere, si non similiter erga ipsos se habeant. paruipẽdi enim ab his arbitrantur. Idem faciunt etiam, si qui nõ remunerant, nec æqualia reddunt. Et oppositis facientibus, si minores sunt. nam q̃ omnes contemnere videntur, hi quidem quasi minores, illi vero quasi à minoribus. Et ijs maxime, qui nullius opinionis sunt, si contemnunt. nam & suppositum est iram esse, cùm quis immerito contemnitur. Et par est ne à minoribus maiores contemnãtur. Amicis autem si non benedicunt, aut faciũt: ac multo magis si contra vel dicunt, vel faciunt: & si nõ animaduertunt egere ipsos: sicuti & Plexippus Antiphontis Meleagro. nam cùm quæ nobis curæ sunt, non latent, contemptus signum est non animaduertere. Et ijs qui in aduersa fortuna gestiant, aut omnino contenti esse videantur. nam vel inimicitiarum vel contemptus id signum est. Et ijs qui non curãt, si dolorem intulerunt, qua de re malorum nunc ijs etiam irascuntur. Et ijs qui vel audiunt, vel oculis mala eorum cernunt: quippe cùm aut contemnẽtibus, aut inimicis simillimi videantur. amici enim condolẽt, ac omnes qui sua mala considerant, dolent. Præterea ijs qui apud hos quãdoq; contemnunt, apud quos honorari cupiunt, quos admirantur, quibus mirabiles videri cupiunt, quos verentur. & demum apud illos qui eos verẽtur, apud hos homines, si quis cõtemnat, ei valde irascãtur. Et ijs qui eos cõtemnũt, qbus nisi succurrãt,

Quibus irascuntur, & quare.

turpe ēſt: vt parentes, liberos, vxores, ſubditos. Et ingratis, contemnunt enim qui non agūt vt par eſt. Et illudētibus ſtudia ſua apud ſtudioſos. nempe illuſio ex contemptu proficiſcitur. Et ijs qui in cæteros liberales ſint, erga ſe non ſunt. contemni enim videtur, cùm ſolus indignus iudicatus ſit. Ad hæc omnia, obliuio quoque iram efficit, veluti & nominum, quamuis res minima ſit: quippe cùm ipſa quoque ſignum eſſe contemptus videatur. proficiſcitur. n. ex negligentia: negligentia vero contemptus eſt. Quibus igit̄ iraſcuntur, qualiterq; ſe habentes. & quas ob res, dictum eſt. Patet autem opus eſſe, vt oratione tales orator præparando efficiat, quales ſunt qui ad iraſcendum ſunt apti: aduerſariosq; ijs rebus reos, propter quas iraſcuntur, ac tales, quales quibus iraſcuntur.

De *Manſuetudine*. Cap. III.

Manſuetudo quid.

VErum quoniam iraſci & mānſuetum eſſe, contraria ſunt, & ira manſuetudini contrarium: dicendum nūc eſt quomodo ſe habētes manſueti ſunt, & quibus, & quas ob res. Sit igitur manſuetudo, depreſſio iræ, atq; ſedatio. Si ergo contemnentibus iraſcuntur, contemptusq; volūtarius eſt: manifeſtum eſt ijs qui nihil horum faciunt, aut inuiti faciunt, aut huiuſmodi videtur, manſuetos ac mites eſſe, & ijs qui cōtra vellent, q̄ fecerint: & omnibus qui in ſeipſos etiā huiuſmodi ſunt: cùm nemo ſeipſum cōtēnere videatur: & ijs quos pœnitet, & fatentur. nam quaſi pœnas ſumpſerint, quòd dolent factū, ceſſant ab ira. Huius ſignum in punitione ſeruorū ſumere poſſumus. negantes enim atque contradicentes multo magis punimus: cùm vero iure ſe puniri fateātur, ceſſamus ab ira. Cuius cauſa eſt, quoniam manifeſta negare, impudentia eſt: impudentia vero cōtemptio eſt atque deſpectus. quare quos valde deſpicimus, eos non veremur. Præterea ijs qui humiliter ſe gerūt, neq; contradicunt iratis, videtur enim minores ſe fateri: minores vero metuāt: & metuēs nullus contemnit. Quòd autem humilitate ira ſedatur, canes quoq; oſtēdunt, qui ſedentes non mordent. Et ijs qui ſtudioſi erga ſtudioſos ſunt. nō enim contemni, ſed multifieri videntur. Et ijs qui maiora largiti ſunt, & rogātibus atq; deprecātibus. humiliores enim. Et ijs qui nec contumeliatores, nec ſubſannatores, nec contemptores, aut nullus, aut non bonorum, aut non talium quales ipſi. Vniuerſaliter vero ex contrarijs mitigantia conſideranda ſunt. Præterea ijs quos timent, & quos verentur. nam quandiu ſic ſe habēt, non iraſcuntur. impoſſibile enim eſt timere ſimul atque iraſci. Ad hæc ijs qui ira concitati fecerunt, aut non iraſcuntur, aut minus iraſcūtur. non enim videntur contemptu feciſſe: quippe cū nullus iratus contemnat. eſt enim contemptus abſq; dolore: ira vero non ſine dolore. His etiam qui ipſos verent̄. Præterea qui modo ſe cōtrario habent, q̄ qui iraſcuntur, eos patet mites eſſe, veluti in ludo, in ioco, in die feſto, in felicitate, in ſucceſſu, in cō ſummatione, ac in totum in non dolendo, & in laudabili voluptate, ac ſpe honeſta. Inſuper eos, qui iam diu eſt ex quo perturbati fuerunt. ſedat enim irā tempus. ſedat autē etiam maiorē hominis iram, ſumptū ab alio priuſ ſupplicium. Quocirca recte Philocrates cùm ei quidam dixiſſet, Cur te irate plebi non purgas? nōdum, inquit, opportunum. Quando igitur? cùm alium, inquit, cōdemnatum viderō. Manſueſcunt enim cùm iram in aliūm effuderint: quod Ergophilo contigit: quem, quamuis magis in eum furerent, q̄ in Calliſthenem, quoniā tamen pridie Calliſthenem morte damnarant, facile abſoluerūt. Si præterea maiora incōmoda paſſi ſunt qui deliquerunt, q̄ irati eos affeciſſent. Quaſi enim ſupplicium ſumpliſſe arbitrantur. Ad hæc ſi intuliſſe ipſi putant iniuriam, ac ideo nō iniuria vexari. nō enim ex iure facto aut dicto ira proficiſcitur. Cùm ergo imerito vexari arbitrantur (quod ira erat) oratione caſtigandi ſunt. quare vel ſerui ſic caſtigati minus moleſte ferāt, cùm puniantur. Item ſi ignoraturos putant quòd propter ipſos, atq; pro ijs quæ paſſi ſunt. vt. n. ex definitione patet, ira in ſingulos eſt. Quare recte dictum eſt à poeta, Vlyſſem dic vrbium expugnatorem. quaſi nō vltus, niſi & à quo, & quam ob rem cognouiſſet. Quare nec cæteris qui non ſentiunt, iraſcūtur: nec defunctis, quaſi iā extrema paſſi, nec dolituri, nec cogniturі ſint, quod irati cupiunt. Quapropter probe poeta cùm Achilis iram ſedare vellet, quā in Hectorem iam mortuum gerebat, dixit:

Surdam enim terram iratus vexas. »

Iam ergo patet, ſi ſedare iram volumus, ex his locis ita dicendum eſſe, vt & auditores huiuſmodi faciamus: & quibus iraſcuntur, eos aut timendos, aut verendos, aut gratos, aut inuitos feciſſe, aut factū dolentes oſtēdamus.

De *Amicitia*, & *Amore*, & eorum contrarijs. Cap. IIII.

Amare qd.

QVos autem amāt, aut oderunt, amicitiam, & amare ipſum prius definiētes dicamus. Sit igit̄ amare, velle alicui

alicui quæ bona putat, illius, non ſui gratia: quantumq; actuum eſſe inquantum poteſt. Amicus autem eſt, qui amat, & redamatur. itaque amicos ſe putant, qui ſic ſe adinuicem habere putant. His ita ſuppoſitis, eum qui et in bonis congratulatur, et in dolore condolet, non alia de cauſa niſi illius, amicū eſſe neceſſe eſt. omnes enim gaudēt, ſi vt volunt fit: ſi contra, dolent. quare dolores ac voluptates, voluntatis ſignum ſunt. Præterea quibus iam eadem bona ac mala ſunt, & qui eiſdem amici, & qui eiſdem inimici: nam his eadem velle neceſſe eſt. qui vero eadē ſibi ac alij vult, hac ipſa de cauſa illi amicus eſſe videtur. amāt etiam eos, qui vel benefecerunt aut ipſis, aut ijs qui ſibi curę ſunt: præſertim ſi magna, ſi libenter, ſi temporibus huiuſmodi ſuiq; gratia: vel quoſcunq; benefaciendi voluntatem habere opinantur. Inſuper amicorum amicos, & amantes quos ipſi amant, & amatos ab ijs qui à ſeipſis amantur, & eiſdē inimicos, et eos qui oderunt quos ipſi odio habēt, & inimicos inimicorum. nam his omnibus eadem eſſe bona & ſibi videtur: quare bona ipſis volunt, quod erat amici. Ad hæc beneficos in pecunia & ſalute. quocirca liberales ac fortes colunt: iuſtos quoq;. tales autem eſſe putant eos qui non aliunde viuūt, quales qui ab operādo, horumq; qui ab agricultura, aliorum vero opifices maxime. Modeſtos etiam, quoniam non iniuſti. Et propterea etiam nō curioſos. Et eos quibus amici eſſe volunt, ſi velle videtur: quales ſunt qui virtute excellunt, & clari vel apud oēs, vel apud optimos, vel apud eos quos ipſi admirantur, & in ijs in quibus ipſos admirantur. Præterea iucundos in cōſuetudine diurna, quales ſunt faciles, & neq; peccata redarguentes, neq; cōtentioſi, neq; pertinaces. omnes enim hi pugnaces ſunt: pugnantes vero non eadem, ſed oppoſita velle videntur. Ad hæc tam illudere quàm ſufferre apti. ad eadem enim vtriq; tendunt amici, cùm & illudi & illudere apte poſſint. Item eos qui præſentia bona laudant, & ea maxime, quæ ipſi timent amittere. Mundos quoq; facie, veſte, tota vita, & non exprobrātes nec errores, nec beneficia: vtriq; enim arguendi cupidi. Item eos qui maleficia obliuiſcuntur, quoniam crimina memoria non teneant, ſed facile recōciliantur. nam quales erga cęteros eſſe putamus, tales etiam in nos futuros arbitramur. Item nō maledicos, & tam aliorum quàm ſua mala ignorantes: ſed non bona. id enim agere, boni eſt. Præterea non contradicentes iraſcētibus, aut ſtudioſe quicquā agentibus. pugnaces enim qui ſic faciūt. Et eos qui erga nos ſic affecti ſunt, vt nos admirent, virtuoſoſq; putent, nobiſq; gaudent, ac ita maxime ijs in rebus affecti ſunt, in quibus magnopere volumus ſtudioſi, admiratio neq; digni, ac iucūdi videri. Præterea ſimiles, eademq; profitentes, niſi turbent, & niſi eadē ex re vitæ ſubſidia conſequantur. hoc enim pacto illud fieret, Higulus higulo. Eadem etiā cupientes, ſi poſſibilia ſint, ſimul ipſos pricipare. quod ſi non, idem Heſiodicum ſimiliter ſequitur. Eos præterea, erga quos ita ſe habent, vt non vereantur, ſi non ea contemnāt quæ ad gloriam pertinent. Et eos, apud quos ea verentur, quæ ad veritatem. Et eos, apud quos iactabundi ſunt. Et eos, quos æmulatores ſed non inuidos habere vellent. aut amāt, aut illis amici eſſe vellent. Et quibus bona cooperantur, ne ſibi ipſis maiora eueniant mala. Item eos qui abſentes ſimiliter atq; preſentes diligunt. quocirca qui in defunctos huiuſmodi ſunt, hos cuncti amant. Et vniuerſaliter ſtudioſos nimium in amicos, neque derelinquentes. nam ex omnibus bonis boni amici ſummopere diligūtur. Et eos qui nihil eis fingunt, neq; diſſimulāt, cuiuſmodi ſunt qui vel mala ſua nobis aperiunt: dictum enim eſt nō vereri homines, ſi apud amicos, quæ ad gloriam. Si ergo qui veretur, non amat: qui non veretur, amanti ſimilis eſt. Præterea non timēdos, & quibus confidimus. nullus enim amat quem metuit. Sunt autem amicitię ſpecies. ſodalitium, familiaritas, propinquitas, & quæcunq; huiuſmodi. Amicitiam vero efficiunt gratia, & ſi feceris non rogatus, & non ſignifi caris cùm feceris. ſic enim ipſi⁹ cauſa videris, & nō ob aliud feciſſe. De inimicitia autem & odiſſe patet ex cōtrarijs eſſe perſpiciendum. Huius efficētia ſunt, ira, detractio calumnia. Sed ira ex ijs eſt quæ ad ſe ipſum pertinēt: inimicitia vero etiam ſine illis. nam ſi talem eſſe ſuſpicabimur, odimus. Præterea ira ſemper in ſingulos, vt Socratem, Catilinam: odium vero etiam in genera. omnes nanq; calumniātem atq; furem oderunt, & alterum tempore ſanabile, alterum non. Ad hæc ira dolorem inferre cupit: odium vero affligere potius. nā qui iraſcitur, cognoſci vult: hic vero non curat. Sunt autem cuncta quę dolorem faciunt, ſenſibilia. quæ vero maxime vitia ſūt, ea minime ſunt ſenſibilia, veluti iniuſtitia, & amentia. nō enim infert dolorem præſentia viti. Itaq; alterum cum dolore eſt, alterum abſq; dolore. dolet enim qui iraſcitur: qui odit, non dolet. & ille multis modis miſerebitur, hic nullo pacto. nam ille inuicem dolere ipſum vult, cui iraſcitur: hic vero nō eſſe, quem odit. Ex his igitur patet, quòd ſit poſſibile inimicos atq; amicos

De inimicitia, & odio.

Differentia inimicitiæ, & odii ab ira.

&

& cùm ſint oſtendere, et cùm non ſint facere, & cum ſe eſſe ſignificãt, diſſoluere. & vel propter iram, vel propter inimicitiã dubios, vtrã in partem velis impellere. Quare aũt timeãt, & quæ, quomodoq; habentes, nunc erit manifeſtum.

De Timore, & eius contrario. Cap. V.

Timor quid.

SIt ergo timor, ex imaginatione futuri mali corruptiui, aut dolorem inferentis, perturbatio quædam, aut dolor. Non enim cuncta timem⁹ mala: vt ſi erit iniuſtus, aut tardus: ſed quęcunq; vel magnos dolores vel corruptiones adducunt. Et ea quæ non longe abſunt, ſed prope videntur; vt iam impendeant. remota nanq; nimium, non timent. omnes enim ſciunt ſe morituros: verum quoniam non prope, idcirco non curant. Si ergo id timor eſt, neceſſe eſt ea terribilia timendaq; eſſe, quæcunq; ingentes videntur habere vires corrumpendi, aut ira nocendi, vt nocumentum ad ingentem tendat dolorem. Quare ſigna quoq; iſtorum timẽda. prope nanq; oſtẽdunt eſſe quod timetur. id vero periculũ eſt. eſt enim periculum, timendæ rei appropinquatio. Talia vero ſunt inimicitia & ira potentium quippiam facere. nam cùm non lateat velle ac poſſe ipſos, prope iam ad faciendum ſunt. Itẽ iniuſtitia vires habens. eo enim quòd velit iniuſtus, iniuſtus eſt. Virtus quoq; ſi contumelijs afficitur, viresq; habeat. patet enim quòd vult, cùm ſemper improperetur. Poteſt enim nunc & timor potentium quicquam facere. nam in præparatione quoq; huiuſmodi homines eſſe neceſſe eſt. At quoniam plures lucro ſeruiunt, timendiq; in periculis ſunt, idcirco in poteſtate alterius eſſe timorem inferre, vt plurimum natũ eſt. quare conſcij quempiam perperam feciſſe, timẽtur, ne aut dicãt, aut deferant. Præterea potentes ſemper iniuriari, illis terribiles qui poſſũt iniurijs affici. homines nanq; vt plurimum cũ poſſint, iniuriãtur. Ad hęc qui paſſi iniuriam ſunt, aut pati ſe putant. ſemper enim opportunitatem expectant. Qui etiam iniuriam intulerunt, ſi vires habeant, terribiles, timentes ne contra referatur: quod terribile ac timendum eſſe ſuppoſitum erat. Et qui de eiſdem certãt, cùm vtriq; ſimul eadem eſſe nõ poſſunt. hi enim ſemper pugnãt. Et qui a maioribus timentur, ij etiam à minoribus, cum poſſint minoribus magis quàm maioribus obeſſe. Et quos maiores timent: & qui maiores interemerunt: & qui minores quàm ipſi ſunt aggrediũtur, eadem de cauſa. nam aut iam terribiles, aut cùm creuerint. Præterea ex affectis iniuria, & inimicis, ac aduerſarijs, non qui acutæ iręſunt, atq; minaces, ſed tranquilli, diſſimulatores, verſuti. latẽt enim qui prope. quare nunquam timendum quod procul. Cuncta vero quæ timorem inferre poſſunt terribiliora ſunt, ſi cùm errauerint, non poſſint corrigi: verum aut omnino impoſſibilis ſit correctio, aut nõ in ſe ipſis, ſed in aduerſarijs. Item ea in quibus auxilia non ſunt, aut non facile ſunt. Ac (vt ſimpliciter dicam) terribilia timendaq; ſunt. quę cũ in alios fiant, aut immineant, miſerabilia ſunt. Terribilia igitur, & quæ timemus, hæc ferè maxima ſunt. Quomodo vero affecti timemus, nunc dicamus. Si ergo timor eſt cum expectatione corruptiuæ paſſionis, manifeſtũ eſt neminẽ timere cũ arbitretur nihil ſe paſſurũ: nec ea quæ nõ putat pati: nec eos à qb⁹ nõ putat: nec tũc qñ nõ putat. Quare neceſſariũ eſt eos timere, qui ſe aliquid paſſuros arbitrantur, et ab ijs, & hæc, & tunc. Non putant autem quicquam poſſe pati nec qui ampla in fortuna ſunt: qui idcirco contumeliatores, contemptores ac audaces ſunt. tales vero efficiunt diuitiæ, vires, potentia, amicorum multitudo. Nec qui iam perpeſſos omnia ſe grauia putant, quorum ſpes extincta: veluti qui iam in ſupplicio ſunt. ſed opus eſt ſalutis ſubeſſe ſpem, pro quo perhorreſcunt. cuius ſignum, quòd timor ad conſulendum inducit. nemo enim de re conſulit, de qua nulla ſpes apparet. Quare opus eſt, quãdo melius ſit auditores in timorem inducere, tales ipſos reddere, vt credant ſe pati poſſe, cùm & alij maiores paſſi: ſimiles quoque aut pari, aut paſſos oſtendemus, & ab his à quibus non putabant: & hæc, & tunc cùm non putabãt. Ac quoniam patet quid timor ſit, & quid timendum, et quomodo ſe habentes ſinguli timeant, ex his etiam manifeſtum eſt quid cõfidere ſit, & in quibus homines cõfidant, & quo pacto fidentes affecti ſunt. Vt enim fiducia timori contrarium eſt, ſic id quo cõfidimus. ei quod timemus. Quare ſpes eſt ſimul cum imaginatione rerum ſalutarium, quòd prope adſint, cùm terribilia vel nõ ſint, vel longe abſint. Sunt autem in quibus confidendum eſt, & pericula, cùm longe abſunt: et ſecũda, cùm ppe adſunt. Correctiones quoq; ſi ſunt, & præſidia vel multa, vel magna, vel vtrunq;. Itẽ ſi neq; affecerint, neq; affecti iniurijs ſint, ſi aduerſarij omnino non ſint, aut nõ habeant potentiam: aut ſi habeant, amici ſint, vel benemeriti de nobis, vel de qbus nos benemeriti. Item cõfert ſi plures in eiſdem ſunt, aut meliores, aut vtrunq;. Ipſi vero fidentes ſunt, ſi ita ſe habeãt, vt multa geſſiſſe ſe putẽt: & non periclitaſſe, ſi ſæpius in pericula deuenerint,

Quomodo affecti timemus.

De confidẽtia.

Qui ſint fidẽtes.

nerint, & euaſerint. Dupliciter enim impaſſibiles homines ſolent fieri, aut q̃ experti non ſunt, aut quod auxilium habeant, veluti in periculis marinis. & qui inexperti tempeſtatem ſunt, confidunt de futuris: et qui opitulari ſibi poſſunt, quoniã experti. Præterea ſi non terribile paribus ſit, aut minoribus, et quibus meliores ſe putant. Putant autem ijs ſe meliores, quos ipſos vel eorum pares, aut etiam meliores ſuperarunt. Si plura & maiora ſibi ineſſe arbitrantur, quibus cũ excedant, timẽdi ſunt. ea ſunt pecuniæ magnitudo, corporum vires, opes regionis & amicorum, apparatus quoque bellici, aut omnes, aut maximi. Si neminem iniurijs affecerunt, aut non multos, aut non tales quales metuerent. Et vniuerſaliter ſi pij in Deos ſunt: & tam ad cætera quę Dijs attribuuntur, bene ſe habeant, quàm ad omina & oracula. nam ira eiuſmodi eſt, vt ea confidere poſſint. non afficere autem iniurijs: ſed affici, iræ effectiuum eſt. Porrò Deus iniuria vexatis opitulari creditur. Ad hæc cùm præuenientes, vel nihil ſe paſſuros, vel perfecturos arbitrantur. Vnde de terribilibus, & de ijs quibus confidunt, dictum eſt.

De Verecundia, & Inuerecundia. Cap. VI.

Verecundia quid.

QVæ autem verecundẽtur, & quæ nõ, & quos, et quomodo ſe habẽtes, hinc planum erit. Sit igitur verecũdia, dolor quidam atq; perturbatio ex malis aut præſentibus, aut præteritis, aut futuris, quæ infamiam inferant. Inuerecundia vero, contemptus quidam eorum, atq; impaſſibilitas. Si ergo id verecundia eſt, neceſſe eſt in ijs malis erubeſcere, quæ vel ipſis, vel ijs qui ſibi curæ ſunt, dedecori eſſe videtur: qualia ſunt, quæ à vitio proficiſcũtur, vt ſcutum amittere, aut fugere: quoniã è metu. negare depoſitum, quoniam ex iniuſtitia. Commiſceri quibus non oportet, vel vbi non oportet, vel quando nõ oportet: quoniam ex libidine. Præterea lucra ex paruis aſſequi, aut à turpibus, aut ab impotẽtibus, veluti à pauperibus, vel defunctis. Vnde prouerbiũ quoq; illud eſt: Vel mortuo auferre, quoniam ab auaritia et illiberalitate. Ad hæc non opitulari pecunia cùm poſſis, aut minus quã poſſis, & iuuari ab ijs quibus minor facultas eſt. Et mutuo accipere, cùm petere videaris, & petere cum exigere, & exigere cum petere, & laudare vt petas. nec minus his, petere, & non conſequi. hæc enim omnia illiberalitatis indicia ſunt: præſentem autem laudare adulationis. Item ſi bona nimis laudes, & praua defenias. Ad hęc ſi vehementius dolenti condoles, cęteraq; huiuſmodi. cuncta enim adulationis ſunt ſigna. Ad hęc ſi labores non feras, quos aut ſeniores, aut qui in delicijs viuunt, aut qui maiore ſunt in poteſtate, ac vniuerſaliter imbecilliores. omnia enĩ molliciei hæc ſigna. Præterea ab alio beneficia ſuſcipere, & ſæpius quæ tu benefeceris, exprobare. hæc enĩ omnia puſillanimitatis detectionisq; ſigna ſunt. De ſe quoq; multa dicere ac polliceri, & aliena ſua eſſe prædicare. arrogantis enim. Eodemq; modo in cæteris morum vitijs, opera, ſigna, comparia. turpia enim ſunt, & effectiua verecundiæ. Ad hæc eorum eſſe bonorum expertẽ, de quibus omnes, aut pares omnes, aut plurimi participant. Pares vero dico eiuſdẽ gentis, ciuitatis, ætatis, propinquitatis, & vniuerſaliter in æqualitate conſtitutos. turpe nanq; ſi non participes, veluti de diſciplina, & in tantum, ſimiliterq; alijs. quæ omnia maiorem inferunt ignominiam. ſi eorum in cauſa ſis, ſiue præteritorum, ſiue præſentium, ſiue futurorum. Patiẽtes autem, aut paſſi, aut paſſuri quæcunque in ignominiam atq; opprobria ducunt, verecundantur: quæ ſunt quæ ad miniſteria pertinẽt vel corporis, vel operum turpium, quæ vituperationem pariunt: & quę quidẽ ad libidinem pertinent, & volentes, & inuiti. quæ vero ad vim, inuiti. ignauiæ enim timiditatisq;, ſufferre ac petere, & non ſe defendere. Quæ igitur verecũdantur, hęc atque alia talia ſunt. Verum quoniam verecundia imaginatio eſt de ignominia, & de hac ſui gratia, ſed non propter euentus, nemoq; de opinione curat, niſi propter opinantes: eos verecũdari neceſſe eſt, quos mulcere ſatiſiunt. Multi autem faciunt admirantes, & quos admirantur, & quos de ſe admirari velint, & à quibus honorari cupiũt, & quorum opinionem non contemnũt, mirari de ſe hos uolunt. Mirãtur autem eos qui aut bonorum honorabilium quicquam habent, aut earum rerum domini ſunt, quas ipſi vehementer cupiunt. vt amantes ad pares quidem gloriantur: prudentes vero tanquam veraces magni faciunt, quales ſunt ſenes, aut docti. Verecundantur præterea tam quæ oculis cernunt, q̃ quę patent. Vnde prouerbium quoq; fertur: Verecundia eſt in oculis. Idcirco ſemper aſtu turos magis verecundantur, & obſeruantes ipſos: quoniam vtriq; præ oculis. Et eos qui eidem turpitudini nõ ſunt obnoxij. perſuadẽt enim ſibi errantes contraria illis videri. Et eos qui non facile ignoſcunt. non enim indignamur, cùm alij ea faciunt quę nos ipſi, quare ſi non faciunt, patet quòd indignamur. Et eos qui ad multos libenter efferre ſolent quæ perceperunt. nihil enim intereſt inter nõ videri,

Quos verecundentur.

Quę verecũdentur.

&

& non efferri. Huiuſmodi autem ſunt & iniu
rijs oppreſſi,quoniam obſeruant: & maledi
ci.nam ſi etiam innocẽtibus,multo magis no
centibus. Et eos qui vitam i peccatis aliorum
agere videntur: quales ſunt qui omnia irride
re ſolent, vt Satyrici, & Comœdi. maledici
enim,ac libenter efferentes. Ad hæc,quos ni
hil vnquam fruſtra rogarunt. quaſi enim ad
miratione ſui affectos illos putãt. Idcirco eos
quoq; qui nunc primum aliquid rogarũt,ve
recundantur: quoniam nondum quicquam
ab ipſis petierũt:quales ſunt & qui modo vo
lunt amorẽ alicuius ſibi conciliare.quæ enim
optima ſunt,perſpexerunt. Ideo probe Syra
cuſanis reſpondit Euripides:Et veteres fami
liares,† ſi nullius rei conſcij ſunt.Pudet igitur † a.l. qui.
homines non dictarum ſolummodo rerum,
ſed etiam ſignorum:vt non ſolum rem vene
ream agẽtes,verum etiam venerea ſigna:nec
ſolum turpiter facientes, ſed dicentes quoq;.
Similiter non ſolum prædictos verecundan
tur,ſed eis etiam ſignificaturos,vt ſeruos atq;
amicos eorum. Omnino autẽ non pudet nec
eorum,de quibus cõmunis opinio eſt, quòd
vere non dicant. Vnde neminem beſtiarum
puerorumq; pudet, nec notorum hominum
nec ignotorum,quamuis non in eiſdem. Sed
notorum in ijs quę ad veritatem pertinere vi
dentur,ignotorum vero in ijs quæ ad legem.
Ipſi autem ſic affecti erubeſcunt. Primũ ſiqui Qui verecẽ-
dẽ tales ad eos ſunt,quales eſſe diximus,quos dentur.
verecundantur. Erant autem ij, aut quos ad
mirantur, aut qui de ſeipſis admirantur, aut
quos vellent de ſe admirari,aut quorum in re
aliqua egent,quam non aſſequentur ſi erunt
infames,aut illi vel oculis videntes:ſicuti Cy
dia de Samiorum diuiſione agrorum ad po
pulum dixit. Rogabat enim Athenienſes,vt
circũſtare Græcos omnes ſingerẽt,nec quaſi
audituros ſolum, verumetiam iam videntes
decretum ſuũ. Vel ſi prope illi ſunt,vel ſi ſen
ſuri ſunt. Idcirco cum in aduerſa fortuna ſunt,
nunquam vellent ab æmulis videri.admirari
enim de æmulis ſolent. Præterea cùm res ge
ſtas habeant quas contaminare videntur,aut
ſuas,aut maiorum,ac aliorum quibus cũ non
nulla ſit ipſis neceſſitudo,& omnino pro qui
bus ipſos puderet:quales ſunt,quos iam ſigni
ficauimus,& qui liberis inſtituti ſunt,quorum
doctores aut contubarnales fuerũt,& ſi qui alij hu
iuſmodi ſunt, qui ſibi honorificos putant.
multa enim cùm propter illos pudeat, & fa
ciunt,& non faciunt. Item cum viſum iri ne
ceſſe ſit,in apertoq; verſari, verecundi magis
propter conſcientiam ſunt. Hinc poeta quoq;
Antipho ad ſupplicium à Dionyſio miſſus,
cùm eos vidiſſet,qui ſecum morituri erant,ca
pita velaſſe per portas exeuntes, quid ita fa
ciem,inquit, occultatis? an ne cras quiſpiam
horum vos videat? Ac de pudore quidẽ hęc.
De impudentia vero patet ex contrarijs eſſe
inueniendum.

De Gratia. Cap. VII.

GRatiam autem,quibus habent,et de qui
bus,& qualiter ſe habẽtes, ſi gratiã quid Gratia quid.
ſit definierimus,manifeſtũ erit. Sit igitur gra
tia, per quam dicuntur roganti gratis aliquid
facere:nõ pro re aliqua,nec vt ſibi quicquam
qui faciunt ſubueniant,ſed vt cui faciunt. Ma
gna vero erit,aut quia rogãtes egeant nimiũ,
aut quia magna & difficilia rogãt, aut quia in
tẽporibus huiuſmodi,aut quia ſolus,aut quia
primus,aut quia maxime. Rogationes autem
appetitiones ſunt:harũq; maxime, quæ ſunt
cum dolore aliter facti, quales ſunt cupidita
tes,vt amores,& in afflictionibus corporis,et
in periculis. periclitans enim cupit,ſimiliter et
dolens. Quas obres qui in paupertate ac in
exilio affuerunt,etiam ſi parua fecerũt,tamen
propter petitionis magnitudinem atq; tem
pora grati ſunt: vt ille qui i Lycio ſiſcellam de
dit. oportet igitur in ijs maxime ſubueniſſe.
quòd ſi non, at in æqualibus, vel maioribus.
Quare ſi manifeſtum eſt quãdo, & in quibus
gratia fit,& qualiter habentibus;patet hinc eſ
ſe demonſtrandum alios vel eſſe vel fuiſſe in
huiuſmodi inopia et dolore,alios in ea inopia
ſuccurriſſe,tale quid facientes. Patet etiã hinc
quibus locis tollere gratiam poſſumus,ac nõ
gratificatos oſtendere. Nam aut quoniam ſui
cauſa faciunt, aut fecerunt quod gratia non
erat. aut quoniam forte incidit vt facerẽt, aut
quoniam coacti fecerunt. aut quoniam reddi
derunt,non dederunt,ſiue tenuerunt,ſiue nõ.
vtraq; enim modo quid pro quo. quare nec
ſic vlla erit gratia. Conſiderãdum autem per
prędicamenta omnia,gratia enim eſt vel quia
hoc,vel quia tantum,vel tale,vel quando,vel
vbi. Signum vero,ſi minus non fecit, & ſi ini
micis,vel hæc,vel æqualia, vel maiora. patet
enim nec iſta noſtri cauſa facta eſſe. Aut ſi pra
ua cognouerit. nemo enim rogare de prauis
tatetur. Ac de gratia quidem quo pacto facta,
vel non facta eſt,dictum ſit.

De Commiſeratione. Cap. VIII.

QVæ vero miſerabilia ſint, & quorum
miſerentur, & qualiter ipſi ſe haben
tes modo dicamus. Sit ergo commi Commiſera-
ſeratio dolor quidam ex apparente malo cor tio quid.
ruptiuo, ac dolorem inferente in nõ dignum
pati:

pati,quod ipſe putabit ſe pati,vel ſuorum ali
quem:idq; ſic,vt propinquum videatur. Pa
lam enim ſi miſeraturus ſit,eũ huiuſmodi eſſe Qui miſeren
oportet,vt putare poſſit aut ſe,aut ſuorum ali tur.
quem mali quicquam habiturum, malumq;
huiuſmodi,quale definiẽdo,diximus,aut idẽ,
aut ſimile. Quapropter nec oĩno perditi miſe
rentur. nihil enim ſe amplius paſſuros arbitrã
tur,vltima iam paſſi. Nec qui ſe felices eſſe cre
dunt, ſed contumeliantur, nam ſi omnia ſibi
bona adeſſe opinentur,nihil ſe mali pati poſ
ſe profecto exiſtimãt: cùm id quoq; ex bonis
ſit. Sic autem ſe habent, vt ſe poſſe pati putẽt,
qui iam pertulerunt,ac euaſerunt. Senes etiã,
tum quia prudẽtes ſunt,tum quia experti, &
imbecilliores,ac timidiores. Docti quoq;. nã
recte ratiocinantur. Præterea qui parẽtẽs hã
bent,aut liberos,aut vxores. ſua enim hæc,&
poſſibilia pati propter illa quæ dicta ſunt. Itẽ
qui non ſunt in fortitudinis affectu,vt puta in
ira, vel fiducia. non enim faciunt hi de futuro
rationem. Similiter qui in contumeliandi affe
ctu non ſunt. nam & hi nihil ſe paſſuros arbi
trãtur. ſemper ergo inter hos medij. Sed nec
rurſus qui valde timent. nõ enim miſerentur
qui perterriti ſunt,cùm perturbatiõe propria
moueantur. Præterea qui putãt probos quoſ
dam eſſe. nam qui neminem probum eſſe du
cit,omnes malo dignos exiſtimabit. Ac vni
uerſaliter cùm ſicſe habet,vt poſſit talia vel re
cordari aut ſibi aut ſuis accidiſſe, vel timere fu
tura ſibi,aut ſuis. qualiter igitur ſe habẽtes mi
ſerẽtur,dictum eſt. Miſerabilia vero quæ ſint, Miſerabilia
patet ex definitione. Sunt enim quęcunq; ex quę ſint.
ijs quæ dolorem inferunt,corruptiua ſunt,&
quæcunq; poſſunt interimere. Similiter om
nia mala,quorum fortuna eſt cauſa, ſi magni
tudinem habeãt. Sunt autem corruptiua,do
loriſq; effectiua,mortes,verbera, corporis af
flictiones,ſenectus, morbi, cibi inopia. Mala
vero,quorum fortuna eſt cauſa, hæc ſunt: ſi
neminem habeas amicum,aut quàm pauciſſi
mos:quare diuelli quoq; à ſocijs atque amicis
miſerabile eſt. Præterea turpitudo,imbecilli
tas,mancum eſſe, & ſi vnde oportebat bonũ
quippiam cõtigiſſe,inde malum acciderit, &
ſi ſæpius tale:& ſi cùm iam paſſus ſit, bonum
quoddam collatum eſt, vt quæ Diopithi à re
ge miſſa ſunt, q̃ ipſo iam mortuo delata ſunt.
Et ſi nullum bonum contigerit:aut ſi contige
rit nulla eius fruitio quod affuit. Miſerabilia
igitur hæc atq; huiuſmodi ſunt. Miſerãtur au Quorum mi
tem notos, niſi valde propinqui atq; ſui ſint. ſerentur.
nam erga hos ſic ſe habent,quemadmodum
& in ſe ipſos. Quare Amaſis quoque cùm ad
mortem filius duceretur, non effudit lachry
mas,vt fertur: at cùm amicum mẽdicare aſpe
xiſſet,effudit. eſt enĩ hoc miſerabile, illud ter
ribile. Terribile enim aliud à miſerabili eſt, &
ipſius commiſerationis expulſiuum, ac ideo
aduerſario ſæpius vtile. Præterea miſerantur
cùm terribile appropiquat. Similium quoq;
miſerentur ſecundum ætates,& morum ſecũ
dum habitus,& dignitatum ſecundum gene
ra. In omnibus enim his ſibi quoq; futurum
maxime videtur. illud enim oportet vniuerſa
liter ſumere,quod quęcunq; ſibi ipſis timent,
his,cùm in alios fiant, in miſerationem impel
luntur. Quoniam vero afflictiones tunc miſe
rabiles ſunt,cùm oculis cernũtur: quæ autem
mille annis antea fuerũt,vel futuræ ſunt, etiã
ſi timeant,aut memorię habeant,vel omnino
non miſerantur,vel non ſimiliter: neceſſe eſt,
qui motu corporis,voce, veſte, ac vniuerſim
actione ſimulata talia conſequuntur, eos eſſe
miſerabiliores. efficiunt enim hi, vt ante ocu
los eſſe malum videatur, ſiue quaſi futurum,
ſiue quaſi præteritum. Ad hæc quæ nuper fa
cta ſunt aut cito futura, hæc eadem de cauſa
miſerabilia ſunt. Signa quoq; ac facta, vt veſ
tes eorum qui paſſi ſunt, cæteraq; huiuſmo
di,& verba cum iam morerentur, ac maxime
ſi magno in his temporibus animo fuerunt.
Nam hæc omnia quoniam propinquiora vi
dentur,ac ante oculos calamitates ponunt, ſi
mulq; indignos fuiſſe oſtendunt, miſerationẽ mouent.

De Indignatione. Cap. IX.

MIſeration autem maxime id opponi
tur,quod indignari nuncupant. Dole
re nanq; propter res aduerſas quę indigne il
latæ ſint,illi quodammodo eſt oppoſitum. ab
eiſdemq; proficiſcitur moribus, quod eſt re
bus ſecundis indigne collatis dolere. iuntq;
perturbationes hæ bonorum ambę morum.
Oportet enim condolere, cùm quis indigne
vexetur,ſimiliterq; propter illos indignari. nam
quod præter dignitatem ſit,inuidium eſt. Ac
ideirco Dijs quoque ipſis indignatio attribui
tur. Sed inuidia etiam eodem miſerationi op
poni modo videri poterit, quaſi proximum
idemq; ſit cum indignatione. Sed aliud eſt.
nam & inuidia dolor pertubans eſt propter
res ſecundas. ſed non indigni. verum æqualis
atq; ſimilis. Oportet autem ne quid ipſi acci
dat aliud. ſed propter ipſum proximum equa
liter omnibus ineſſe. Nam ſi propterea dolor
atq; perturbatio ineſt. quoniam ab alterius fe
licitate mali quicquam ſibi futurum ſit, non
erit amplius hoc indignatio,illud inuidia, ſed
timor. Perſpicuum autẽ eſt contrarias ad hæc
ſequi affectiones. Nam qui dolet,quoniã no

agat

dignivexèntur,is voluptate afficietur,aut certe non dolebit.cùm illis cõtrarij vexentur:veluti cùm parricidæ ac iceleſti puniuntur,nemo probus dolebit:cùm oporteat eorum gaudere ſupplicio. Similiter quoq; ſi ſecunda ei contingunt qui dignus eſt.iuſta enim vtraque ac probis gaudium afferunt, cum neceſſe ſit vt ſperent ſibi quoq; poſſe contingere,quæ ſimilibus. Proficiſcuntur igitur omnia hæc ex eadem animi cõſtitutione:horum vero contraria ex contrarijs. idem enim eſt qui peruerſe gaudet,atq; inuidus. nam quo quiſpiam dolet cum fiat & ſit, hunc neceſſe eſt priuatione eius atq; corruptione gaudere. Quapropter omnia hęc miſerationis prohibitiua ſunt,quę quamuis propter expoſitas iam cauſas inter ſe differãt,eodem tamen omnia modo ad eiſciendam miſerationem conferunt. Primum igitur de indignatione, quibus indignantur, & in quibus,& qualiter ipſi ſe habentes, deinde de reliquis dicamus.Patet autem ex dictis. Nam ſi indignari eſt dolere,q; cuidam ſecũda indigne cõtingãt,primo perſpicuũ eſt nõ eſſe poſſe de bonis oibus indignari. nemo.n.indignatur,ſi iuſti,ſi fortes, vel ſi omnino virtutẽ aliquã habeant. Miſerationes enim non ſunt in horum contrarijs,ſed indignantur diuitijs, potentia,et huiuſmodi,quibus (vt ſimpliciter dicam) bonis indigni ſunt. Deinde ſi quę ſecundum naturam bona ſunt, habeant veluti nobilitatem,formam,ceteraq; huiuſmodi.Et quoniam vetus, ijs quæ ſecundum naturam ſunt propinquum videtur,neceſſarium eſt,ſi qui bonum id habeãt,nuperq; adepti ſint, ac ideo beati putentur,illis magis indignari. magis enim perturbant qui modo diuitias aſſequuti ſunt,quam qui olim & à genere recepe runt. Similiter principes,potẽtes,gratioſi, bonos habentes liberos,ac huiuſmodi alia. Et ſi propter hæc aliud quoddam bonum ipſis cõtingat, ſimiliter. nam his indignantur magis qui nuper ditati ſunt, cũ propter diuitias principentur,qu im qui diuites ex maioribus fuerunt. Eodemq; pacto in alijs. Huius cauſa eſt, quoniam alij ſua poſſidere videntur, alij minime. nam quod ſemper ſic ſe habere videtur, verum eſſe videtur. Quamobrem non videntur illi ſua poſſidere: ac quoniam non quilibet vnoquoque bono dignus eſt, ſed proportio quædam, atque quid idoneum conſideratur: vt arma pulcherrima nõ iuſto ſed forti conſentanea,& excellentes nuptiæ non nuper ditatis,ſed nobilibus.Si ergo cùm probus ſit,quę congruunt,non conſequitur,indigna res eſt:& ſi peior cum meliore contendat: ac maxime ſi in eodem. Vnde id quoq; dictum eſt:Sed Aiacis Telamoniadę vitabat congreſſum:Iupiter nanq; ei,quòd viro cum fortiore pugnaret, indignatus eſt. Si vero non,etiam ſi qualitercunq; peior cum meliore, veluti ſi muſicus cum iuſto.nam iuſtitia melior quàm muſica eſt.Quibus igitur indignẽtur,& quas ob res,ex his adapertum eſt.hæc enim & huiuſmodi ſunt.Ipſi autem indignatiui ſunt primum,ſi maximis digni ſunt bonis,eaq; poſſidentes. non enim iuſtum eſt vt non ſimiles ſimilia conſequantur. Deinde ſi cùm boni ſint, ſtudioſi quoq; ſunt.iudicãt nanq; probe, oderuntq; quod iniuſtum eſt.Præterea ſi ambitioſi, quarundamq; operationum appetẽtes, ac maxime ſi in ijs ambitioſi ſunt, quæ & alij cũ ſint indigni,tamen aſſequũtur. Et vniuerſim qui ſeipſos quibuſdam rebus dignos putant, quibus alios putant indignos, illis indignantur,& horum cauſa.Quocirca ſeruiles,praui, & honorem contemnentes, indignatiui non ſunt,cùm nihil huiuſmodi ſit,vt eo ſe dignos arbitrẽtur.Ex his patet quibus in rebus ſi aduerſa vtuntur fortuna,et affliguntur,aut non conſequuntur,gaudere. aut abſq; dolore eſſe congruit.nam ex dictis,quæ ſunt oppoſita,patet. Quare ſi & iudices ita oratio præparabit, & petentes vt ſui miſereat,et quibus in rebus indignos quod volunt aſſequi oſtendet,quia condigni vt nihil conſequantur,impoſſibile erit miſereri.

Qui indigni ſint.

Quas ob res harum quæque uo, & quibꝰ

De Inuidia. *Cap.* X.

PAtet etiam quibus inuident, & quibus in rebus,& quomodo ſe habẽtes.Siquidem inuidia eſt dolor quidam, quoniam ſimiles boni aliquid adepti videantur, nõ vt quicquã ſibi,ſed propter illos.hi enim inuidebunt quibus aut ſunt quidam aut videtur ſimiles. Similes vero dico genere,propinquitate,ætate,habitu,gloria, diuitijs. Item ij qbus parum deeſt,ne omnia teneãt.quocirca maxima gerentes,& feliciter,inuidi ſunt:cùm putent ſua ab omnibus auferri. Et qui valde in aliqua re honorantur, ac maxime in ſapientia & felicitate.Et ambitioſi magis inuident, quàm non ambitioſi.Et qui ſe ſapientes videri putãt.ambitioſi nanq; in ſapientia. Et vniuerſaliter qui ex re aliqua gloriam quęrũnt,de illa ſunt inuidi:& puſillanimi,quoniam eis magna omnia videantur. De quibus igitur inuident bonis, iam dictum eſt. De quibuſcunq; enim operibus honorem atq; gloriam quærunt,& quarum rerum gloriam concupiſcunt,ac de quibuſcunq; feliciter actis. nam de omnibus fere inuidia eſt,præſertim ſi,aut appetũt ipſi,aut putant ea ſe habere oportere,aut ſi earum rerum poſſeſſione ipſi parum ſuperent, vel parum

Inuidia quid

Qui inuideãt, & de quibus.

Quibus homines inuideant.

rum deficiant.Patet autẽ & quibus inuident. ſimul enim dictũ eſt. Nam qui proximi ſunt tempore,loco,ætate,gloria,ijs inuident.vnde illud dictum eſt:Propinquitas inuidere ſolet. Et quibuſcunq; de honore contendunt.contendunt autem quibus cum diximus.cùm ijs vero qui antea mille annis fuerunt,et cũ mortuis nemo contendit,nec cũ ijs qui apud Herculis columnas habitãt. nec cum ijs à quibus vel ſuo vel aliorum iudicio multum putãt deficere. nec cum ijs quos non parum excedere. ſimiliter nec cum ijs,& de talibus. Verum quoniam cum aduerſarijs & riualibus, ac vniuerſaliter cum ijs qui eadem cupiunt,contendunt,neceſſe eſt ijs maxime inuidere.vnde dictũ eſt:Figulus figulo inuidet, faberq; fabro. Et ijs qui cito obtinuerunt qui aut vix,aut ſic quaquam conſecuti ſunt,inuident. Præterea ijs qui ſi poſſideant,aut ſi perficiant, ipſis opprobrium eſt.nam et hi prope ſimiles ſunt.paret enim eorum cauſa bonum ipſos non conſequi:quę res cùm dolorem inferat,inuidiam mouet.Iis etiam qui ea poſſident, aut habent quæ ipſos oportuit, vel quę ipſi aliquãdo poſſidebant.quapropter iunioribus ſeniores inuidẽt. Ad hæc qui multa,ijs qui pauca eadem pro re conſumpſerunt. Perſpicuum etiam eſt quibus iſti rebus gaudeant,& quibus hominibus, qualiterq; ſe habẽtes. nam quemadmodum non habentes dolent in contrarijs: ſi ſic ſe habeant, voluptate afficientur. Quare ſi & ipſi vt ita ſe habeant, præparẽtur,& qui vt ſui miſereantur, vel vt boni aliquid conſequantur,rogant, tales ſint quales iam dicti, palam eſt quòd non conſequentur.

Æmulatio quid.

De Æmulatione. *Cap.* XI.

QVomodo autem ſe habeant æmulantes,& in quibus, & quibus, hinc erit manifeſtum. Nam æmulatio eſt dolor quidam,quoniã bona & honorabilia quę ipſe quoq; aſſequi poſſet, natura ſimilibus adeſſe videantur,non quoniã alijs ſunt,ſed quoniam non ipſi quoq;.Ideo & probum quiddã æmulatio eſt,& proborum: inuidia vero improborum, & improbum. alteri enim vt ad conſequenda bona ſe præparent, æmulatione concitantur:alteri propter inuidiam proximis impedimento ſunt. Neceſſe eſt ergo eos eſſe æmulatiuos, qui ſe ijs bonis dignos arbitrantur,quę non habeant.nullus autem ſe dignum putat impoſſibilibus,ſi ſic apparẽt. Idcirco iuuenes atque magnanimi huiuſmodi ſunt:& qui ea bona poſſident,quibus præclari viri digni ſunt,quæ ſunt diuitiæ, multorum gratia,principatus,et huiuſcemodi.quaſi enim ſuum ſit bonos eſſe, quoniam hæc bona,bonorum ſunt, æmulantur in ipſis. Præterea ij quos cæteri dignos arbitrantur, & quorum maiores,aut cognati,aut domeſtici, aut gens, aut patria, præclara: hi de ijs emulatiui ſunt. ſua enĩ hęc putant,& ſe ijs eſſe dignos. Quòd ſi honorabilia bona æmulabilia ſunt, neceſſe eſt virtutes huiuſmodi eſſe,ac quæcunq; alijs vtilia,et ad benefaciendum apta.benefacientes enim atq; probos ſimiliter honorant. Inſuper ea bona quibus fruuntur, vt diuitię ac forma,magis quàm ſanitas. Hinc etiã patet, qui ſunt apti vt eos æmulẽtur.ſunt enim qui hæc taliaq; poſſident,veluti fortitudinem,ſapientiam,principatum. nam principes multis benefacere poſſunt,vt duces,rectores,omneſq; qui talia poſſunt.Præterea ij quibus multi vellent ſimiles eſſe, aut quibus ſunt noti aut amici multi aut quos multi admirãtur, aut quos ipſi. Ad hæc, quorum laudes vel à poetis vel à ſcriptoribus decantantur. Hos igitur æmulantur,cõtrarios vero contemnunt. Contemptus enim æmulationi contrarium eſt. Æmulari quoq; atq; contemnere cõtraria ſunt. Eſt autem neceſſarium qui ſic ſe habent,vt nonnullos æmulentur, aut ipſos alij, hos aptos eſſe ad eos contemnendos, qui ea mala habeant,quæ bonorum æmulabilium contraria ſunt. quapropter ſępenumero contemnunt fortunatos, cum abſq; honorabilibus bonis adeſt eis fortuna. Quibus igitur rebus affectus mouentur,& quibus diſſoluuntur,et vnde fit fides, dictum eſt. Quales vero quidam moribus,affectibus,habitibus, ętatibus,ac denicq; fortunis ſint, deinceps ſcribamus. Affectus autem dico,iram,cupiditatem, ceteraq; huiuſmodi,de quibus iam diximus. Habitus vero, virtutes ac vitia, de quibus etiam dictũ eſt.Et ad hæc,quæ ſinguli eligunt,quorumq; actiui ſunt. Ætates vero ſunt,iuuentus,virilitas,ſenectus.Fortunam autem appello,nobilitatem,diuitias,potentiam,& horum contraria, & vniuerſaliter ſecundam & aduerſam fortunam.

Quas ob res æmulentur.

Quibus æmulentur.

Affectus.

Habitus.

Ætat.

Fortuna.

De moribus Iuuenum. *Cap.* XII.

IVuenes ergo huiuſmodi moribus ſunt, vt aptiſſimi ad cupiendum ſint,potẽtesq; facere quæcunq; cupiant. Maxime autem ex cupiditatibus eius ſequaces ſunt, quæ ex rebus venereis eſt,& in hac incontinentes. Mutabiles vero ſunt in cupiditatibus,citoq; ſatiãtur. Et vehementer quidem cupiunt, ceſſant autem cito, voluntates enim acutas habent,& non magnas, veluti ægrotãtium ſitis aut fames. Ad hæc, ad iraſcendum apti ſunt, & acutæ iræ, potentesq; appetitiones ſequi.

vincuntur autem ira, quoniam ex ambitione contemni non patiuntur, sed moleste ferunt, cùm putant iniuriam sibi fieri. Ambitiosi etiã sunt, imo contentiosi. excedere nanq; iuuentus cupit: et victoria excellus quidam est. Sũt autem horum duorum magis quàm pecuniarum studiosi: pecuniarum studiosi minime. non enim adhuc inopię periculum fecerunt, sicut elogium Pittaci in Amphiaraum continet. Nec malitiosi, sed simplices. nõdum enim versutias multas inspexerunt. Crediili etiam sunt, quoniam nondũ in multis decepti. Spei quoq; bonæ. sic enim à natura percalidi iuuenes sunt, quemadmodũ qui vino pleni sunt. & simul quoniam nondum in multis aberrarunt. viuunt igitur maxime spe. Spes enim futuri est, memoria vero præteriti. ac iuuenibus futurum quidem multum relinquitur, præteritum autem breue est. nam primo die nihil meminisse putant, sperare vero cuncta. Qua de causa vt facile quoq; decipiãtur, idonei sunt, quoniam facile sperãt. Fortiores etiam, quoniam facile irascuntur, & bene sperant. quorum alterum ne timeant, alterum vt confidant facit. nam neq; cùm irascitur quispiam, timet: et cùm boni aliquid sperat, confidit. Præterea verecundi, nondum enim alia esse honesta existimant, sed legibus solum castigati. Magnanimi quoq;. nam nec vnquam vita ipsos deiecit, sed periculorum expertes sunt. et dignum se magnis putare, magnanimitatis est, id vero bene sperantis. In agendo autem honesta potius eligunt quàm vtilia. moribus enim viuũt magis quã ratiocinatione. ratiocinatio autem vtilium est, virtus vero honesti. Amicorum quoq; studiosi sunt atq; sodalium, multo magis quàm cæteræ ætates. gaudent nanq; in cõuiuendo, nondumq; ad vtilitatem aliquid iudicãt: quare nec amicos. Omnia etiam nimis, vehementiusq; peccant, contra Chilonis dictum. nimis enim agunt in omnibus, nimis amant, nimis oderunt. cętera omnia similiter. Scire quoq; omnia putant, atq; affirmant: qd' etiam causa est vt omnia nimis. Iniurias etiam in contumeliam faciunt, nõ in malignitatem. Ad commiserationem quoq; parati, quoniã probos ac bonos omnes arbitrãtur. Sua enim simplicitate cæteros metiuntur, itaq; indigna ipsos pati facile credunt. Risui etiam student: idcirco & dicaces sunt. dicacitas enim castigata cõtumelia est. Iuuenum igitur mores tales sunt.

De moribus Senum. Cap. XIII.

Seniores autem, ac ætate prouecti horum ferè contrarios mores vt plurimum habent. Nam quoniam multos iam annos vixerunt, & errauerunt in pluribus, deceptiq; fuerunt, ac insuper quoniam rerum plurimæ vitiosæ sunt: neq; affirmant quicquam, & multo minoris cuncta existimãt, quàm oporteat. Sciunt autẽ nihil, sed ambigentes, semper forsan ac fortassis addunt, et sic omnia dicunt: firmiter vero nihil. Malitiosi quoq; sunt. malitia vero est, in peiorem cuncta partem suspicari. Suspitiosi nanq; sunt, quoniam increduli. incredili vero, quoniam experti. Quapropter neq; amant, neq; oderunt nimium, sed secundum Biantis præceptum, et amant vt osuri, et oderũt vt amaturi. Præterea pusillanimi sunt, vitæq; ductu deiecti. nullum enim magnum, neq; superuacaneum, sed quę ad vitam necessaria sunt, cupiunt. Illiberales etiam sunt, quoniam substãtia vnũ ex necessariis est. simulq; quoniam experti non ignorãt difficilem quidem esse acquisitionem, tacturam vero facilẽ. Ad hęc timidi sunt, & ad pertimescendum cũcta parati. contrario enim modo quàm iuuenes dispositi sunt. sunt enim frigidi: cùm illi calidi sint. itaq; senectus viam timori præparauit. timor enim frigiditas quædam est. Vitæ quoq; cupidi sunt, ac maxime i extremo die. cupiditas enim rei absentis est. et cuius egent, id summopere cupiunt. Accusandi quoq; studiosi magis quàm oporteat. nam id etiam pusillanimitas quædam est. Viuuntq; ad vtile, nõ ad honestum, magis quàm oporteat, quoniam seipsos maxime amant. vtile nanq; sibi, honestum vero simpliciter bonum est. Inuerecundi quoq; magis quàm verecundi. nam quoniam nõ similiter de honesto atq; vtili curant, existimationẽ contemnunt. Malę quoq; spei sunt, tum propter experientiam, quoniã plurimæ rerũ vitiosæ sunt, multæq; ad peius tandem deueniũt, tum propter timiditatem. Viuuntq; memoria magis quàm spe. nam futurum vitæ breue sibi est, præteritum multũ. spes autem futurorum est, memoria vero preteritorum. Quod causam etiam loquacitatis sibi affert. perseuerant enim præterita narrantes: quoniam recordantes voluptate afficiuntur. Ira vero acuta quidem est, sed infirma. Cupiditates quoq; aliæ defecerunt, aliæ infirmæ sunt. quare neq; cupidi sunt, neq; secundum cupiditates, sed secũdum lucrum actiui. idcirco ad modestiam quoq; apti grandes natu videntur. nam & cupiditates deferbuerunt, & ipsi lucro seruiunt. Viuuntq; magis ratiocinatione, quàm moribus. nam ratiocinatio vtilitatis est, mores autẽ virtutis. Iniurias vero nõ in contumeliam, sed ad iniuriandum faciunt. Ad commiserationẽ preterea parati sunt, sed non ea de causa qua iuuenes. nam iuuenes ex humanitate,

humanitate, senes autem ex imbecillitate. omnia enim impendere sibi putant, propeq; esse vt patiantur. id vero aptitudo ad commiserationem erat. Vnde queruli sunt, non dicaces, neq; faceti. contrarij enim sunt querulus atq; facetus. Iuuenum igitur ac senum mores huiusmodi sunt. Quare cùm omnes orationem probent quæ moribus suis accommodetur, atq; eis similis sit, nõ latet quomodo vsus oratione tam ipse q̃ oratio huiusmodi videbitur.

De moribus ætatis mediæ. Cap. XIIII.

Constantis vero mores ætatis inter hos versabuntur, vtrorumq; fugientes excessum, & neq; valde confidentes, quod ferocitatis est: neq; timentes valde, sed bene se habentes ad vtrunque. Nec increduli omnibus sunt, sed secundum solum modo veritatem iudicant. Nec parci, nec prodigi: sed accommodati rebus sunt. Similiter se ad iram quoq; ac cupiditatem habẽt. Suntq; modesti cum fortitudine, & fortes cum modestia. nam hæc in iuuenibus atq; senibus disiũcta sunt. Iuuenes enĩ fortes ac immodesti sunt, senes vero modesti ac timidi. Verum (vt vniuersaliter dicã) quęcunq; iuuentus atq; senectus seorsum ex vtilibus habent, hæc & viri habent. In quibus cunq; vero illi excedunt, aut deficiunt, hæc in viris commode ac mediocriter sunt. Viget autẽ corpus quidem à trigesimo ætatis anno ad trigesimumquintum: anima vero vsq; ad vndequinquagesimum. De iuuentute igitur, & senectute, ac virili ætate, quorum morũ vnaquæq; sit, hæc dicta sint.

De moribus Nobilium. Cap. XV.

Nobilitas q̃d. Generosum

De moribus autem qui fortunæ bonis quales quidam efficiantur, deinceps dicamus. Nobilitatis igitur mores sunt, vt ambitiosior sit qui nobilior est. nam omnes cùm quid adsit, ad id solent coaceruare. Nobilitas vero quædam maiorum claritas est. Præterea nobiles ad contemnendos maiorum suorum similes parati sunt. nam ea quæ iam diu gesta sunt, honorabiliora sũt, ad iactationẽq; aptiora, quàm quę nuper facta. Est autem nobile secũdum virtutem generis. Generosum vero secundum quod non recedit à natura: quod non contingit vt plurimũ nobilibus, sed multi humiles atq; deiecti sunt. Est autẽ etiam in virorum generibus fertilitas quædam, sicut in agris aliquando: ac interdum si genitus bonum fuerit, viri præstantes generantur. Rursumq; genus deficitur. deueniunt autem ingeniola quidẽ genera in mores furiosos magis, vt qui ab Alcibiade, quiq; à superiore Dionysio sunt. quieta vero in segnitiem, veluti qui à Cimone, Pericle, ac Socrate sunt.

De moribus Diuitum. Cap. XVI.

Mores autem qui diuitias comitantur, facile omnes perspicere possunt. Contumeliatores nãq; sunt ac superbi, qui possessione opum perturbantur. nam quasi omnia bona possideãt, sic afficiuntur. Sunt eni quasi pretium aliorum, diuitiæ, quibus eorũ dignitas æstimatur: ac idcirco cuncta videntur emi posse diuitijs. Delicati etiam sunt, libiq; plurimum arrogantes. illud propter delicias, ac felicitatis ostentationem: hoc quoniam omnes in eo versari soliti sunt, quod ipsi amant ac admirãtur: & quoniã quæ ipsi, ea cęteros quoq; putẽt æmulari. Nec iniuria sic affecti sunt, cũ multi sint qui habentium auxilio egeant. Vnde à Simonide quoq; de diuitibus ac sapientibus ad Hieronis vxorem dictum est, cùm interrogaret vtrum melius esse diuitem, an sapientem. Sapientes enim, inquit, in diuitum tanuis video. Ad hæc quoniam dignos se arbitrantur principatu. ea enim habent, querũ gratia dignum putãt se cæteris dominari. Ac (vt in summa dicam) diuitum mores, amãtis simul atq; felicis mores sunt. Sed interest inter locupletatorũ nuper mores, & iamdiu diuitum. magis enim mala omnia insunt nuper locupletatis, peioraq; in ipsis sunt. nam nuper ditatus, veluti nõ casu gatas habet diuitias. Præterea iniurias non ex malignitate, sed alias ex contumelia alias ex intemperantia faciunt, veluti virgis cædere, & adulteri. at.

De moribus Potentium & Fortunatorum. Cap. XVII.

Similiter autem potentię quoq; omnes pene mores i aperto sunt. partim enim eosdem habent quos diuitię, partim etiam meliores. Sunt enim potẽtes secundum mores ambitiosi, ac virliores q̃ diuites, eo q̃ operationes eas expectant, quas ipsis propter potentiam gerere licet. Diligentes quoq; magis. nã coacti quæ potentiæ sunt considerare, eam curã sunt. Honestiores etiam q̃ morosiores. moderãtur enim sibi. cùm propter honores coram alijs viuant. est autem honestas mollis compositaq; morositas. Et diminuũtur, nõ in paruis sed in magnis iniuriantur. Secunda vero fortuna dictorum morum habẽt secundum partes. ad hanc enim tendunt, quę secunda videntur fortuna contingere. & ad hæc ad proborum liberorum procreationem, eo: potius quoq; bona secũda contingunt fortuna. Superbi ergo magis et minus rationales pp secundã fortunam sunt: cuius mos melior hac fortunã vnus sequitur. sunt enim erga Deũ pij, affici-

Rhet. Per. cum cõ. Anac. C[illegible] tas q3

turq; quodãmodo ad ipsum pp bona quæ sibi a fortuna p̃bentur, credentes. De moribus igitur ætatũ, & fortunę dictũ est. Cõtraria. n. horũ ex contrarijs manifesta sunt, veluti pauperis, infortunati, ac impotentis mores.

Quòd sunt quædam omnibus generibus communia. Cap. XVIII.

VErum quoniã, pbabilis orationis vsus ad iudicium spectat (nam quę iam sciimus ac iudicauimus, nulla egent amplius oratione) ac quoniam etsi quis cùm suadeat ad vnum, oratione vtatur, vt admonẽtes aut hortantes taciũt, nihilominus ille vnus iudex est: Nam cui persuadendum est, is (vt simpliciter dicam) iudex est, & siue ad litigantes, siue ad causam quispiam dicat, similiter: vti nãq; oratione necesse est, & contraria euertere, ad quę tanquam in aduersarium orationem facit. Eodemq; modo in demonstratiuis: nam ad spectantem quasi ad iudicẽ oratio componitur, ac vniuersaliq; solus est vt simpliciter iudex, qui in ciuili certamine quæsita iudicat, nam et de quibus litigant, & de quibus consultant, omnia quomodo se habeãt, inquirũtur. Quoniamq; de ciuitatum moribus dictũ iam prius est i deliberatiuo: fit vt determinatum iam sit quo pacto & quibus moratam orationem faciemus. Et quoniã alius quidem i vnoquoq; orationis genere finis erat, ac de omnibus opiniones propositionesq; sumptæ sunt, ex quibus deliberantes, demonstrantes, litigantes fidem faciunt, & ad hæc quoniã ex quibus moratam, affectamq; orationem facere possibile sit, determinatũ est: restat iam vt de communibus tractemus. In oratiõe igitur omnibus necessarium est, vt possibili atq; impossibili vtãtur, alijsq; quod fuit, alijsq; quod erit, conentur ostendere. Magnitudo quoq; omni orationi cõmunis est. Omnes enim siue suadeãt aut dissuadeant, siue laudent aut vituperent, siue accusent aut defendant: amplificatione atq; attenuatione vtuntur. Quibus determinatis, de enthymematibus communiter atq; exemplis conabimur dicere: vt quæ restant apponentes, quod ab initio intendimus, consequamur. Est autem ex communibus amplificatio demõstratiuo accommodatissima, præteritum vero iudiciali, possibile autem & futurum deliberatiuo: vt dictum est.

De Possibili et Impossibile. Cap. XIX.

PRimum igitur de possibilibus & impossibilibus dicamus. Si ergo cõtrarium vel fieri possibile sit, contrarium quoq; possibile profecto esse videbitur: vt si sanari hominem possibile est erit etiam ægrotare. ea enim contrariorum potentia est, quæ est cõtraria. Itẽm si simile possibile est, erit & dissimile. Præterea si quod difficilius est, possibile est, & quod facilius etiam. Insuper si studio sum aut pulchrũ fieri possibile, omnino quoque fieri possibile. nam difficilius est pulchram fieri domum. q̃ domum. Item cuius principium fieri possibile, huius & finis possibilis. nihil enim eorum fit, neq; incipit fieri, quæ impossibilia sunt: vt commensurabilem esse diametrum, nec fieri vnquam incipiet, nec tam fit. Et conuersim cuius finis, huius etiam principium. cuncta enim ex principio sunt. Ad hæc, si quod substantia posterius est, aut generatione, id fieri possibile, et prius quoque. velut si virum fieri possibile, et puerũ quoq;. hoc nanq; fit prius. quòd si puerum, & virum etiam: principium enim illud. Præterea quorum amor aut cupido secundum naturam est. nemo enim amat impossibilia, nec ea cupit vt plurimum. Insuper ea quorum est ars aut scientia, et esse et fieri possibile est. Item ea quorum generationis principium in ijs est, quos vel cogere possumus, vel persuadere. ij vero sunt quibus aut meliores sumꝰ, aut domini, aut amici. Ad hęc quorum partes possibiles, & totum. Et quorum totum, partes quoq; vt plurimum. nam si lacinia & manicæ, cęteræq; partes fieri possunt, & vestis quoq; tota. & si tota vestis, lacinia quoq; atq; manicę. Præterea si vniuersum genus ex possibilibus, species quoq; fieri possibilis. Et si species, genus quoq;. vt si nauem fieri possibile, triremem etiam. & si triremem nauem quoq;. Præterea si alterum corũ quæ nata sunt adinuicem referri, alterũ quoq;. vt si duplum, medium etiam: & si mediũ, duplũ quoq;. Præterea si absq; arte ac præparatione possibile quippiã fieri, id multo magis arte ac cura fieri possibile. Hinc apud Agathonẽ dictum est: Atqui quæ vos fortuna facitis, hæc nobis arte necessitateq; sunt. Et quod peioribus aut minoribus aut iprudentioribus possibile, id cõtrarijs horũ multo magis. vt Isocrates dixit graue esse, si quod Euthymius didicit, ipse non poterit inuenire. De impossibilibus aũt palam, quòd ex cõtrarijs istorũ sunt. Si vero factum sit, aut non, ex his consideran dum primũ, si quod minus fieri natum est, id factum est: & quod magis natum, id quoq; factum. Deinde si quod posterius fieri solet, factum est, & quod prius: vt si oblitus est, didicit aliquando. Præterea si & volebat, & poterat, fecit. nam omnes si possunt, cùm voluerint, agunt. nihil enim impedimento est. Si volebat etiam, & extraneorum nihil impediebat. Et si poterat, & cupiebat. Et si poterat, & delectabatur. nam quibus delectantur,

Quæ factum ostendant.

tur, ea vt plurimum si possunt efficiunt: improbi quidem ex intemperantia, probi vero quoniam proba desiderãt. Et si facturus erat, & fecit. probabile nanq; fecisse ipsum quod facturus erat. Et si facta sunt quæcunq; nata sunt ante aliquid fieri, aut illius gratia: vt si corruscauit, tonuit. Et si tentauit, etiam fecit. Ad hæc si facta sunt quæcunque posterius nata sunt, vel id cuius gratia fuerit prius quoq;, & hoc huius gratia ante hoc factum est. vt si tonuit, etiam coruscauit. & si fecit, etiam tentauit. Horum autem omniũ alia necessaria sunt, alia vt plurimum ita se habent. Ex contrarijs autem istorum patet si factum non sit. De futuro quoq; manifestum ex eisdem est. Nam & quod in potestate & voluntate est, erit. Et quod i cupiditate, ira, cogitationeq; est simul cum potestate. Propter hęc similiter præterea si est in appetitione faciendi, vel cura. nam vt plurimum sæpius fiunt quæ curæ sunt, q̃ quę non sunt. Et si iam facta sunt quæ prius fieri nata sunt: vt ti nubibus cœlum obtegitur, verisimile est vt pluat. Et si quod huius gratia factum est, verisimile vt hoc quoq; fiat: vt si fundamenta iacta sunt, fiet domus.

Quę futurum comprobet.

De Amplificatione ac Attenuatione. Cap. XX.

DE amplificatione autem, ac attenuatione rerũ, maioris q; atq; minoris, & omnino magnarum atq; paruarũ, ex ijs quæ iam diximus, manifestũ. Dictũ est enim i deliberatiuo et de bonorũ magnitudine, et de maiore simpr atq; minore. quare si in vnoquoq; causarũ genere bonũ est finis, vtputa vtile, honestum, ac iustum: perspicuũ est horũ omnibus amplificationes esse sumendas. Quærere vero præter hæc quicquam de magnitudine simpliciter ac excessũ, id est verba incassum effundere. singularia enim ad vsum præstantiora vniuersalibus sunt. Ac de possibili quidem ac impossibili, & factum ne sit, an non, & erit, an non erit, præterea de amplificatione & attenuatione rerum hæc dicta sint.

De Exemplo. Cap. XXI.

REstat autem de fide communiter dicere quoniam de proprijs iam dictũ est. Est autem communis fides genere duplex: exẽplum, & enthymema. nam sententia pars enthymematis est. Primum igitur de exẽplo dicamus: quoniã inductioni simile est. inductio autem principium. Exemplorũ ergo species duę sunt. Altera, si res præteritas dicis, altera si ipse fingis. Et huiꝰ aliud similitudo, assũd apologi, sicut Æsopij, & Libyci. Exemplũ igitur tale quid est, vt si quispiam ducat oportere apparatum aduersus regẽ fieri, qui faciat ne potiatur Ægypto. Nam si Darius nõ prius traiecit, q̃ Ægyptum cepit, & cùm cepisset, statim traiecit: is quoq; si ceperit, traiiciet. quare nõ est ipsi permittẽda Aegyptus. Similitudo vero Socratica est, vt si quis dicat non oportere magistratus sortiri. simile nanq; esse si gs athletas sortiatur, non eos qui certare possint sed qui sorte euenerint: aut si nautis sorte gubernatorem constituat. Quasi vero sorte potius q̃ scientia constituẽdus sit. Apologus talis est Stesichori ad Phalarim, & Aesopi pro Demegoro. Nam Stesichorus, cùm Himeræi Phalarim Imperatorem constituissent, custodesq; corporis daturi essent, postquã alia distulerit, apologũ eis dixit. Equus, inquit, prata solus obtinebat: quorum cùm ceruus aduenięs, pascua deuastasset, de vltione cerui equus hominẽ cõsuluit, si vnà secũ pœnas posset ex ceruo sumere. At ille, facile, inquit, si trænum patieris, & ego in te hastam tenens ascendero. Accipit equus conditionẽ: ascendit ad ipsum homo. ita, p vltione hominꝰ equus seruiuit. Quã obrem & vos (inquit) cauete ne cùm vultis hostem vlcisci, idem quod equus patiamini. frænum iam recepistis, q̃ imperatorem dictatorem constituistis. Si vero custodiam quoq; dederitis, ac ascendere permiseritis, seruetis profecto Phalaridi. Aesopus autẽ cùm in Samo primatem quendam populi capitis accersitum defenderet, dixit vulpem, cùm fluuium transiret, in foueam decidisse, eiq; longo ibi tẽpore, cùm exire non posset, afflictę multas caninas muscas insedisse. eam transiens aspexit hericius, misertusq; rogauit si vellet vt ab ea caninas muscas euelleret. cũq; ipsa negasset, causam miratus quærebat. tũc illa, iam, inquit, hę saturatę parum sanguinis trahunt. q̃ si has tu excuties, famescentes venient aliæ: quæ qd' mihi sanguinis restat, totũ ebibent. Sic igitur, dixit, vobis quoq; viri Samij nihil iam iste locupletatus officit. si vero hũc interimetis, pauperes alij locum eius occupabũt, qui ciuitatis pecuniam facile furando consument. Huiusmodi ergo apologi ad populum maxime accommodati sunt, habentq; hanc præstãtiam, cùm difficile sit res præteritas similes inuenire, apologos facillimum est fingere. nanq; opus est hoc modo inuenire, vt & similitudines, modo positis qd' simile est pspicere. q̃ Philosophia facile præstat. Non est igitur difficile apologos inuenire. Verum ad consultationem res gestæ multo vtiliores sunt, nam vt plurimum futura præteritis similia sunt. Exemplis igitur, si quidẽ non habeas enthymemata, quasi demonstrationibus vtendum. si vero habeas,

quasi testimonijs post enthymemata in perorationibus. Cùm enim præponũtur, similia inductionibus sunt: inductio autem orationi oratoriæ, præterq; in paucis, non est idonea. Postposita vero, testimonijs assimilatur. testis aũt vbiq; ad fidẽ vtilis. Præterea præponenti multa dicere necesse est: postponẽti aũt vnum etiam sufficit. nam testis probus vel vnus satisfacit. Quot igitur species exẽplorum sint, & quo pacto, & qñ ipsis vtẽdum, dictum est.

De Sententia. Cap. XXII.

Sententia q.d.

DE sententijs autem adhibendis, si quid sentẽtia sit dixerimus, facile patebit quibus de rebus, & quando, & quibus consentaneum est in oratione sententijs vti. Sententia igitur est non de singularibus, vt qualis quidem Iphicrates sit, sed de vniuersali enuntiatio. nec de omnibus vniuersalibus, vt rectum obliquo contrarium esse, sed de quibuscunq; operationes sunt, quæ ad agendum eligenda vel fugiẽda sunt. Quare quoniã enthymemata syllogismi ẽ istis sunt, tam cõclusiones enthymematum q̃ pricipia, syllogismo semoto, sententiæ ferè sunt: vt illud, Oportet prudentem virum non nimiũ in sapientia liberos erudire. id igitur sententia est, cui si causa quamobrem accesserit, totũ enthymema erit. nam auditium quod habent, pernicioſam etiam sibi hominum inuidiam attrahunt. Et illud, Non est qui felix omnibus in rebus sit. &, Nullus hominum liber est. nam aut pecuniæ, aut fortunæ seruit. Si ergo sententia est quã diximus:

Sententiæ species quatuor

quatuor sententiæ species esse necesse est. Nã aut cum ratione erit, aut sine ratione. Quę igitur egent demonstratione, cùm ratione sunt. quæcunq; vero nihil mirum continent, absq; ratione. Quarum aliq necessario, quoniam ratione præsciantur, non egent: vt illud: Bene valere præstantissimum hominibus est, vt nobis videtur. id enim ita tã multis videtur. Aliq simul cùm dicantur, patent perspicienti: vt illud, Nemo amator est, qui non semper amet. Earum vero quæ cum ratione sunt, aliæ partes enthymematis sunt: vt, Oportet prudentem virum esse. Aliq enthymematicæ quidẽ sunt, enthymematis autem pars non sunt: quæ maxime probantur. Huiusmodi autem sunt, in quibuscũq; causa ineſt, vt in illo, Iram immortalem, cùm sis mortalis, non seruã. nam q̃ ira seruanda semper non sit, sententia est: adiectum vero, cùm sis mortalis, quam ob rem significat. cui simile est, Mortalia mortalem, nõ immortalia curare oportet. Perspicuum igitur est, quot sint sententiæ spẽcies, & quibus vnaquæq; rebus accõmodetur. Rebus enim ambiguis, aut nouis, & præter opinionem accommodabitur. sed aut ratione prępositа sententia vtemur concludendo: vt si quis dicat, Ego igitur, quoniã nec inuidiosum nec otiosum esse conducit, non oportere doceri asseroaut hoc prępositо reliqua postponemus. Quæ vero etsi præter opinionem non videãtur, sunt tamen incerta, ea rotundissime dicẽtur: si quam ob rem præposueris: quibus etiã Laconica dicta accommodantur, & ęnigmata: vt si quis dicat, quod Stesichorus apud Locros dixit, Non oportere contumeliatores esse, nę cicadæ humi canant. Sententias autem dicere ætate prouectis maxime cõgruit, de rebus inquam, quarum quis vsum habet. nã qui tantus non est, eum dedecet sententias dicere, sicuti fabulas. qui autem de ijs quorum vsum non habet, is ineptus atq; indoctus est. signum huius sufficiens, q̃ agrestes maxime sententiarum fictores sunt, facileq; enunciãt. Vniuersaliter autem proferre quod vniuersale non est, cõquęstioni ac amplificationi conuenit, & in his aut cùm incipias, aut cùm iam demonstraueris. Verum peruulgatis etiã sententijs atq; communibus vtendum est, si vtiles sunt. Nam quoniã communes sunt, quasi omnes ita concedunt, recte se habere videtur vt hortanti ad subẽunda pericula, inauspicato, Vna est auis optima, pro patria pugnare. cumq; pauciores sint, Martem esse commune m. Et ad occidẽdos inimicorum liberos nihil iniuriãtes. Stolidus, qui cùm patrem occiderit, liberis pepercit. propterea prouerbiorũ nonnullæ sententię quoq; sunt, & quasi testimonia, sicut, Atticus aduena. Oportet autem sententias tunc vel contra peruulgata dicere. Peruulgata vero dico, vt, Cognosce te ipsum. &, Nihil nimis. Cùm aut meliores poterunt mores videri, aut ex perturbatiõe dicetur. Ex perturbatione quidem, si quis iratus dicat falsum esse q̃ oporteat seipsum cognoscere. nã hic si seipsum cognouisset, nunquã magistratum petijsset. Mores vero meliores, q̃ non oporteat sic amare, vt fertur, quasi osurus sis: sed potius odisse quasi amaturus. Opus est autem, vt cùm habitu voluntatem ostendas. Si vero non, ratio statim afferẽda est, vt si aut hoc pacto dicas, q̃ amare oporteat non vt fertur, sed quasi semper amatorum. insidiatoris enim illud est. Aut sic: Nõ enim probatur mihi quod fertur. nam amicum verum sic oportet amare, quasi semper amatur⁹ sis. Sed neq; illud, Nihil nimis: cùm oporteat nimis odisse saltem improbos. Afferunt autem orationi vires magnas sententię, partim quia maxime per eas auditores capiuntur. gaudent enim si quis vniuersaliter dicens, in eas opiniones

Quibus sententiæ accommodentur, & cur vtilitatẽ afferant.

forte

forte deueniat, quas illi particulariter habent. Quod autem dico, hinc erit manifestum, & simul quo pacto ipsas venari conueniat. nam sentẽtia, vt dictum est, vniuersalis enuntiatio est. Gaudent autem cùm id vniuersaliter dicitur, qd particulariter ipsi opinantur: vt si quis vicinos aut liberos prauos habeat, gratũ, ptecto illud sibi videbit, Nihil vicino molestius: vel, Nihil procreatiõe liberorũ stultius. Quare coniectura primum sequendum est quod præopinẽtur, deinde in vniuersum de ipso dicendum. Hic igitur vnus sentẽtiæ vtus est. Alter, et melior, q̃ moratam facit orationem. Affecta enim oratio est, qua dicẽtis voluntas apparet, quod omnis sentẽtia ideo facit, quoniã qui eã dicit, vniuersaliter de eligibilibus enuntiat. Quare si sententiæ probę sunt, faciunt, vt proborum qui dicit morũ videatur. Verum de sententia, & quid est, & quot eius species, & quando his vtendum, quamq; vtilitatem afferat, hæc dicta sint.

De Enthymemate. Cap. XXIII.

NVnc vero de enthymematibus primũ vniuersaliter quo pacto quærendum sit dicamus: deinde locos exponemus. alia. n. vtriusq; horũ species est. Quod igitur enthymema syllogismus quidam sit, dictũ est prius, & quomodo syllogismus, & in quo à dialecticis differat. Non enim de longe, nec omnia sit mentem oportet colligere. nam alterum propter prolixitatem obscuritatis est: alterũ quoniam manifesta dicuntur, nugationis. Et hæc causa est vt apud vulgus probabiliores indocti sint: veluti etiam poetæ aiunt, concinnius rudes in vulgo dicere. communia enim afferunt atq; vniuersalia. illi vero ex quibus scĩt, & proxima. Non ergo ex omnibus quę vidẽtur, dicẽdum, sed ex certis aut ipsis iudicibus, aut ijs quos multifaciũt. idq; quoniam sic aut omnibus aut plurimis perspicuum esse videtur. Nec solum ex necessarijs colligendũ, sed etiam ex ijs quæ vt plurimum sunt. Primum ergo id nobis sumendum est, q̃ de quo generetur, dicere atq; ratiocinari oportet, siue syllogismo ciuili, siue quocũq; alio necessario est, quæ in eo sunt vel cuncta, vel saltẽ aliqua tenere. nam si nihil habes, vnde colligas non habebis. Quo enim pacto, bellandum ne sit an non, Atheniẽsibus consulere poteris, nisi quæ sint ipsorum copiæ teneas, vtrum nauales, an pedestres, an vtrunq;, & quantę: vectigalia etiam quę sint, aut socij, aut hostes, & ad hæc quæ bella gesserunt, & quomodo, cæteraq; huiusmodi. Laudare quoque quomodo poteris, nisi habeas natalem apud Salamina pugnam, & pręlium apud Marathona, vel quę pro Herculis nepotibus gesta sũt, vel alia huiusmodi: Oẽs eni ex ijs bonis q̃ alicui adsunt, vel adesse videntur, laudãt. Similiter etiam vituperant ex contrarijs, perspicientes si quid tale in ipsis est aut esse videatur, vt puta, quoniam Græcos in seruitutẽ redegerunt, & Aginetas & Potideatas, qui cũ eis aduersus Barbarum pugnarunt, præclareq; gesserunt, sibi subiecerunt, & si quid huiusmodi erratum in ipsis est. Eodẽ modo accusantes quoq; ac defendẽtes, ex ijs quę sunt & accusant, & defendunt. Nihil autem differt de Athenien sibus, aut de Lacedęmonijs, et vel de homine vel de Deo idipsum agere. Nam si Achilli consules, aut si eum laudares, vel vituperares vel defenderes, quæ sunt, aut quæ videntur esse numeres, vt ex eis diceres laudãs aut vituperans, si quid honestum aut turpe sibi gestum est: accusans vero aut defendens, si quid iustum aut iniustum: consulens autem, si quid vtile inest aut noxium. Similiter ijs de quacunq; re alia, vt de iustitia, vtrum bonã an non, ex his quæ in iustitia sunt, aut in bono. verum quoniam & ita omnes etẽdere videmus, siue recte siue minus recte syllogismo vtãtur: non enim ex omnibus, sed ex ijs quę in vnoquoq; sunt tumũt: & ratione perspicuum, q̃ impossibile sit aliter demonstrare. Patet igitur necessarium esse, sicut in Topicis primum, vt electa de possibilibus atque opportunissimis circa vnumquodq; habeantur, vt proxime facta eodem pacto quęramus, et perspicientes non in indefinita, sed in ea quę in illis sunt de quibus habetur oratio: vt pręterea plurima et proxima rebus circunscribenda sint. Nam quanto plura eorum quæ in re sunt teneas, tanto facilius demõstrabis. Et quanto propinquiora, tanto ꝓpria magis, ac minus communia. Communia vero dicimus, vt si Achillẽ laudes, quoniam homo, quoniam semideus, quoniam in Troianos traiecit. hæc enim alijs multis insunt, quare nõ Achillem magis q̃ Diomedem laudas. Propria vero, q̃ nemini q̃ Achilli cõtigerunt. vt qm̃ Hectora, qui Troianorum erat lor tissimus, interfecit. & Cygnum, qui cùm esset inuulnerabilis, oẽs ne detenderẽt inhibebat. & qm̃ adolescens, nec tam etiãdo adtrictus militauit, cæteraq; huiusmodi. Vnus igitur eligẽdus modus: primusq; is locus est. Nunc vero enthymematũ elementa dicamus. elementũ aũt enthymematu atq; locũ idẽ dico. Sed prius de ijs dicamus, de qbus necesse est prius dicere. Sunt enim enthymematũ species duę. Na[illegible] q̃dã q̃ fit, vel nõ fit, approbatiua sunt: quæ Græce appellant. Latie dicere possumus redarguẽdi potestatẽ huius differentię

sicut in dialecticis syllogismus & elẽchus. Est autem approbatiuum quidem enthymema, cùm ex concessis colligitur: Elenctícum vero, cùm repugnantia colliguntur. Fere igitur nobis in vnoquoq; genere vtili atque necessario loci dicti sunt. Quare quibus enthymemata ex locis elicienda sunt, de bono aut malo, honesto, aut turpi, iusto aut iniusto, de proprijs etiam affectibus, eodẽ modo sumpti sunt nobis tam prius loci, ex quibus. Verum nũc alio modo de omnibus communiter sumamus, atq; dicamus qui approbatiui, quiq; elenctici sunt, annotantes eos etiam qui sunt apparentium enthymematum, quæ tamen non sunt enthymemata, quoniam nec syllogismi. quibus explicatis, de obiectionib⁹ solutionibusq; dicemus, vnde enthymemata elicienda sunt.

De locis Enthymematum. Cap. XXIIII.

Loc⁹ ex cõtrarijs.

VNus igitur approbatiuorum locus ex contrarijs est. Nam inspicere oportet si contrario contrarium cõfirmanti quidem inest, confutanti autem si non inest: vt temperãtiam bonum esse, quoniam intemperãtia malum: vt in Messeniaca. nam si bellum horum malorum causa est, per pacem hęc emendabimus. Itẽ quod si non ijs qui inuiti obfuerunt, irasci par est: nec ijs qui coacti profuerũt gratia est habenda. Item quòd si multa etsi homínibus credibilia sint, falsa tamen sunt: contrarium quoq; credendum est, multa quamuis mortalibus incredibilia sint, vera tamen esse.

Ex similib⁹

Alius ex similibus casibus. Similiter nanq; esse & non esse oportet: vt si dicas non omne iustum bonũ esse. nam quicquid est iuste, id bene esse: nunc vero iuste mori, non est appetibile.

Ex his, quæ adinuicem.

Alius ex ijs quæ adinuicem. nam si alteri iuste ac bene agere inest, alteri pati inerit. & si imperasse, etiã fecisse: vt de publicanis Diomedon Publicanorum princeps. Nam si vobis locare turpe non est, nec nobis cõducere. Nã si qui passus est, iuste ac bene id passus est, ergo & qui fecit. & si q fecit, ergo & q passus est. Sed põt hoc cauillatio fieri. Nã si iuste occisus ẽ, iuste passus ẽ, sed forte nõ absque. Quare seorsum perspiciendum si pati dignus fuit qui passus est, & facere qui fecit. deinde vtendum quomodocunq; congruit. nam interdũ id dissonat, nihilq; phibet: veluti & Alcmæonem apud Theodectem, Matrem vero tuam nemo mortalium oderat. Ait autẽ respondens, Sed distinguentes considerare oportet. Interrogante vero Alphesibœa cur illam quidem morte dignam iudicarũt, se vero iniuria interfecisse. Et veluti iudicium de Demosthene, & eorum qui Nicanora interemerũt. nam quoniam iure interfecisse iudicati sunt, iure cæsus iudicatus est. Et vt de interfecto Thebis, de quò iudiciũ fieri volebat, si occidi dign⁹ erat, quasi non sit contra ius eũ occidere, qui iure cæsus est.

Ex eo q̃ magis & minus

Alius ex eo quod magis & minus. vt Nedũ qdẽ omnes sciunt, quonã pacto hoĩes c̃id enim est, si cui magis inesse deberet nõ inest: nec cui minus. Illud vero, vicinos ab eo verberari, à quo vel pater ipse, ex eo qd̃ si min⁹ est, & maius est, vtrũq; ostẽdere opus sit, siue qd̃ sit, siue quod nõ. Præterea si neq; magis, neq; minus. Vnde dictũ est, tuus pater cũ liberos amiserit, miserabilis est. Oeneus vero nõ est, qui filium amisit totius Græcię præclarissimũ. Et si Theseus iniuriatus non est, neq; Alexander, & si nec Tindaridę, nec Alexander. & Patroclum Hector, & Achillem Alexãder. & si cęteri artifices praui nõ sunt, nec Philosophi. Et si duces praui non sunt, quia sæpe superantur, nec sophistę. Et si oportet priuatos existimationis vestrę curam habere, & vos Græcorum existimationis. Alius à temporis consideratione, vt Iphicrates pro Harmodio. Et si statuam petenti antequam faceret dedisseris, nunc cùm fecerit, non dabitis? Num igitur accepturi quidẽ pollicemini: cùm vero acceperitis, tunc auertis? Et rursus ad illud, an Thebani Philippum in Atticam patientur pertrãsire, si antequam auxilium eis aduersus Phocenses tulerit, petijsset, spondernent profecto. Incredibile igitur, si quia prodidit ac credidit, iccirco transitum ei esse negaturos.

A tempore

Ex dictis ab aliquo in se reiectis.

Alius ex ijs quæ quispiam dixit, ĩ seipsum reiectis. Sed modus differt. vt Iphicrates in Teucro aduersus Aristophonta fecit. nam cũ Aristophon, si proderet naues pecunia, rogatus, negasset, intulit deinde: Tu qui Aristophon es, nõ prodidisses: ego vero, qui sum Iphicrates, prodidissem? Oportet autẽ vt magis ille facturus videatur. nam aliter ridiculum videbitur: vt si aduersus Aristidem accusantem id quispiam dixerit. Verum ad detrahendum accusatori fidem. oino enim accusator defensore melior esse vult. Ad id igitur vniuersaliter reprobandum is locus est, q̃ alius quispiã facere reprehẽdat quæ ipse vel non tacit, vel non faceret: aut facere hortetur quę vel non facit ipse, vel nõ faceret.

Ex definitione.

Alius ex definitiõe. vt si dicas, dæmoniũ nihil est aliud, nisi Deus, aut Dei opus, atqui si quis putat Dei opus esse, hunc putare necesse ẽ Deos quoq; esse. & sicut Iphicrates dixit generosissimũ eũ esse, qui optimus est. nihil eni Harmodio & Aristogitoni generosum erat, anteq; generose gesserant. Et quod propinquior ipse. nam gesta mea Harmodij atq; Aristogitonis gestis, ꝓpinquiora sunt, q̃ tua. Et vt in Alexãdro, omnes, ꝓfecto cõcedemus

mus nõ vnius fruitionem corporis impuros cupere. Id etiam quod Socrates dixit, nolle ad Archelaum proficisci. turpe nanque similiter aiebat esse, si beneficio affectus non possis referre, quemadmodum si maleficio. omnes enim isti cùm definierint, acceperitq; quid sit, tunc de quo dicunt, ratiocinantur.

Ex eo quod multipliciter.

Alius ex eo quod multipliciter: vt in Topicis de eo qd̃ recte.

Ex partitione.

Alius ex partitione. vtputa si omnes trium causa iniuriantur, aut huius, aut istius, aut illius rei gratia: & propter hæc quidem impossibile, propter tertium autem neq; ipsi dicunt.

Ex inductione.

Alius ex inductione, vt ex Peparethia, ꝙ mulieres vbiq; de liberis vere discernunt. Nam tum Athenis Mantiæ oratori ambigenti de filio mater asseruit: tum Thebis Ismenia & Stilbone ambigentibus, Ismeniæ filium esse Dodonis confirmauit, ac idcirco Thessali eum Ismeniæ filiũ putarunt. Rursus ex Theodectis lege. Qui de alienis equis paruam curam habuerunt, ijs suos non tradunt. neq; ijs qui naues alienas euerterũt, aliqs tradit suas. Si ergo idita in omnibus fit, ijs etiam qui aliorum salutem neglexerunt, in cũstodia sui vtẽdum nõ est. Et vt Alcidamas: Omnes, inquit, quomodocunq; sapientes honorãt. Nam Patrij Archilochum, quanquam eos vituperasset, honorarũt. Et Chij Homerum, quanquã ciuis suus non esset. Et Mitylenæi Sappho, q̃uis fœmina fuerit. Et Lacedęmonij, quanq̃ minime Philosophorum studiosi sunt, Chilonem tamen è senibus fecerunt. Itali quoq; Pythagoram. Lampsaceni vero Anaxagoram, & si peregrinus esset, magnifice tamen sepelierunt, & ad hunc vsq; diẽ venerantur. Athenienses etiam quousq; Solonis legibus vtebãtur, beati fuerunt, & Lacedęmonij Lycurgi legibus vsi. Thebis quoq; qui præfuerunt, Philosophi erãt, & ciuitas erat in felicitate.

Ex iudicato

Alius ex iudicato, aut eodem, aut simili, aut contrario, præsertim si omnes et semper, aut si saltem plurimi, aut sapientes, & ij vel omnes, vel clariores, aut etiam si ipsi iudices, vel qui ipsi grati sunt, vel ij aduersus quos iudicare non possũt. vt domini: vel aduersus quos iudicare turpe sit, vt dij, pater, doctor: veluti Autocles dixit in Mixidemidam: Si turijs, quæ sunt Deę, suffecit pœnas in Ariopago dare, Mixidemidæ vero minime. Aut sicuti Sappho, Malum esse mortẽ. Dij nanq;, nisi sic iudicassent, morerentur. Aut sicut Aristippus ad Platonem acerbius, vt putabat: Atqui sodalis noster, inquit, nihil tale, de Socrate dicẽs. Hegesippus quoq; oraculo prius ĩ Olympo vsus, Delphis postea quærebat ab Appolline, si quæ patri, eadem quoque sibi videantur, quasi turpe sit contradicere. Isocrates etiam de Helena scribit pulcherrimam fuisse: siquidem Theseus ita iudicauit. Et de Alexandro, quem Dij præposuerunt. Euagoram quoq; virtute præclarum fuisse, quòd Conon cùm in calamitatem incidisset, relictis cęteris, Euagoram solum petijt. Alius à partibus, sicut ĩ Topicis, quæ mouet anima. nam hæc, aut illa. Exẽplumq; hoc sit ex Socrate Theodectis, Quod ille sacrum non pie coluit, quos Deos deposcit, quos ciuitas deos esse arbitretur? Alius quoniam in pluribus accidat vt bonum quid, aut malum inde consequatur, à consequentibus suadere vel dissuadere, accusare vel defendere, laudare vel vituperare, vt eruditionem inuidia malum consequitur, sapientia bonũ. Quare non oportet erudiri, ne habeamus inuidos. aut oportet, sapientem enim esse oportet. Hic locus totum Calippi artificium est, si possibile, cæteraq;, vt dictum est, addideris. Alius, cùm de duobus oppositis suadendum vel dissuadendum sit, hoc modo de vtrũq; dicere, quomodo expotuimus. Differt autem, quoniam ibi quæ forte oblata sunt, opponuntur, hic vero contraria. Vt facerdos quædam filium vetabat ad populum orationem habere. nam si iniusta suades (inquit) dij; si vero iusta, homines te odio habebunt. Imo vero habenda est ad populum oratio. nam si iniusta, homines: sin vero iusta dicam, Dij me amabũt. Hoc autem idem est illi prouerbio, quo tertur, oleum ac salem emi oportere. Et commutatio quidẽ est, cùm ad vtrunq; duorum contrariorũ bonum ac malum consequantur, alterum alteri contrarium. Alius quoniam non eadem occulte atq; aperte laudant, sed aperte quidem quæ iusta sunt, atq; honesta maxime. occulte autem malunt, quæ conferunt, dare operam, vt ex his alterum colligatur nam hic locus, eorum quæ præter opinionem sunt, principalissimus est. Alius quoniam ita ex proportione conueniat: vt Iphicrates cũ cõfloresilium eius puerum adhuc ætate, quoniã statura alongus erat, ciuitatis onera ferre cogeret: si longos ex pueris, inquit, viros putabunt, breues ex viris pueros esse profecto censebunt. Et Theodectes in lege, cùm tributa pendentes, veluti Strabaca et Charidemum, propter probitatem ciues faciatis, non expellens eos ciuitate, qui in tributarios nefanda commiserunt. Alius à consequenti, si idem sit, quod & a quibus consequitur, eadem sunt. vt Xenophanes dicebat similiter eos impios esse, qui Deos asserant factos, quemadmodum eos qui morituros affirmant, cùm vtrunq; accidat Deos aliquando non esse. omnino autẽ

quod ex vtroq; accidit, quasi semper idem ca
piatur. Iudicaturi autem estis, non de Socra
te, sed de professione, an philosophādum sit.
Et quod dare terram, & aquam, id seruire sit.
Et communis esse participem pacis, id est iusta
facere. Sumendum autem alterutrum qd'
Ex eleAtico non eiusdem semper. accommodatius est. Alius ex eo quod non
idem ab eisdem semper eligitur, sed oppositū
prius aut posterius, veluti hoc enthymema.
Si exulantes pugnabamus, vt reduceremur:
reducti spōte exulabimus, ne pugnemus. Ali
quando enim pugnare, vt domi essent eligē
bant: aliquando non esse domi, ne pugnarēt.
A causa non vera. Alius si cuius gratia id factum non sit, huius
gratia esse, aut factum fuisse dicere. vt si quis
afferat cuipiam aliquid, vt cùm abstulerit do
leat. Vnde illud dictum est: Multis non ex be
neuolentia Deus ingentes præstat prosperi
tates, verum vt nobiliores sue fiant calamita
tes. Et illud Antiphontis ex Meleagro: Non
vt feram occiderēt, sed vt de virtute testes Me
leagro ad Græciā essent vniuersam. Et Theo
dectes ex Aiace, quod Diomedes non vt ho
noraret elegit Vlyssem, sed vt minor esset, ac
sequeretur. possibile nanq; est huius gratia fe
Ex suasoriis & dissuaso-rijs. cisse. Alius litigantibus & consulentibus cō
munis, vt suasoria & dissuasoria consideres,
& ea quorum gratia vel agunt vel fugiūt. hęc
enim sunt quæ si insint, agendum est: vtputa
si possibile, si vtile, si facile aut sibi, aut amicis,
vel si nocuū damnicq; illatiuum inimicis, aut si
factura minor est emolumento. ex his enim
suadent, ex contrarijs autem dissuadent. ex
his etiam ipsis & accusant & defendunt: & de
fendunt quidem ex dissuasorijs, accusant ve
ro ex suasorijs. Est autem hic locus Pamphili
atq; Calippi ars vniuersa. Alius ex ijs quæ
[illegible] fieri quidem videntur, incredibilia vero sunt,
quoniam non crederentur nisi aut essent, aut
prope essent, & quam maxime. nam aut quæ
sunt, aut quæ probabilia sunt, credunt. Si er
go credibilia, et non probabilia, vera profecto
sunt. non enim quoniam probabilia, ideo cre
dibilia sic videntur. Vt Androcli Pytheo le
ges reprehendēti exibilarunt, quoniam dixit
lege opus esse legibus, quæ ipsas corrigat. nā
& tale piscibus. non enim probabile nec cre
dibile videtur cum in mari enutriantur, salis
egere. oliuaceri quoq; oleo: quamuis non cre
dibile oleo carere, ex quibus oleū gignitur.
Elencticus. Ex repugnā tibus. Alius elencticus, quo repugnantia conside
rantur, partim in aduersario, si quid tempore,
factis, oratione repugnat, hoc pacto: Deinde
dicit vos amare, qui cum triginta viris coniu
rauit. Partim in ipso, sic: Deinde litigiosum
me ait, item vero vllam me vnquam suscepis
se non potest ostendere. Partim et in ipso et
in aduersario, hoc modo: Et iste quidem nihil
vnquam mutuo dedit: ego autem pro multis
etiam vestrum solui. Alius cùm res aut homi
nes suspecti sunt, vel videātur causam eius af
ferre, quod suspitionē facit. est enim aliquid,
quare ita videtur. Vt cùm reprehenderetur
quædam de filio. nam quoniam osculabatur
adolescentem, impudica esse videbatur. cau
sa dicta soluit suspicionē. Et vt in Aiace apud
Theodecten aduersus Aiacem Vlysses dicit,
quòd cùm sit Aiace fortior, tamen non videa
tur. Alius à causa si est quod sit, si non est qd'
non sit. simul enim causa, & id cuius causa, &
absq; causa nihil est. vt Leodamas se defendēs
accusante Thrasybulo dixit q; in arce quidem
constitutus esset, sed erumpere triginta viro
rum tempore inutile fuisset. sibi enim magis
propter odium in plebem susceptum triginta
viri crederent. Alius considerare si possibile
erat, aut est melius, quod cōsulit, aut facit, aut
fecit. perspicuum nanq; si sic se habent, quòd
non facit: cùm nemo volēs ac sciens mala eli
gat. Quod quidem falsum nonnunquam est.
nam sæpe manifestatur postea melius aliter
fuisse, quod prius non erat manifestū. Alius
considerare si quid factis contrarium facturi
sint, vt Xenophanes lugentibus Eleatis, ac ro
gantibus an Matutę sacrificarent, cōsulebat,
si Deam putabant, ne lugerēt: sin hominem,
ne ipsi sacrificarent. Alius à perperam factis
accusare vel defendere. vt in Medea Carcini,
hi quidem accusant, quòd filios Medea inter
emerit, quoniam non apparent. errauit enim
Medea emissione filiorum. hæc autem se de
fendit, quòd non filios sed Iasonem interfe
cerit. id nanque nisi fecisset, peccasset. siqui
dem & alterum fecisset. Hic autem locus ac
enthymematis species tota Theodori prior
ars est. Alius à nomine. vt Sophocles, aperte
Sidero nomenq; ipsum ferens. Et vt in Deo
rum consueuerunt laudibus dicere. Et vt Co
non Thrasybulū appellabat. Herodicus quo
que in Thrasymachū dicit. Semper tu Thra
symachus es. Et in Polum: Semper Polus es.
Et de Dracone legumlatore, quòd leges illæ
non hominis essent, sed Draconis. erāt enim
duræ. Et apud Euripidem Hecuba in Vene
rem: Nomen quoq; tibi recte inditum, Dea
enim es amentiæ præfecta. Et Chæremon Pē
theus à futura calamitate appellatus. Laudan
tur autem ex enthymematibus elenctica ma
gis q; demōstratiua. Nam & breuis contrario
rum collectio est enthymema elencticum, &
auditori quæ inter se conferuntur, lucidiora
sunt. Ex omnibus vero enthymematibus
tam

Ex eluenda suspitione.

A causa effectū inferente

Ex melior.

Ex his quę fieri contraria facius.

A perperam factis.

A nomine.

Enthymemata quę maxime laudata.

tam ad demonstrandum q; ad redarguēdum
accommodatis, ijs maxime plaudunt, quę &
acuta sunt, & audientes statim cùm incœpe
ris percipiunt. ipsi enim secum gaudēt quòd
præuiderint, & quæ ita consequūtur, vt non
nisi postea q; dicta sunt intelligantur.

De apparentium Enthymematum locis. Cap. XXV.

VErum quoniam possibile est alium es
se syllogismum, alium non esse, sed vi
deri: necesse est vt enthymema quoq; aliud
enthymema sit, aliud non sit, sed videatur: si
quidem enthymema syllogismus quidā est.
loci autem enthymematum quæ nō sunt, sed
Penes dictionis figuram. videntur, hi sunt. Primus penes dictionem.
& huius quidē vna pars, vt & in dialecticis,
est, cùm non ratiocinatus conclusionem tan
dem infert. Non est hoc, & hoc: est ergo ne
cesse hoc, atq; hoc esse. nam quod in enthy
mematibus cōuolutim atq; per oppositā dic
tū est, id videtur enthymema. dicuo enim
hmōi capax enthymematis est, videturq; id
esse penes figuram dictionis. Est autem vtile
ad dicēdum dictione syllogistica, multorum
syllogismorum capita dicere, hoc pacto: Qui
illos seruauit, qui nostros vltus est, qui Græ
cos liberauit. quorum vnumquodq; ex alijs
demonstratum est, sed simul collecta aliquid
facere videntur. Alter vero penes æquiuoca
Penes æqui uocationem. tionem. vt si q; laudandus diceretur, quo
niam mysteria inde dicantur, quæ sacrorum
omnium maxime sunt venerāda. vel initium
optimum esse, vnde initiati appellantur. Aut
si quis cum canem laudet, de cœlesti simul di
cat. aut de Pane: quoniam Pindarus ait, O fe
lix quoniam magnum Dei canem atque va
rium cœlestes appellāt. Aut si nullum esse ca
nem decori est, canem esse dedecori est. Et si
dicas Mercurium omnium Deorum esse libe
ralissimum, cùm solus communis Mercurius
vocitetur. Et si existimatione optimū esse di
cas, quia viri probi non pecunia digni, sed exi
stimatione digni sunt. nam existimatione di
gni sunt. nam existimatione dignum nō sim
Ex coniunctis & seiunctis. pliciter dicitur. Alius si quæ seiūcta sunt, cō
iunctim: aut quæ coniuncta, seiunctim dicis.
nam quoniam idem esse videtur, cùm sæpe
idem non sit: vtrum vtilius, id faciendum est.
Est autem hæc Euthydemi præceptio: vt sci
re quia triremis in Pyræo sit, quilibet enim id
nouit. Et q; qui elementa scit, carmen quoq;
sciat. idem enim est. Et quoniam si duplum
valetudinarium, nec simplex salubre. nam si
duo bona sunt, quomodo eorum alterū ma
lum: Quod ita dictum elencticum est, sic ve
ro demonstratiuum. Non enim possibile est
duo esse bona, quorum vnum malū sit. om
nino autem huc locus cauillatorius est. Rur
sum quod in Thrasibulum Polycrates dixit,
quod triginta tyrannos depoluit. coniungit
enim. Vel quod in Oreste Theodectis est ex
seiunctione, iustum eam quæ maritum occi
derit, mori: & patris vltionem à filio fieri par
est. ergo hæc facta sunt: quæ si coniunxeris,
non forte amplius iustum. id autem etiam ex
defectu esse potest. non.n. dixit à quo. Alius
Ex amplificatione. amplificatione cōfirmare aut refutare. Quod
fit, si antequam demōstraueris quod fecerit,
rem amplifices. efficit enim vt videatur, vel
quod non fecerit, quando qui causam dicit,
amplificat: vel quod fecerit, quando accusa
tor indignatur. Quare enthymema non est.
falso enim colligit auditor factum ab eo esse,
aut non esse, cū demonstratū non sit. Alius
Ex signo. ex signo. nam id nihil colligit. Vt si quis dicit
amores ciuitatibus conducere. nam Harmo
dij & Aristogitōis amores Hipparchi destru
xerunt tyrannidem. Aut sic: furatur Dionys
sius. prauus enim est. nihil enim colligit, cū
non sit omnis prauus fur, sed omnis fur pra
uus. Alius per accidens, sicuti Polycrates de
Ex accidēs. muribus dicit q; auxilio tulissent arcuā chor
das rodentes. Aut si quis dicat optimum esse
in cœnam vocari. nam Achilles cū apud Tē
nedum vocatus nō esset, fuit natus Achilles.
Constat autem illum quasi neglectum conci
tatum fuisse: quod inde accidit, q; vocatus nō
fuit. Alius penes consequēs, hoc pacto. Ale
Penes consequens. xāder magnanimus fuit. despexit enim mul
torum consuetudinem, & apud Idam secum
cōuersabatur. nā quia tales magnanimi sunt,
magnanimus etiam is videbitur. Item exor
nat se delicate, noctuq; circūerrat: adulter et
go. His simile, q; in templis inopes & cantāt,
& saltant, & q; exulibus licet, vbicunq; volūt
habitare. nam cùm ijs qui felices esse videtur,
hęc assint, & ij quibus assunt, felices putabun
tur. Sed in modo differūt: quapropter etiam
Penes non causam vt causam. in defectum incidunt. Alius penes non cau
sam vt causam, hoc pacto. Quia simul aut
post hoc factum est. capiunt enim post hoc,
quasi propter hoc, & maxime qui rempub.
gerunt. vt Demades Demosthenis admini
strationem omnū malorum causam esse di
cebat, quoniam post illam bellum euenerit.
Ex defectu ipsius quando & quo. Alius penes defectum eius, quod est quādo,
& quomodo, hoc pacto. Non iniuria Hele
nam abstulit Alexāder, cùm eligenti à patre
daretur. non enim semper, sed semel. ad hoc
enim vsq; in potestate patris erat. Vel sic, In
gens cōtumelia est liberos homines pulsare.

Non

non enim omnino, sed cùm non incœperint, manus inferre. Ad hæc, sicut in contentiosis

Penes sim. pliciter & non simpliciter.

penes simpliciter, & nõ simpliciter, sed quod dam fit apparens syllogismus. Vt in dialecticis, cp non ens, ens est: nã non ens ens, est non ens. Et cp scitur ignotum, scitur enim ignotũ cp ignotum sit. Sic etiã in rhetoricis apparens est enthymema penes probabile, non simpliciter, sed probabile quoddam. Id vero est nõ vniuersaliter, vt Agathon quoq; dicit: Forte quis illud probabile putet, multa mortalibus esse non probabilia. fit enim hoc præter probabile: quare id etiã probabile, quod est præter probabile. si vero sic, erit probabile, quod est non probabile. Verum vt in contentiosis secũdum quid, aut ad aliquid, aut quomodo, non additum deceptionẽ facit, ita & hic, quoniam probabile sit non simpliciter, sed quod dam: quo ex loco ars Coracis composita est. Nam siue suspectus non sit, vt si pulsationis imbellis homo accusetur, non enim probabile id: siue suspectus, quoniam robustus: nec id etiam probabile, quoniam probabile videri poterat. & similiter in alijs. nam vel suspectus, vel non suspectus erit necessario, vtraq; profecto probabilia videntur. sed alterũ probabile est, alterum non simpliciter, sed vt dictum est. Interiorem quoq; rationẽ superiorem facere hoc ipsum est. Hinc iure homines Protagoræ professionem non ferebant. falsum enim profitebatur, non verum. Sed apparens probabile, nec in arte vlla, sed in Rhetorica, & contentiosa. Sed de enthymematibus tam de ijs quæ sunt, cp de apparentibus, dictũ est. Nunc de solutionibus dicendũ videt.

De Enthymematum solutionibus. Cap. XXVI.

SOluimus aũt vel aliud enthymema contra opponẽtes, vel obiectionem inferentes. Cum igitur aliud opponimus, patet cp ex eisdẽ possumus dicere locis. Syllogismi enim ex probabilibus sunt: probabilia vero multa inter se contraria sunt. Obiectiones autem, sicut in Topicis, quatuor ex locis inuenũtur. Sunt enim aut ex eodem, aut ex simili, aut ex contrario, aut ex iudicatis. Ex eodem, vt si enthymema esset de amore, quoniam bonus: obiectio duplex est. nam vel vniuersaliter dices omnem indigentiam malum esse, vel ẽm partem, cp nec optimi neq; pessimi amores dicerentur, nisi cum mali essent amores. Ex contrario autem obiectio ducitur: vt si cũ enthymema esset, probum virum amicis benefacere: at nec improbos male, respõderes. Ex simili vero hoc pacto sit enthymema, Maleficio affecti semper oderũt. At, inquies, benefacio affecti non semper amant. Iudicata vero ea dicimus, quæ clarissimorum virorum iudicio cõprobata sunt. Sit enthymema, quòd oporteat ebrijs ignoscere, cùm ignorantes peccent. Obiectio: Non ergo Pittacus laude dignus esset, qui maiores pœnas in legibus sumi de illis scripsit, qui vino peccẽt. Verum quoniam ex ijs quatuor omnia enthymemata fluunt, probabili, exemplo, argumento, signo: & sunt ex Probabilibus quidẽ, quę colliguntur ex ijs quę vt plurimum aut sunt, aut esse videtur: ab Exemplo autem, quæ per inductionem ex vno vel pluribus similibus, cũ vniuersale ceperis, & particularia ratiocinatione collegeris: ex Argumento autem, sunt, quæ ex ijs inferuntur, quę necessario indicio sunt: ex Signo vero, cùm per vniuersale aut singulare, siue sit, siue non, collegeris: quoniam igitur probabile non semper, sed vt plurimum verum est, perspicuum est possibile semper esse huiusmodi enthymemata soluere obiectione allata. Quæ quidem non semper vera, sed apparens solutio est. nam qui obijcit, non dissoluit verisimilitudinem, sed non esse necessariam probat. Quare semper contingit defendentem magis quàm accusantem abundare propter hãc deceptionem. Nam cùm accusator per probabilia confirmet, semperq; quod vt plurimum est obiectionem habeat: non enim esset probabile, sed semper ac necessarium: non est eadem solutio, quòd non sit probabile, & quòd non sit necessarium. Itaque in lex deceptus putat, si ita solutum est, aut probabile non esse, aut sibi non iudicandum, vt diebamus. Sed non ex necessarijs tantum iudicandum est, verumetiam ex probabilibus. id enim est optima sñia iudicare. Quare non satisfacit cùm solutat, probetq; nõ esse necessariũ: sed soluendum est, quod nõ probabile: quod euenit, si obiectio magis vt plurimũ est. Dupliciter aũt potest hmõi esse: aut tẽpore, aut rebus ipsis. firmissima vero est si vtrisq;. nã quod sæpius fit, id magis probabile est. Refutantur aũt & signa, & quæ ex signis sunt enthymemata, ẽt si vera sunt, vt prius dictũ est. nullum. n. signũ syllogismo colligit, vt nobis ex Analyticis patuit. cõtra exẽpla vero eadem quæ cõtra probabilia est dissolutio. nã si quid habemus, nec si solutum est, sed quod nõ sit necessarium, & aut plura, aut sæpius, aliter. sin vero & plura & sæpius, sic pugnandũ, aut nõ esse simile id de quo agitur, aut nõ similiter, quãdamcp inesse differẽtiam. Argumẽta vero, & quæ ex argumẽtis sunt enthymemata, non possunt solui, qd' syllogismo nõ colligãt: quod etiam ex Refolutiuis patuit. quare restat probare cp ita sit vt dicitur. Quòd si patet ita esse, & argumentum esse, insolubile iam id redditur, cùm omnia per demõstrationẽ facta sint certiora.

Ex iudicatis.

Ex quatuor omnia fluere enthymemata.

Amplificationem & Attenuationẽ non esse enthymematis locum, nec refutatiua & affirmatiua enthymemata diuersas esse species. Cap. XXVII.

AMplificatio aũt & attenuatio nõ est enthymematis elementum. idem. n. elementum dico, & locũ. Nam elemẽtum ac locus est, in quẽ multa incidunt enthymemata. amplificatio aũt & attenuatio enthymemata sunt, ad ostẽdendũ magnum esse vel paruũ, quẽadmodum bonũ quoq; ac malũ, iustum ac iniustũ, & aliorũ quodlibet. hæc vero sunt omnia, de quibus syllogismi aut enthymemata fiũt. quare si nihil horum locus enthymematis est, nec amplificatio, ac attenuatio. Verũ nec refutatiua enthymemata species quædam est alia, ijs affirmatiua sunt. patet nãq; cp refutat aut obiectionẽ inferens, aut probans. Probãt aũt qd' oppositũ est. vt si factũ vnus esse ostẽdit, alter factũ non esse. cp si factũ nõ esse ille, factũ esse hic ostendet. quãobrẽ non erit hæc differẽtia, cùm eisdem vtriq; vtãtur. enthymemata aũt afferunt cp sit, aut non sit.

Obiectio ẽt nõ est enthymema, sed, sicut in Topicis opinionem quandam dicere, vnde perspicuum fiat, vel cp nõ colligit syllogismo, vel cp falsum quiddã assumpsit. Sed de exemplo, de sentẽtia, de enthymematibus, ac omnino de rebus vnde inueniemus, & qũo inuentas dissoluemus, hæc nobis dicta sint.

ARISTOTELIS ARTIS RHETORICAE LIBER TERTIVS.

SVMMA LIBRI.

De ijs quæ ad Dictionẽ, Eloquutionẽ ue pertinent. De partium ordine in ipsa Oratione.

De partibus Rhetoricæ. Cap. I.



VErũ quoniam tria in oratione requirũtur: primum vnde fiat fides, alterum de elocutione, tertium de ordine partium orationis: ac de fide iam dictum est, ex quibus, & ex quot, cp ex tribus, & cur tot solum: nam aut quia ipsi qui iudicãt, quodammodo affecti sunt, aut quia quales quosdam eos qui dicunt arbitrãtur, aut quia quod demonstratum est, omnibus persuadetur: &

ad hæc explanatum vnde enthymemata inueniantur: sunt enim species enthymematum & loci: sequitur nũc vt de eloquutione dicamus. Nõ enim sufficit si habeas quæ dicenda sint, sed necesse est ea, vt oportet dicere: quod plurimum confert vt oratio qualis quædam esse videatur. Primum igitur quæsitum est, quod natura primum est, vnde res ipsæ credibilitatem habeãt. deinde quo pacto in dictione ponẽdæ sunt. tertio, quòd vires quidem habet ingẽtes, sed nõdum explicatum, quomodo pronũciandum. nam vel in tragœdiam atq; comœdiam tardius accessit. ipsi enim poetæ tragœdias olim pronunciabãt. quare manifestium est id etiã in Rhetorica ita esse, quemadmodum in re Poetica: quod & alij quidã tractarũt, & Glaucus Teius. Est autem pronunciatio in voce, quo pacto ipsa in singulis affectibus vtẽdum sit, veluti quãdo magna, quando parua, qñ mediocri, & accẽtibus quomodo, sicut acuto, graui, mediocri. Et quibus in vnoquoq; numeris. tria enim sunt quæ considerãt, magnitudo, harmonia, numerus. Præmia ergo ex certaminibus rj penè ferũt. Verum sicut in poeticis certaminibus plusquam ipsi poetæ possunt qui agunt, sic & in ciuilibus propter ciuitatum deprauationem. Sed nondum de ipsa ars composita est. nam & de eloquutione tardius acceptum: videturq; parum honestum esse, si bene examines: sed tamen cùm Rhetorica, eiusq; præceptio ad opinionem spectat, non cp recte se habeat, sed quia necessarium, non est negligendum. Iustum enim est nihil plus in oratione quærere, q̃ ne aut dolore aut voluptate afficias. ita cùm par sit ipsis rebus certare, cętera præter demõstrationes supervacanea sunt. verũtamen nimium faciũt, vt dictum est, propter auditorum prauitatem. Verum eloquutio ipsa habet parum quid in dicendo semper necessarium. refert enim ad significãdum sic aut sic dicere, quamuis non tantum. Verum hæc omnia imaginationis sunt, & ad auditorẽ: quapropter nemo Geometriam sic docet. illa igitur cùm accesserit, id facit, quod & pronunciatio. Cœperunt autem parum de ipsa quidã dicere, veluti Thrasymachus de commiserationis pronũciatione: sed est naturæ aptum esse & ad agendum & minus artificiosum q̃ cætera, eloquutio autẽ artificiosa. quocirca qui id facere possunt rhetores, ijs quoq; sicut & pronunciantibus præmia posita sunt. nam orationes scriptę vehemẽtiores propter eloquutionem videtur, q̃ propter sententias. Cœperunt igitur, sicut natura postulat, id primo poetę mouere. nam

ipsa

Vox nobis ad imitandū aptissima.

ipsa nomina imitationes sunt. Est autem & vox nobis ad imitādum omnium particularum aptissima. quapropter artes quoq; constitutæ sunt, rhapsodia, & histrionica, & aliæ huiusmodi. Ac quoniam poetæ res friuolas dicentes, propter dictionem videbantur gloriam consequuti, idcirco poetica primo suscepta est dictio, qualis est Gorgię. et ad presens vsq; multi minus docti hos optime dicere arbitrantur. id vero ita nō est, sed alia orationis, alia poesis dictio est. Quod inde etiam ostenditur, q̄ nec ipsi qui tragœdias faciūt, illo modo amplius vtūtur. verum sicut ex tetrametris ad iambicum transgressi sunt, quoniam metrorum omnium id orationi simillimum est: sic quæcunq; nominum præter cōsuetudinem sunt, ea neglexerunt: & quibus prisci exornabāt, & in præsentiarum etiam qui hexametra componūt, prætermiserunt. Quam ob rem risu dignū est eos imitari, qui non amplius illo modo vtūtur. Quare perspicuum est, nō omnia quę de dictione dici possunt, nobis esse examinanda, sed de ea qua dicimus. De illa vero dictum est in ijs quę de arte Poetica tractauimus. ibi ergo perspiciatur.

De Eloquutionis uirtute. Cap. II.

ELoquutionis igit ar huius virtus dilucidi tate definiat: quod ita esse illud signi est, quoniam nisi oratio significet, non habebit opus suum. Et nec delectam & humilem, nec rerum dignitatem excedere, sed accōmodatam esse oportet. poetica enim forte non humilis, sed orationi non accōmodata est. Dilucidam autem reddunt orationem, quæ propria sunt, siue nomina, siue verba: nō deiectā vero, sed ornatam reliqua, de quibus in arte Poetica diximus. nam inusitata grauiorē reddunt orationem. quod enim ad peregrinos atq; aduenas patimur, id etiam ipsum ad dictionem sustinemus. Quocirca inusitatiora sunt adhibēda hęc enim ex omnibus admiramur. mirabile autem omne iucundum est. In metro igitur multa id faciūt, commodeq; ibi dicuntur. nam tam res q̄ personæ, de quibus habetur oratio, excellētiores sunt. in oratione vero soluta, cū causa minor sit, multo paucioribus vtēdum. nam ibi quoq; si seruus aut adolescēs ornatiora diceret, aut de paruis, indecorum esset. Sed est etiam in his imminutio & incrementum decori. quare oportet id facientes latere, ne hęc dicere videātur, sed innate. hoc enim verisimilem facit orationem, illud autem cōtrarium. nam tāquam insidiantia vituperātur, quemadmodum & vina mixta. Quod Theodori vox ad aliorum habet histrionum. illa enim eius ipsius qui dicit esse videtur, hæ alienæ. Celantur autem facile, si quis ex cōsuetis eligens componat: quod Euripides facit, & primus monstrauit. Cùm autem nominibus atque verbis constet oratio, cumq; nominum tot sint genera, quot in arte Poetica dicta sunt, ex ijs priscis quędam, & compositis atq; iteratis nominibus & fictitijs raro & paucis in locis vtendum. sed vbi, dicemus postea. causa quoq; dicta est. ad maius enim q̄ decorum est, orationē extollunt. Propria vero, & cōgrua, & translatio solutæ orationis eloquutioni conueniūt. cuius signum est, q̄ solum his omnes vtūtur. omnes enim translationibus, & cōgruis, atq; proprijs colloquuntur. Quare patet, si quis hęc recte cōponat, q̄ oratio & clara, & prisca videbitur: & cur prisca, latebit. quæ orationis oratoriæ virtus erat. Nominum vero quæ sunt æquiuocationes. quibus. n. fraudem parat. quæ vero synonyma sunt, poetis. Dico aūt propria & synonyma, vt proficiscī ac ire: nā hęc ambo & ꝓpria & synonyma sunt adinuicem. Quid autē vnumquodq; horum sit, & quot trāslationis genera sint, & q̄ plurimum tam in re poetica, q̄m in soluta oratione translationes possint, in arte Poetica, vt diximus, dictum est. Tāto autem magis in ipsis oratori est elaborandum, quanto pauciora præsidia soluta oratio habet, q̄m metrica. Sed dilucidum quoq; iucundum ac priscum maxime affert trāslatio: neq; est accipere ipsum ab aliquo. Sūt autem epitheta, & translationes accommodatę adinuicem dicenda. quod ex proportione fiet. aliter indecorum videbitur. nam contraria simul collata maxime apparēt. Considerādum igitur, vt iuueni purpureum, sic seni quid cōuenit. non enim eadem vtriq; decora est vestis. Ad hęc, cùm laudare velis, à melioribus: cùm vituperare, à peioribus, eorum quæ in genere sunt, ducēda translatio est. veluti si quoniam in eodem genere contraria sunt, mēdicantem vouere dicere, & vouētem mēdicare. nam quoniam petitiones ambo sunt, licet quod dixímus facere. sicut etiam Iphicrates dixit Calliam mitrāgyrtem, sed non daduchum. dixit autem non fuisse ipsum initiatum. non enim mitragyrtē ipsum appellatset, sed daduchū. nam cum vtraq; in diuinis sint, alterum laudabile, alterum illaudabile est. Sic etiam Dionysij adulatores, magistros seipsos appellabant. Hæc autem ambo metaphora, hæc quidem sordidantium, hæc autem cōtrarium. Et prędones quidem seipsos acquisitores vocāt nūc. quapropter licebit ēt dicere iniuriatum

De ꝓprijs congruo, & trālatione

* mitratum
* te diferum

erasse,

erasse, & errantem iniuriari. furatum quoq; & accepisse, & rapuisse. Quod vero Telephus apud Euripidē dicit, regnare capulos, & in Mysiam delatus, indecorum est. nam regnare cùm dignitatem rerum excedat, nō celatur. Fit autem in syllabis quoq; error, cùm suauem vocem non faciāt, veluti Dionysius Chalceus in elegijs Poesim clamorē Calliopes appellat. nam vtraq; voces sunt. translatio autem per non significantes voces friuola est. Præterea non longe repetēda, sed à propinquis, & ijs quæ eiusdē generis sunt: & innominata per trāslationē ita nominare oportet, vt cùm dicta sint, pateat esse propinqua. vt in illo comprobato ænigmate, Aereum vidi virum ignitū, viro cōglutinatum. res enim innominata est; sed ambo additio quædam sunt. conglutinationem igitur ipsius cucurbitæ adhæsionem dixit. Et profecto in comprobatis ænigmatibus cōmodas possumus inuenire trāslationes. nam cùm ænigmaticæ orationi trāslationes congruant, manifestum est probe, ac ex probis esse translatum. Pulchritudo autem nominis (vt Lycimnius ait) in sono, aut in significato. turpitudo quoq; similiter. & ad hęc tertium, quod cauillatoriam soluit rationem. non enim (vt dixit Bryson) nemo turpiter loqtur, cùm hocce dixit, si quid dicit, hocce significat. nam id falsum est, cùm aliud alio magis propriū sit, & similius, & aptius, vt rem ante oculos ponat. Prętera non similiter se habens hoc, & hoc significat. quare vel sic aliud alio pulchrius & turpius existimandum. nam vtraq; honestum ac turpe significant, sed nō inquantum honestum, aut inquātum turpe: aut hæc quidem sic, sed magis & minus. Translationes vero à pulchris transferēdæ aut voce, aut potestate, aut visu, aut alio quodam sensu. differt autem, & melius dicitur aurora rosea, quàm phœnicia, vel multo ineptius rubea. In epithetis etiam adiectiones tam à malo vel turpi facere possumus, vt matricida, q̄ à meliore, vt vltor parentis. & Simonides cùm sibi non multum afferebat qui mulabus vicit, nolebat carmen componere, quasi molestę ferret in laudem mularum id facere. cùm vero multum attulit, componebat, Equorum saluete ventipedum filiæ. atqui asinorum etiam filiæ erant. Ad hæc, id ipsum diminuere. est autem diminutio quæ tam bonum quàm malum minus ostēdit, vt in Babylonijs Aristophanes moraciter dicit pro auro aurulum, pro veste vestícula, pro conuitio conuitiolum, pro ægrotatione ægrotatiuncula. Cautum autem esse oportet, & in vtriq; seruare mediocritatem.

De Frigidis. Cap. III.

Frigida ex cō ponūt nominibus.

FRigida vero in dictione fiunt quadrupliciter. In nominibus compositis, vt Lycophron multifacies cœlos, magni cerulicis terræ, littus angustoportū. Et, vt Gorgias appellabat, mēdicimusum adulatorē, & periuros, atq; probijuros. Et vt Alcidamas, referta animū viribus, & faciē facta ignicolor. & promptitudinem ipsorum putauit fore finiteram, & orationis vim finiteram constituit, & purpuro color Thessali pauimentum. nam omnia hæc propter compositionem poetica vidētur. Hæc quidem vna causa est. Altera aptíscis nimium vti, vt Lycophron, Xerxes dico vir montis instar, & Schirō vir vastus. Et Alcidamas ludicrum Poesi, & ipsam naturæ stolliditatem, & ardenti mētis ira exacerbatum. Tertium in epithetis, cùm aut longis, aut alienis, aut frequētioribus vtimur. in Poesi enim decet album lac dicere: in Oratione vero soluta nonnulla indecora sunt, nonnulla si crebrius ponantur, arguunt ac patefaciunt modum poeticum. Sed quoniam opus est ipsis vti (tollunt enim quod vsitatissimum est, & faciūt vt eloquutio grauior videatur) habenda est mediocritatis cura, ne peius efficiāt, q̄si frustra dicerētur. nam male dicere illi efficiuntur, ijs non bene. Idcirco quæ scripsit Alcidamas, frigida vidētur. nō enim quasi bellarijs, sed quasi cibarijs vtit epithetis, valde crebris ac patentibus, & amplioribus q̄ res postulat. non enim sudorem dicit, sed sudorem humidum: nec in Isthmia, sed in Isthmiorum solennitatem: nec leges, sed ciuitatū leges: nec curribundus, sed impetu animi curribūdum: nec auditorium, sed naturæ auditorū, & tristem solicitudinem animi: nec gratiæ, sed plebeiæ gratiæ cōditor, & gubernator audiētium voluptatis: nec ramis, sed syluæ ramis occuluit: nec corpus tegebat, sed pudēda corporis; & honorabilem animi cupiditatē: quod simul & compositū & epitheton est. Sic igitur poema, & sic prauitatis adinuenerunt excessum. Nam poetæ propter indecorū ridicula & frigida confingunt atq; componunt: & ad hæc obscura propter nugationem. qui. n. quamuis auditor intelligat, tamen interponit, dilucidiatē obscuritate dissoluit. Vtimur autem cōpositis, cùm & res innominata sit, & dictio ad compositionem apta, vt immorari, parricida. quod etiam si crebrius fit, omnino poeticum est. Quare composita dictio dithyrambicis est perutilis. inflati nāq; isti sunt. Prisca vero heroicis, dignitatem enim ac magnitudinem affert. Translatio autem iambicis, quibus nunc vtuntur, vt dictum est. Ad hæc in

In nimium fugit.

Ut pudenter.

translationibus

In trãslationibus.

translationibus quarto frigiditas fit, cũ non conueniãt, aut quoniam ridicule, quibus Comici vtuntur, aut quoniã inflate nimis ac tragice, aut quoniam obscure, quia remotiores, vt Gorgias. Virides res atq; exangues, quas turpiter seminasti, & perperam messuisti. hoc enim valde poeticum est. Et vt etiam Alcidamas philosophiam vallum legum atque fossam appellat. Odysseã vero pulcherrimum humanæ vitæ speculum, nihilq; tale poesi ludicrum afferens. Cuncta enim hæc parũ credibilia, propter ea quę dicta sunt. Illud autem Gorgiæ in hirundinem, cùm super eum volãs stercus emiserit, optime ac tragice dictum est. dixit enim, Aui quidem philomenæ, si id fecerit, turpe non est, virgini autem turpissimum. Recte igitur obiurgauit, quoniã non quod est dixit, sed quod fuit,

De Imagine. Cap. IIII.

IMago etiam translatio est: parum enim à translatione differt. Nam cùm Achillem vt leonẽ irruisse poeta dicit, Imago est: cũ vero leonem, Translatio. nã quoniam vtercp viribus excellit, Achillem traducendo leonem appellauit. Accõmodantur autem imagines orationi etiam solutę, sed rarius: poeticũ enim id est. ducuntur vero sicut translationes, non enim ab eis differunt, vt dictum est. Sunt igitur imagines in soluta oratione, vt apud Androtionã in Idriea, similẽ ipsum esse canibus modo solutis. nam illę procidentes mordẽt, & Idriea ex vinculis solutum infestum esse. Et vt Theodamas Archidamũ Euxeno Geometriam ignoranti cõferebat, & ex proportione. Erit enim Euxenus Archidamus geometricus. Et in Republica Platõis: Qui mortuos spoliant, eos canibus similes esse, quę lapides mordent, & proijcientes non tangunt. Et vt Demosthenes in plebem, gubernatori similem ipsam esse, robusto quidem, sed subcuruo. Illud quoq; in carmina poetarum, formosis absq; pulchritudine similia esse. nam et illi cũ defloruerint, & hæc soluto numero longe alia q̃ fuerint esse videntur. Et Pericles in Samios, similes ipsos esse pueris, qui panem accipiunt, sed plorantes. Et in Bœotios, q̃ illicibus similes essent, nã ilices inter seipsas frangi atq; dirumpi, & Bœotios aduersus seipsos pugnantes. Item Demosthenes in plebem, q̃ similis nauseã laborantibus sit. Et Democrates oratores nutricibus conferebat, quæ deglutientes cibum, saliua pueros inungũt. Antisthenes enim Cephisodotum tenuem thuriparem esse dixit, quoniam cõtritum delectet. Nam hec omnia & vt imagines, & vt trãslationes dicere licet. Quare quæcunq; vt trãslationes dicta probantur, omnia etiam imagines erunt, & imagines translationes erũt, ratione indigentes. Verum oportet trãslationẽ quæ ex proportione ducitur, & ad vtrãq; partem, & in ijs quæ sunt eiusdem generis, reddere: vt si phiala Liberi patris scutum est, cõmode quoque scutũ ipsum Martis phiala dicetur. Oratio igitur ex ijs componitur.

De Latinitate. Cap. V.

INitium autem eloquutionis Latinitas est, quæ in quinq; fundatur. Primum in coniunctionibus, cũ sicuti flagitant prius aut posterius alteram reddi ad alteram, sic collocantur: veluti ad ipsum Quidẽ, Vero, vel Autem consequitur. Oportet autem ita eas collocare, vt facile memoria teneantur, & neq; lõgo interuallo redire, neq; coniunctionem aliam prius q̃ necessariam reddere: quod tamen, quãuis rarius, cõmode fit, hoc pacto. Ego vero postea q̃ mihi nũciatum est (venit.n. Cleorogãs atq; orans) profectus sum, mecum eos accipiens. nam hic multæ ante redditionẽ interiectæ sunt cõiunctiones. Quòd si longior interpositio fiat, obscura erit oratio. Primum igitur coniunctiones bene disponantur. Deinde, proprijs dicendum vocabulis, et nõ per circuitiones. Tertio, non ambigue, nisi consulto ita quispiã faciat: quod faciunt, qui cùm nihil habẽt dicere, aliquid tamẽ se dicere simulant: vt in Poesi fit, & Empedocles facit. Decipit enim circuitio; cùm crebra sit, ac ita auditores afficiuntur: sicut multi cùm ambigua oracula audiant, annuũt. Crœsus cùm Halyn traiecerit, magnum delebit principatum. & omnino quoniam minor cõmittitur error, idcirco rem in genere, qui vaticinantur, dicũt. Dicet enim forte aliquis verum magis in ludo paria, vel imparia dicens, q̃ quot: & magis q̃ hoc erit, q̃ quando. quocirca aruspices non determinant quando. Hęc ergo omnia hisq; similia fugienda, nisi quis studio faciat. Quarto, vt Protagoras nomina generũ distribuebat, masculina, fœminina, vascula. nam hæc quoq; recte oportet reddere. sic, pgressa, collocutaq; præcessit. Quinto, vt multa, & pauca, & vnum recte dicãtur, vt, illi profecti hominem pulsarunt. Vniuersaliter autem oportet legibile esse quod scriptum est, & dictu facile. quod idem est. Id autem multæ coniunctiones nõ habent, nec ea quæ non facile distinguuntur: veluti quæ Heraclitus scripsit, quæ quoniam nõ patet priori'ne an posterio ri quicq̃ accõmodetur, distinguere arduũ est, veluti statim ĩ ipso initio libri. ait.n. verbi qd'

est semper

est semp, imprudẽtes homines sunt. dubium enim est vtri semper attribuendum sit. Prętere a incõgrua fit oratio, cùm non reddideris, nisi cõiunxeris vtricp congruentia, vt sonum aut colorem videre quidem cõmune nõ est, sentire vero. Obscurum autem etiam cùm dicis non apponendo, sed multa interferendo, hoc pacto. Cõstitui enim, cùm tecum hæc atque hęc & sic collocutus essem, proficisci, sed non hoc pacto. cõstitui enim proficisci, si hęc & sic collocutus essem.

De Amplitudine ac Breuitate eloquutionis. Cap. VI.

ELoquutionis vero amplitudinẽ hæc faciunt, si ratione nominis loco vtaris. veluti si non circulum, sed superficiem dicas, in qua medium ab extremis æqualiter vndique distat. cuius contrarium ad breuitatem confert, si pro ratione nomen. Similiter si turpe, aut indecorũ. nam si rationi turpitudo ineſt, nomen: si vero nomini, rationẽ dices. Si trãslationibus & epithetis significes, modo ne vt poeticũ genus incidas. Si multa pro vno ponas, vt poetæ faciunt. nam & si vnum velint significare portum, dicunt tamen portus in Achiuos. Si nõ connectẽdo dicis, vxoris nostræ, vxoris tuæ. ecõtra vero breuiter, nostræ tuæq; vxoris. Item si cum cõiunctione dicis. Sin vero breuiter absq; coniũctione, sed non incõnexa, hoc pacto. & profectus, & alloquutus illum sum: profectus, alloquutus illũ sum. Præterea si quæ non sunt, ea dicis. Quod de Teumesso facit Antimachus, Modicus quidam ventosus collis. in infinitũ enim sic amplificatio fit tam in bonis, q̃ in malis. Est igitur in vtroque cõducibile, si quomodo nõ habet dicis. Qua ex re verba etiam poetæ deducunt, vt illud, harmoniam infidem, & alyram. priuatiua enim inferũt. quod maxime in trãslationibus quæ ex proportione sumuntur, probari solẽt: vt si q̃s tubã esse dicat cantũ infidẽ.

Accõmodata oratio.

De Decoro in eloquutione. Cap. VII.

DEcorum autem erit in eloquutione, si affecta erit, & morata, & rebus accommodata. Accõmodata vero erit, si non sit humilis in rebus magnis, nec in paruis ampla, neq; humili verbo ĩsit ornatus. comica enim videtur, vt apud Cleophõtẽ, venerabilis tu.

Affecta.

Affecta vero, vt cũ cõtumeliamur iratorum dicto. cùm impia turpiaq; dicuntur, molestę quasi & caute dicere. cùm laudabilia, cum admiratione: cũ miserabilia, humiliter, & in alijs similiter. hæc enim accõmodata dictio rẽ verisimilem reddit. nam cùm auditores sic se habere homines in huiusmodi rebus cõsiderẽt, decipiuntur. quare quanquam non ita sit vt orator dicit, putant tamen sic esse. Similiterq; semper audientes afficiuntur, ac ille qui affectus dicit, etiã si non vere dicat. quocirca multi clamantes terrent auditores. Verum comprobatio quoq; à signis, morata est. sequitur enim si accommodata est, genera singula atque habitus. Dico autem genus, ætate, sexu, natione, vt puer, vir, senex, fœmina, Lacedæmonius, Thessalus. Habitum autem, secundum quem qualis quidã in viuendo est. non enim ſm omnem habitum vita qualis quædam est. Si igitur habitui verba accõmodantur, moratum dicendi faciet genus. nõ enim eadem, nec eodem modo indoctus & doctus dicet, Verum auditores ea quoq; re afficiuntur, qua scriptores nimium vtuntur. quis nescit quæ nemo ignorat? nam cùm sic dicitur, quasi vereatur auditor ne solus ignarus eius rei sit quam omnes sciunt, annuit. Opportune vero, aut ecõtra his vti, omnium generum cõmune est. Verum in omni excessu illud re medio est quod vulgo fertur. oportet enim vt q̃sq; seipsum castiget. sic enim fit, vt quod dicitur, verum esse videatur, nec tamẽ dicentem latebit quid sit quod hoc faciat. Præterea si omnibus simul congruẽtibus vtaris. sic.n. auditor decipitur, Dico autem veluti si aspera verba sint, voce ac vultu, ac ceteris sic vtendum, vt cõgruant. nam aliter vnumquodq; quale sit apparet. Si ergo aspere dicuntur lenia, & aspera leniter, nullam habent veri similitudinẽ. Cõposita vero verba, si plura sunt, & epitheta, & inusitata, ex affectu dicẽti congruunt. Ignoscimus enim irato, si malũ quid inauditum, incredibile, montisq; instar dicat, & tunc maxime quãdo iam cõmouit auditores laude ac vituperatione, odio aut amore: quod Isocrates in Panegyrico facit circa finem. Fama vero, atq; sententia, & si qui passi sunt. similia enim dicũt omnes cõmemoriter quare similiter dispositi hæc libenter audiunt. idcirco Poesi quoq; cõgruunt. cõmoti enim poetæ, quoniã furore agũtur. Aut ergo sic oportet, aut illudendo sicut Gorgias faciebat, & sicut se habent, quæ in Phædro sunt.

Morata.

De Numero. Cap. VIII.

FIgura igitur orationis illa maxime probatur, quæ nec metrica est, nec sine numero. Alterum enim non verisimile fit, cùm factum esse videatur, & simul distrahit auditorem, cùm attendere faciat, quando rursus simile dicetur. sicut et præcones pueri præeuntes, illudq; præoccupant, quem procura-

tor. cum

torẽm eligat,qui Cleonem manumittit. Alterum,quod ſine numero eſt, interminatũ eſt. Verum terminari quidẽ oportet orationem: ſed non metro.infinitum enim nec iucũdum nec cognoſcibile eſt.oia vero numero terminantur. Numerus autem figuræ eloquutionis rhythmus eſt, cuius menſuræ deciſiones ſunt. quare numerum quidem habebit oratio,metrum vero non habebit,ne poema ſit. numerum quoq; non omnino exquiſitum: quod erit ſi ad aliqd vſq; inſit. Numerorum autem heroicus, amplus, elegans, & egens harmoniæ. Iambicus vero ipſa oratio multorum eſt. idcirco ex omnibus metris iambica ex tempore maxime dicunt, ſed opus eſt ampliorem orationem facere,ac vulgo alienam. Trochaicus autem tripudijs aptior. quod ita eſſe tetrametra oſtendunt. Reſtat etiam pẽa, quo quaſi ſecreto à Thraſymacho incipientes vtebantur, ſed neſciebant dicere quis eſſet. Tertius autem eſt pæan, qui & ex prædictis conſtat. ſunt enim tria ad duo, cùm alter illorum vnum ad vnũ ſit,alter duo ad vnum. his igitur proportionibus ſeſquitertia conſtat:& hæc eſt pæã. Reliqui igitur & propter ea quæ dicta ſunt quoniam metrici, omittantur. Pæan vero ſumendus, in quo ſolo ex dictis numeris metrum non conſtat.quare maxime latet. Impræſentiarum itaq; vno pẽane incipientes etiam vtuntur. Sed oportet exitum à principio differre. nam cùm ſint duo inter ſe oppoſita pæanis genera, vnũ in quo prima producta eſt,quã tres breues ſequuntur,Delogena Diana filia Iouis,principijs cõgruit,ſicut & vtũtur. alterum ecõtra, in quo tres præcedunt breues, vltima vero producitur: Poſt terras & aquas Oceanũq; rapit atra nox. Is igitur exitum facit incõmodum. nam breuis cùm imperfecta ſit,mancum facit,ſi vltima eſt. Oportet igitur producta diſparare,vt finis manifeſtus ſit, nõ propter ſcriptorem,nec propter compoſitionem, ſed propter numerum. Quòd igitur non ſine numero, ſed numeroſam oportet eſſe orationẽ,& qui ſonorum faciunt numerum, & quo pacto diſpoſiti,dictum eſt.

De Pendente oratione, ac eius contrario. Cap. IX.

NEceſſarium autem eſt vel pendentem eſſe orationem, ipſaq; coniunctione vnam,vt qui in dithyrambicis ambitus ſunt, vel conuolutam,& priſcorum poetarum antiſtrophis ſimilem. Pendens igitur compoſitio ac priſca Herodoti eſt Thurij: qua priores quidem omnes, nũc vero non multi vtũtur. Pendẽs oratio quæ.

Dico autem pendentem, quæ nullum per ſe habet exitum: niſi res quæ dicitur, in exitum peruenerit. quæ inſuauis eſt, quoniam infinita. omnes.n. finem conſpicere volũt. quocirca etiam in calce expirant, ac reſoluũtur. non enim fatigãtur,cùm calcem proſpiciãt. Pendens igitur talis compoſitio eſt. Conuoluta vero,quæ circuitibus effertur. Circuitum autem,id eſt Græce περίοδον, appello compoſitionem quæ ipſa per ſeipſam principium habeat & finem, magnitudinemq; mediocrẽ. Quæ cõpoſitio ſuauis atq; dilucida eſt. Suauis quidem, quoniam interminato contraria eſt,& quoniã ſemper aliquid ſe habere auditor putat,cũ ſibi aliquid ſemper terminatum ſit. nam cùm nihil præuideatur nec expediatur,iniucũda compoſitio eſt. Dilucida vero, qm̃ memoria facile retineatur, quod habet, quoniam circuitus cõpoſitio numeroſa eſt: quæ res omniũ aptiſſima eſt, vt facile memoria teneat. Quapropter carmina omnes melius recordantur, q̃ ſoluta oratione. numerum nãq; habent, quo menſurãtur. Oportet autem vt ſenſus quoq; in circuitu concludatur, nec incidatur, ſicut iambici Sophoclis verſus, Calidon hæc eſt terra Peloponeſiacæ telluris. cõtrarium nãq; cõtingit ſuſpicari: vt in eo quod modo diximus, Calidonẽ in Pelopõneſo eſſe. Circuitus autem alius ex membris conſtat, alius ſupinus eſt. Ex mẽbris conſtare dicitur,cũ oratio abſoluta ſit et diſtincta, faciliſq; reſpirationis,nõ in ipſo interuallo, vt qui modo dictus eſt circuitus, ſed totus: membrũ vero eſt altera eius particula. Supinum autem dicimus, qui vno mẽbro conſtat. Verum oportet ne tã membra, q̃ circuitus ipſi aut mãci ſint, aut lõgi. parua.n. quaſi ceſpitare auditorẽ faciunt. nã neceſſe eſt, qñ ad longius & mediocritatẽ proſpiciat, nec ſibi terminũ præfixerit, cùm ſubito interuallo retrahatur, quaſi ceſpitationẽ ex repulſione fieri. Longiora vero ſic auditorẽ relinquunt, ſicut qui calcem prætereunt, deambulantes relinquunt. Circuitus igitur longus oĩno fit, quod Chius Democritus in Melãpodem qui pro antiſtrophis ſuſpenſionẽ fecit, mordaciter dixit: is verõ malũ alij ſtruens, ſibijpſi malũ fabricatus eſt. longa.n. ſuſpenſio facienti peſſima. quod cõmode in lõgimembris quoq; dicere poſſumus. Qui vero breuimembres nimium ſunt, circuitus nõ ſunt. præcipitẽ enim agunt auditorem. Dictio autem quę in membro eſt, alia oppoſita eſt, alia nõ oppoſita. Nõ oppoſita quidem, hoc pacto. Sæpenumero eos miratus ſum, qui feſtos dies celebrant,& agones gymnicos inſtituerũt. Oppoſita vero, cùm

Conuoluta, Circuitus, & eius ſpecies.

cùm in vtroq; membro aut contrarium ad contrarium refertur, aut idem contrarijs adiũgitur, hoc pacto: Vtriſq; vtilitatem attulerũt, & ijs qui remanſerunt,& ijs qui ſequuti ſunt. nam illis plura quàm domi habebãt, conquiſierunt, his ſufficientia domi reliquerunt. Cõtraria vero eſt remanſio ſequutioni, ſufficiens pluribus. quare pecunia indigentibus, & abſumere volentibus, abſumptio acquiſitioni opponitur. Item accidit etiam ſæpius vt ſtolidi feliciter, prudentes infeliciter agant: quia illi mox quidem virtuoſis dignificati ſunt: nõ multo autem poſterius principatum maris acceperunt. Item nauigauit per terras, pedibus iuit per maria. Helleſpontum enim coniunxit, Athonem montem effodit. Item natura ciues, lege ciuitates priuantur. nam ipſorum alij mi ſere interierunt, alij turpiter exularunt. Item turpe eſt cùm priuatim Barbaris in famulatu vtamur, multos ſociorum ipſis publice ſeruientes negligere. Item aut viuos amplifices, aut mortuos derelinquas. Item quod ad Pitholaum aliquis dixit,& ad Lycophronem in prætorio: Iſti nos domi quidem ſeruientes vendebant, poſtea autem quàm venerunt ad nos, empti ſunt. in his enim omnibus quod diximus fit. Eſtq; ſuauis huiuſmodi dictio, vel quoniam contraria patẽt aperte, multoq; magis cùm ad ſe ipſa breui referuntur: vel quoniam oratio ſyllogiſmo ſimilis videtur. Elenchus enim oppoſitorum collectio eſt: huiuſmodi autem oratio contentio dicitur. Compar vero, cùm membra æqualia ſunt. Aſſimilatio autem eſt, cùm vltima vtriſq; membris ſimilia ſunt. idq; neceſſario, vel incipiẽdo, vel deſinendo. & incipiendo quidem in nominibus ſemper ſic: ager erat, qui ager eſſe dicebatur. deſinendo vero in vltimis ſyllabis vel verbi, vel nominis, aut etiam in integra dictione. Ac in verbi quidem vltima ſyllaba quod ſimiliter deſinens dicitur, ſic: Putarunt eum bene feciſſe,& cum ipſum cauſam fuiſſe. In nominis autem quod ſimiliter cadens appellatur, hoc modo: Erat in cogitatione maxima, & in ſpe minima. In verbo autem integro, quã cõuerſionem appellamus, hoc pacto: At tu & viuo dicebas male, & nunc in mortuum ſcribis male. Cõcurrunt autem in idem nonnũquam contentio, cõpar, & ſimiliter deſinens. Circuituũ vero principia in Theodecticis enumerata terè ſunt. Sed cõtẽtiones falſæ quoq; inueniunt, vt apud Epicharmũ: Interdũ qdẽ ego illorũ eram, interdũ vero apud illos ego.

De Vrbanis. Cap. X.

VErum quoniam de his iam demonſtratum eſt, nunc vnde vrbana ducantur, & ea maxime quæ probantur, dicendum eſt. Nam poſſe facete dicere, aut ingenioſi eſt, aut exercitati: docere autem, doctrinæ huius. Quare nobis dicenda enumerandaq; ſunt, id initium ſumentibus. Faciliter diſcere ac intelligere, natura omnibus eſt ſuaue: verba vero aliquid ſignificant. quare quæcunque ex verbis facile nobis ingerunt diſciplinam, hæc ſuauiſſima ſunt. Priſca igitur ac aliarum gentium non intelliguntur: propria vero ac noſtratia ſcimus. Trãslatio autem id maxime facit. Nam cùm ſenectutem quis ſtipulam dixerit, diſciplinam per ſenectutem cognitionẽq; fecit: quoniam vtraq; defloruerunt. Verum poetarum etiam imagines idipſum faciunt. Vnde illis vti vrbanum eſſe videtur, cùm ſit imago, vt iam dictum eſt, translatio additione differens. quare minus ſuauis, quoniam longior; & non dicit hoc illud eſſe, quare nec animus id quærit. Neceſſe igitur eſt tam dictionem quàm enthymemata ea vrbana eſſe quę velocem nobis cognitionem faciunt. Idcirco nec quæ ſuperficialia ſunt, ex enthymematibus comprobantur. dicimus autem ſuperficialia, quæ cuilibet patent, nec quicquam habent quod in eis quærere oporteat. Nec quæ cunq; dicta ignorantur, ſed quorumcunq; cognitio vel ſimul dum dicantur fit, cuã ſi prius non erat, vel non multo poſt mens ea conſequitur. ſic enim quaſi diſciplinatio fit, alio autem modo neutrum. Verum hæc atq; huiuſmodi enthymemata propter ſentẽtiam comprobantur, propter dictionem autem dicendi quidem figura, ſi per oppoſitionem dicuntur, hoc modo: Quam communem alijs pacem, eam ſuis bellum putabant. opponitur enim bellum paci. Verbis vero ſi trãslatio ineſt orationi, nec aliena. difficilis enim hæc intellectu eſt, nec ſuperficialis. nõ enim mouet. Præterea ſi præ oculis rem ponit quaſi agatur. cernere enim magis poſſumus quę aguntur, q̃ futura. Et ad hęc tria conſideranda ſunt, trãſlatio, oppoſitio, principiũ. Cũ aũt quator trãſlationes ſint, maxime quę fim proportionem ſunt, cõprobantur: vt Pericles de iuuenibus qui in bello perierunt, dixit ſic iuuentutem è ciuitate amiſſam, veluti ſi qs ver tollat ex anno. Et Leptines de Lacedemonijs, nõ permiſſuros vt Græcia luſca fiat. Et Cephiſodotus cũ Chares Olynthiaci belli rationem reddere ſe ſimularet, grauiter ferebat, dicẽs illaqueo ab co plebẽ teneri, cui tõ reddẽda eſt. Idẽ in Euboeã Athenienſes exhortans, ſumptus neceſſarijs dixit oportere Miltiadẽ ſniam exire. Et Iphicrates cũ inducias cũ Epidaurẽſibus, & regionẽ maritimã Athenienſes feciſſent moleſte tulit,

Translationes quæ maxime cõprobentur.

dixitq; neruos belli ab ipsis esse incisos. Et Pericles Aeginam dixit tollendam Piraei pestē. Et Esion, Græciam in Siciliam effuderunt. translatio.n.id, & ante oculos. Item vt Græcia clamet. nam & id modo quodā ante oculos translatio est. Et Cephisodotus cauēdū esse, ne cōsilia cōcursus fiant. Et Isocrates in diē festū concurrētes. Et in funebri, quod dignū esset in sepultura eorum qui apud Salamina ceciderunt, Græciā crines incidere, quoniam vnà cum virtute ipsorū libertas quoq; sepulta esset. Nam si dixisset, dignū esse lacrymas effundere, cùm vna virtus quoq; sepeliatur, translatio esset, & ante oculos. sed quoniam vnà cum virtute libertatem dixit, quandā habet oppositionē. Et Iphicrates. Via enim est mihi orationis per medias res gestas Charetis. translatio enim ex proportione est. Et illud, per medias, ante oculos ponit. Et qui dicit pericula ipsa exhortari vt in periculis succurramus, ante oculos transfert. Et qd' Deus in anima lumen intellectus accendit. vtraque enim significanter dicta sunt. Nec bella diffŏluimus, sed in posterum reiecimus. vtrunque enim futurum, & reiectio, & huiusmodi pax. Item conditiones pacis trophæa sunt multo clariora, quàm quæ in prælijs constituuntur, cùm hæc pro vno prælio feliciter gesto, illæ pro totius belli dispositione. nam vtraque signa victoriæ sunt. Item magnas vituperationes hominum pœnas dant ciuitates. pœna.n. iustum quoddam damnum est. Dictum igitur est vrbanitates ex trāslatione per proportionem dici, cùm ante oculos ponant.

Quid sit ante oculos ponere. Cap. XI.

SEd nunc dicendum est quid est quod dicimus ante oculos, & quid facientibus emergit. Præ oculis igitur ponunt, quæcunque significanter geri aliquid ostendūt. nam si quis bonum virum quadratum dicit, translatione vsus est. vtrunque enim perfectum est. Sed hæc translatio nihil gerentem significat. Illa vero significat in florentissimo statu, vt illud: At Græci pedibus liberis irruerunt. nam irruere, & translatio & actio est. velocitatem enim ostendit. Et veluti Homerus sæpius facit, dum inanimata vt animata gerere dicat per translationem. In omnibus igitur si significanter aliquid geri ostendas, comprobatur, vt in istis: Ac rursus in campos lapis impudens ferebatur. Item, hastaq; volabat. Item, volare ardebat. Item, fixóque in terra corpore, saturari cupiebant. Item, at mucro per pectus ruens traiecit. nam in his omnibus quasi animata gerere aliquid videntur. Impudentia enim, & ruere, & cætera actiones sunt, quæ omnia per translationem ex proportione poeta coniunxit. Sic enim lapis se habet ad Sisyphum, vt impudens ad eum, quem impudenter vexat. Verum hæc in imaginibus etiam comprobatis de rebus inanimatis facit, Suspensos fluctus. moueri enim ac viuere cuncta ostendit. actio autem hæc mutatio est. Oportet autem vt iam dictum est, à propinquis & apertis transferre: quale in philosophia quoque simile est, quod vel in multo diuersis perspicere ingenioſi est atq; solertis. vt Archytas dixit idem esse prætorem, ac aram: quoniam ad vtrunque refugit qui iniuriam patitur. Aut si quis dicat anchoram & suspēsorium idem esse. sunt enim idem quid ambo, sed differunt in eo quod inferius atque desuper. Aut ēxæquatas esse ciuitates. eadem enim in longe diuersis superficie ac viribus dicta æqualitas est. Sūt autem vrbanitates etiam per translationem ex decæptione. Manifestius autem fit quod didicit, quoniam contra opinabatur, videturq; animus dicere: Ita vere est, ego vero errabam. Dicta etiam commoda ex eo quod non dicit vrbana sunt, vt illud Stesichori, quod ei ci cadæ humi canent. Eadēq; de causa quæ comprobantur ænigmata, iucunda sunt. disciplinatio enim inest. Dicitur etiam translatio, vt Theodorus dicit, cùm noua dicuntur. quod fit cùm præter opinionem sit, nec vt ille dicit, si ad priorem opinionem conferas: verum quemadmodum in ridiculis quæ deprauata sunt, & in salibus, qui ex literarum quadam fiunt deprauatione. decipitur enim auditor, & in metris, cùm non consequatur oratio, vt auditor putabat. Ibat autē in pedibus habens vlcera. auditor autem opinabatur calceos discturum. simul enim hæc dum dicuntur, aperiri oportet. Quod vero deprauatiōe fit, aliud facit quàm dicit. vt illud Theodori aduersus citharœdum Niconem. Turbat te, dissimulauit enim velle dicere, quòd te decipiat. id enim turbat significat. at ille quoniam ex Thracia ipsum esse sciebat, aliud dicebat. quocirca discenti iucundum. Sic & in vrbanis atque facetis, veluti apud Isocratem principatum ciuitatis principium esse malorum. quod enim non putabatur dicturus, id dixit. Quæ omnia tunc probantur, cùm per æquiuocationem vel translationem nomen affertur, & cōmode si semper bis. Nec oportet peregrinum peregrinum semper esse. Et illud Anaxandridæ, quod in primis fertur. Bonum est mori ante cȳ morte dignū quid facias. Idē est enim ac si dicas: Dignum est mori, ante cȳ sis dignus mori. Genus igitur dictionis in istis

idem

*inæqualis.

De vrbanitatibus per translationē ex decæptione.

*ἀποφθέγματα.

idem est: verum quanto breuius, & per oppositionem dicta sunt, tanto magis probantur. Cuius rei causa est, quoniam maior disciplinatio, faciliusq; propter oppositionem fit: & quoniam paucis, ideo citius. Oportet autem semper aut ad quē dicitur, aut quod recte dicitur, significari, si quod dicitur, & verum est, & non superficiale. Separantur.n. hæc nonnunquam, hoc pacto: Mori oportet nihil pecantem. nam id non est vrbane dictū. nec id: Dignum oportet dignā vxorem ducere. sed si vtraq; simul habebit, hoc modo: Dignum enim tunc mori, cùm non sis dignus mori. quanto autem plura cōtineat, tāto vrbanius videtur: vt si & verba per translationem sint, & trāslatio huiusmodi, & si compositio comparitasq; sit, & si geri videat. Imagines quoque, sicut & in superioribus dictum est, trāslationes quodāmodo sunt, & laudantur. Nam aut ex duobus constant, sicut & trāslatio per proportionem: veluti dicimus clypeum Martis phialam, & arcum lyram infidē. sic igitur cùm dicimus, non simplex fit: cùm vero dicimus arcum lyrā, aut clypeum phialam, simplex. Fingunt etiā imaginem sic, veluti simię pulsanti, aut lupo ad calcar madefacto: vtraq; enim colligūtur. Probe vero dicitur, cā translatio insit. possumus.n. clypeum phialæ Martis assimilare: & Niceratus, Philocteten esse à pratyos morsu laceratum. ita enim contulit Thrasymachus cùm à Pratye victum vidisset Niceratum, versus barbatū adhuc atq; squalidum decantantem. In quibus maxime poetę errant, cùm non recte reddiderint. veluti Philamon cum Coryco contendens dixit, Velustā apium tortuosa crura gerit. Et sunt omnia hæc imagines, quas translationes esse iam sæpe dictum est. Prouerbia quoq; translationes ex specie in speciem sunt: vt si quis vt boni aliquid consequatur, id adducat vnde damnum illatū sit: vt Carpathius inquit leporem. vtriscq; enim quod dictum est accidit. Verum vnde vrbana dicuntur, & cur, causa ferè dicta est. Sunt autem probatæ quoq; causæ superlationes per trāslationem, vt in vlceribus plenum quidā dixit. Putaui enim ipsum plenam moris fiscellam esse. nam vlcus rubrum quiddam est, imò valde rubrum. Cū vero dicitur si cuti hōc atq; hoc, suplatio est, modo quodam dicēdi differēs: vt illud, Philamō Coryco pugnat. putaui aūt ipsum Philamonē esse Coryco pugnātē. Veluti apiū crura esse tortuosa. putaui enim nō crura, sed apia eum gerere sic tortuosa. Sūt autem etiam superlationes puriles, quoniam vehementiā significant. quocirca irati maxime ita dicunt: Nec si mihi tot

Imagines in vrbanis laudari.

Prouerbia.

Superlationes.

daret, quot arena & puluis. Item, Atridæ vero Agamemnonis filiam non ducam, etiam si aurea cum Venere de pulchritudine certaret. Vtuntur autem hoc modo maxime Attici oratores: sed seni sic dicere indecorum est.

De diuersis dicendi generibus. Cap. XII.

OPortet autem non ignorare, non eandem vnicuiq; generi eloquutionē congruere. Non enim eadem est historica, & concertatiua: nec deliberatiua, & iudicialis. Vtrūque autem necesse est scire, alterum vt Latine dicere scias, alterum ne cū alijs significare velis, tacere cogaris: quod patiuntur qui scribere nesciunt. Historica igitur dictio est, quę maxime propria est. Cōcertatiua vero, quæ maxime simulata est. Cuius duo genera sunt. nā altera morata est, altera affecta. Quapropter & histriones huiusmodi tabulas eligunt. poetæ quoq; hos, & tales. Sustinentur vero legibiles, vt Chæremon, (est enim exquisitus vt historicus) & Lycimnius ex dithyrambicis. Cumq; conferuntur, historici quidem in certaminibus angusti, oratores autē boni, cùm legantur, agrestes videntur. causa vero est, quoniam certamini congruunt. Quam ob causam simulata hæc cum actione remota suum non reddant officium, stolidiora videntur: veluti articuli, & ea quibus sæpius idem dicitur, recte in historia reprobantur. At vero in demonstratione oratores vtuntur. simulata enim sunt. Est autem necessarium commutare cùm idem dicis. nam id viam præbet actioni, hoc modo: Is est qui vestra furatus est, is qui vos decepit, is qui denique vos prodere conatus est. quod Philemon histrio faciebat in Anaxandridæ gerontomania, quandocunq; Rhadamanthus, aut Palamedes introducitur. Et in præfatione Priorum, ego ac ego sæpius repetit. nam si quis hæc non recte pronunciat, fit qui trabem portat. Et articulos similiter: Veni, offendi, supplicaui. prius enim est actione, nec vt vnum dicere, nec eodem modo, & eadem figura vocis dicere. Præterea articuli breuiaq; dissoluta propriū quiddam habent. in eodem enim tēpore multa dicere videntur. nam cùm coniunctio multa faciat vnum, patet econtra quàm vnū erit multa, si tollatur. Quare amplificant: Veni, dixi, supplicaui: sed despexit quæ dixi, quæ approbaui. Id Homerus quoq; facit in illo: Nireus ab Syme, Nireus Aglaię, Nireus qui formosissimus. Nam cùm de aliquo multa dicitur, necesse est quoque multoties dici. quare si multoties, multa quoq; videnti. Amplificauit igit semel eius recordatus, propter decæptionē,

Hist. Concertat.

mentionemq; nullibi amplius fecit, cùm & in enumeratione poſtremo eius meminerit.

Deliberatiua. Deliberatiua vero elocutio adūbrationi atq; picturę omnino ſimilis eſt. nam quāto maior populus ſit, tanto longius ſpectant. quapropter quæ exquiſita ſunt, ſuperuacua magis, peioraq; in vtriſq; videntur. Iudicialis autem

Iudicialis. exquiſitior, multoq; magis ſi apud vnum iudicem. minimū nāq; id eſt in rhetoricis. Nam quod ad rem pertinet, breuis eſt: aliena vero & cōcertatio abſunt. quare iudicium purum eſt. Quapropter nec idem in omnibus his cō probātur oratores: ſed vbi actionis plurimū, ibi minimū eſt exquiſitæ eloquutionis. id vero vbi voce, ac maxime vbi magna opus eſt. Demōſtratiua vero dictio, hiſtorica maxime,

Mala quorū dam eloquutiōis diuiſio. cuius opus lectio. poſt hanc iudicialis. Superuacuum vero eſt eloquutionem in iucūdam et in magnificam diuidere. nam cur id magis, q̄ in liberalem, & modeſtam, & in alias morū virtutes? Quæ enim dicta ſunt, ea iucundam faciunt, ſi quidem eloquutionis virtus recte definita eſt. Cuius enim gratia non humilem, ſed dilucidam atq; decentem oportet eſſe. nā ſi prolixa eſt, non eſt dilucida. ſed nec etiam ſi breuis. patet igitur mediocritatem commodā eſſe. Iucundam quoq; facient quæ dicta ſunt, ſi trita & priſca bene collocētur, & numerus, & veriſimilitudo ita vt decet. Ac de dictione quidem, ac eloquutione, & communiter de omni, & ſeorſum de ſingulorum generum dictum eſt: reſtat modo de ordine dicere.

De partibus Orationis. Cap. XIII.

SVnt igitur duę orationis partes. Neceſſe enim eſt primo rem exponere, de qua, deinde demonſtrare. Idcirco non demonſtrare cùm expoſueris, vel demonſtrare antequam expoſueris, impoſſibile. nam & qui demonſtrat, aliquid demonſtrat: & qui exponit, demonſtrandi gratia exponit. Horum autem alterum propoſitio eſt, alterum fides, veluti ſi quis diuidat, ac dicat alterum eſſe problema, alterum demonſtrationem. Nunc autem ridiculoſe diuidunt. nam narratio iudicialis ſolum orationis eſt. demonſtratiuę autem & deliberatiuę quomodo poteſt eſſe narratio, qualis ab his dicitur? aut quæ in aduerſarium ferūtur, aut demonſtrationū enumeratio? Prooemium vero & collatio et replicatio tunc in cōtionibus fiunt, cùm controuerſia inſit. nam accuſatio atq; defenſio ſæpe, verum nō ita deliberatio. Sed epilogus adhuc neque iudiciali omni: veluti ſi breuis oratio eſt, aut ſi res memoratu facilis. accidit enim et vt prolixitatem imminuat. Quare partes neceſſariæ, propoſitio & fides. Propriæ itaq; hæ: quę autem communes, prooemium, propoſitio, perſuaſio, & epilogus. Nam quæ in aduerſarium ferūtur, ad fidem faciundam dicuntur. Collatio vero, ſuorum amplificatio eſt. quare pars quædam eſt eorū quæ fidem faciunt. demonſtrat enim aliquid qui confert: ſed exordium nequaquā, nec enumeratio, ſed i memoriā reducit. Qua re ſi quis hæc ita diuidit, vt Theodori auditores faciebant, erit aliud narratio, & aliud prænarratio, et aliud ſupnarratio, elenchus quoq; ac ſuperelenchus. Sed oportet cùm ſpeciem quandam dicas ac differentiam, tunc nomen imponere. aliter inane ac nugatorium eſt: ve luti Lycimnius i arte facit, corroborationem appellans, & aberrationem, & ramos.

De Exordio. Cap. XIIII.

EXordium igitur eſt orationis initium, ſicuti in poeſi præfatio, & in lyræ pulſatione præludium. omnia enim hæc initia ſunt, & quaſi viæ ad ſequentia præparatio. Pulſationis igitur præludium demonſtratiuo exordio ſimile eſt. Nam quemadmodum qui fiſtulę canunt, quod cantaturi ſunt, id præcantatū coniunxerunt: ſic in demonſtratiua oratione ſcribendum eſt. quicquid enim velis, oportet cùm ſtatim prædixeris, producere atque coniungere. idq; omnes ita faciunt. Cuius exemplum Iſocraticæ in Helenam orationis exordium. nihil enim contentioſis ſermonibus & Helenę commune eſt. et ſimul ſi digredietur, par eſt ne tota oratio eiuſdē ſit ſpeciei. Fluunt autem demonſtratiuorum exordia ex laude aut vituperatione: vt Gorgias in Olympiaca oratione: Admiratione dignum apud multos eſt ò Græci. laudat enim eos qui celebres ſolennitates conſtituerunt. Iſocrates vero vituperat, quoniam virtutem corporis muneri bus honorarunt, prudentiæ autem nullum certamen poſuerunt. Et à conſilio, vt ſi quis diceret probos viros colēdos eſſe, ac ideo Ariſtidem laudare non eos qui nec probantur, nec improbantur, ſed eos qui cùm probi ſint, latent, vt Alexander Priami. hic enim conſulit. Præterea ex iudicialibus exordijs. id autē eſt ex ijs quæ ad auditorem ſunt, ſi aut de re noua, præterq; opinionem habeatur oratio, aut de difficili, aut de peruulgata, vt ignoſcendum ſit, vt Chœrilus dicit: Nunc vero cùm omnia forte diſtributa ſint. Demonſtratiuæ igitur orationis exordia ex his ſunt: ex laude, ex vituperatione, ex adhortatione, ex dehortatione, & ijs quæ ad auditorē ſunt: neceſſeq; eſt vel aliena, vel, ppria eſſe, q̄ viam orationi faciunt. Iudicialia vero exordia idē poſſunt quod

Demonſtratiuum exordium.

Iudicialia exordia.

quod fabularum præfationes, & Poeſis exordia. Sed dithyrambicorum demonſtratiuis ſimilia ſunt. vt illud, Propter te, atque munera tua, imò prædas. In orationibus autem atque poeſi futuræ orationis monſtratio ſunt, vt audientes non ſint ſuſpenſi, ſed præſciāt qua de re habetur oratio. nam quod indeterminatū eſt, in errorem adducit. Qui ergo principium quaſi in manū dedit, is facit vt auditor retentus orationem ſequatur. Propterea poeta dixit: Iram pande mihi. Dic mihi Muſa virum. & Dux mihi Muſa ſis, quonā pacto ex Aſiatica tellure bellum in Europā ingens irrupit. Tragici quoq; fabulam ſignificant, quamuis nō ſtatim, vt Euripides. in præfatione tamen ipſa ſignificāt: ſicut & Sophocles, Mihi pater Polybus erat. Comœdia etiam eodē modo. Exordij ergo id propriū opus eſt, maximeq; neceſſarium, finem oſtēdere ipſum, cuius gratia oratio habetur. Quare ſi patet, et res parua ſit, non eſt vtendum exordio. Cętera vero genera quibus vtūtur, cōmunia & media ſunt, quę vel ab ipſo dicente ducuntur, vel ab auditore, vel à rebus, vel ab aduerſarijs. A nobis igitur & ab aduerſario quæcunq; ad calumniam pertinent, ita ducuntur, vt vel ſoluātur, vel confirmētur, ſed non in eodē loco. Nam qui defendit, primum ad calumniam reſpondit. qui vero accuſat, in peroratiōe inuehitur. nec cauſa latet. neceſſe nanq; eſt defendenti, quæ impedimento ſunt, primum diſſoluere: calumnianti vero in peroratione id facere, vt audiētes melius meminerint. Auditor autem diſponitur, ſi ad beneuolentiam vel ad iram prouocatur, & interdum ſi attētus ſit, aut contra contemnens. Non tamen ſemper conducit attentum facere. multi nanq; conantur ad riſum deducere. Ad docilitatem igitur omnia refert, & ſi quis ita vult etiā vt probus videatur. his enim magis attendunt. Attenti ergo fiunt rebus magnis, ſuis, nouis, iucundis. quare faciendum, vt de his oratio eſſe videatur. Ad contemnendū vero aptos faciemus, ſi rem dicemus paruam, ſi doloris effectiuā, ſi nihil ad eos pertinere. Non oportet aūt ignorare extra orationem hæc eſſe omnia. ad præuum enim dicuntur auditorem, qui quæ ſunt extra rem, libenter audit. nam ſi talis non eſt, nō eſt opus exordio, niſi vt res ſummatim dicatur. Eſt autem omnium partium cōmunis attentio. vbiq; enim magis remittuntur q̄ in principijs. Quare ridiculus qui ſolum in principio collocat, quando maxime omnes attētę audiunt. Vbicūq; igitur opus erit, dicēdum, Animaduertite quæſo: nam hæc res non eſt magis mea q̄ veſtra. vel, Dicam enim vobis nouum atq; inauditū crimen. vel, rem ita mirabilem. Id vero eſt, vt Prodicus dixit, cùm ad ſomnū auditores deferūtur, pecuniā inter ipſos ſpargere, Quod vero ad auditorē non in quantum auditor, patet. nam oēs vel calumniantur, vel à timore ſe in exordijs diſſoluūt. Dicam, ò rex. Qui vero rē turpem habēt, aut habere videntur, his vbiuis immorari cōfert magis q̄ in re. Quapropter etiā ſerui non reſpōdēt ad interrogata: ſed quæ circa illa ſunt, ea dicunt & exordiūtur. Vnde autem beneuoli fiant, & de huiuſmodi cęteris dictum eſt. Verum quoniā probe dicitur, Ad Phæacas mihi pręſta Pallas amicum miſerabilemq; venire: hæc duo ſummope ſpectāda ſunt. In demonſtratiuis aūt faciundū vt auditor collaudari, aut ſeipſum, aut genus, aut ſtudia ſua putet, vel alio quodā modo. Nam quod Socrates in funebri dixit, non eſſe difficile laudare Athenienſes apud Athenienſes, ſed apud Lacedæmonios: id verū eſt. Deliberatiuæ aūt orationis exordia ex iudicialibus rationibus fluūt. nam propria minime habet. nam cùm de quo ſciunt dicat, non eget res exordio, niſi aut propter ſeipſum, aut propter aduerſarios, aut ſi non tantū quantum vult, ſed vel maius vel minus arbitrātur. quas ob res vel calumniandum, vel diſſoluendū eſt, & aut amplificandum, aut attenuandū. Horum igitur cauſa, exordio in deliberatiuis opus eſt, aut etiam ornatus cauſa, quoniam manca videntur niſi habeāt: qualis Gorgiæ laudatio in Eliōs. nam cùm nihil prædixerit, neque commouerit, illi co erupit. Elis ciuitas felix.

Deliberatiua exordia.

Loci ad diſſoluendum Calumniam. Cap. XV.

AD diſſoluēdam vero calumniam vnus quidem locus, vnde quiſpiam turpem exiſtimationem propulſaret. Nihil enim differt, ſiue quis inuectus eſt, ſiue non: quare id vniuerſale. Alius locus, vt illata crimina depellas, aut quòd non ſunt, aut q̄ nocua non ſunt, aut non huic, aut non tanta, aut non iuſta, aut non magna, aut non turpia, aut non habentia magnitudinē. De his. n. quæſtio. vt Iphicrates aduerſus Nauſicratē dixit, feciſſe ſe quod ille dicebat, & nocuiſſe, ſed nō feciſſe iniuriā. Aut aliud alij opponendū, hoc pacto: nocuū, ſed honeſtū: dolorē inferens, ſed vtile: cæteraq; hmōi. Alius locus, q̄ error, vel aduerſa fortuna, vel neceſſitudo fuit: ſicut Sophocles dixit, timere ſe nō vt accuſator dixit, vt ſenex videatur, ſed inuitus. non. n. vellet ſe annos octoginta natū. Præterea finem proſine opponere. noluit nocere, ſed hoc voluit. Et feciſſe qdē id, de quo accuſat, nocumētum

vero accidisse: par autem odio me haberi, sivt sic eueniret fecissem. Alius, si deprehensus in eo crimine calumniator vel nunc, vel alias, & aut ipse, aut propinquorum aliquis. Alius, si alij quoq; cõprehenduntur, quos aduersarij non esse reos cõcedunt. vtputa, si adulter mũdus est: & hic ergo. Alius, si alios quoq; calũniatus est, aut si alius ipsum, aut si absq; calumnia credebãtur, veluti & ipse nũc, qui tñ extra id crimen erant. Alius, calumniari calumniãtem. cur enim cùm ipse parum credat, huius verba creduntur? Alius, si iudicium factũ est, veluti Euripides aduersus Hygiænontem in Antidosi accusantem impietatis, q̃ scripserit peierandum esse, cùm dicat: Lingua iurauit, mens vero minime respõdit, iniuriam facere Hygiænontem, cùm iudicia Dyonysiaci certa minis in forũ ducat. ibi enim causam dixisse, dicturumq; si accusare voluerit. Alius, accusatorẽ accusando: vtputa q̃ alia iudicia quærit, q̃ rebus non credit. Communis aũt vtriusq; è signis est, veluti Vlysses in Teucrum, q̃ propinquus esset Priamo. Soror enim Hesionẽ. ille vero: at pater Telamon, Priami hostis. tu aũt etiam exploratores non prodidisti. Alius accusatoris proprius, cùm parũ laudat, vt magis vituperet: magnũ breuiter. aut cùm multa bona pręposuit, vt vnum quod ad rem pertineat, vituperet, quales sunt qui artificiosissimi atq; iniustissimi sunt. nã per res bonas nocere conantur, cum malis eas permiscentes. Commune autẽ dissoluenti cum calumniatore, qm̃ contingit idẽ multorũ gratia factũ esse, vt hic deprauãdo ad peius accipiat, dissoluẽs aũt ad melius, hoc pacto. Diomedes Vlyssem elegit. alter dicet: qm̃ virũ fortẽ putabat. alter non ideo, sed solũ ne cõcertatorẽ haberet tanquam ignauũ. Ac de calumnia hęc dicta sint.

De Narratione. Cap. XVI.

NArratio autem in demonstratiuis continua non est, sed in partes diuisa. nam oportet exponere res gestas, ex quibus oratio constituitur. Constituitur autẽ oratio partim ex eo qd̃ artificiale non est: non enim est rerum gestarũ orator causa: partim ex eo qd̃ est artificiosum. id vero est, cùm ostẽdunt qd̃ sit, præsertim si incredibile videretur, aut quale, aut q̃tum, aut hæc omnia. Quas ob res nõ semper oportet cõtinue cuncta enarrare: difficile enim est memoria tenere quę sic demõstrantur. sed ex his fortis, ex his prudẽs, aut iustus ostendetur. nã hæc oratio explicatior est, illa vero implicatior, atq; multiplex, & minime plana. Oportet autem cùm res notæ sint, in memoriam eas solummodo breuiter reducere. nam multis narratione opus non est. veluti si Achillẽ laudes, cuius res gestas omnes perceperunt: cognitis rebus tãtum vti oportebit. verũ si Critiam laudaturus, sis, cùm non multi res eius teneant, narrare necesse est. Cũ igitur laus sit, magnitudinẽ virtutis ostẽdens oratio, tales res gestas fuisse demonstrãdum. laus igitur rerum gestarum est. Quæ vero extra sunt, sicut nobilitas ac educatio, ad faciundam fidẽ adhibentur. verisimile nãq; est probum ex probis, & bene educatum in bonum virum euasisse. Quapropter & qui gesserũt, eos laudamus, & operationes ipsius actionis signa esse dicimus. Verum qm̃ laudaremus, etiam si nõ gesserit, si talem esse nobis persuaserimus: beatio & felicitatio ipsis quidem eadem, his vero non eadem, sed sicut virtutem felicitas, sic hæc felicitatio continet. Habet autem laus nonnihil cum cõsilio commune. nã quæ consulendo admoneres, hæc commutata oratione laudem cõficiunt. Quare cùm habeas quę agere, qualẽq; esse oporteat, admonendoq; id explicaueris, mutãda versandaq; oratio est, vt laudem efficiat. veluti cũ dicas: Non oportet à fortuna neq; extrinsecus, sed intrinsecus atq; à seipso pendere: hanc compositione orationis admonitionem sic in laudem vertes. non enim à fortuna neq; extrinsecus, sed intrinsecus atq; à seipso ille pendebat. Quare laudaturus, quid consuleres, & cõsulturus, quid laudares considera: orationẽq; ita versa, vt nunc quidẽ quod prohibet, nunc vero quod non prohibet, commutes. Qui vero breuem esse asserunt narrationem oportere, ridiculi sunt. veluti qui interrogãti pistori, durum'ne an mollẽ pinset: qd̃, inquit, est'ne impossibile bene pinsere? Oportet enim non esse longã narrationem, nec exordium, nec q̃ fidem faciunt: bene dicere tũ, quod est oratoris propriũ, nec in longo, nec in breui est, sed in mediocri. Id vero est si ea dicas, quę rẽ signi ficanter exponant, id est, quę possint efficere, vt vel factum esse, vel iniuria factum esse, vel damno fuisse, vel tantam rem esse q̃tum velis, credat auditor. Aduersarijs autem horum contraria. Annectenda vero narrationi sunt, quæcũq; vel virtutes tuas, vel aduersarij vitia suboստendunt, vel auditoribus iucunda sunt. vt si diceres: At ego semper consulebam, qd̃ iustum ac pium est, non esse deferendos liberos: hic autem reclamabat, vbicũq; ipse esset, ibi facile alios sibi liberos futuros. cęteraq; huiusmodi, q̃ dicit Herodotus transfugas Ægyptijs respõdisse. Defensori igitur breuior sem per narratio, & per quæstionem, aut factum non esse, aut non iniuria, aut non damno fuisse, aut non tantum. non enim à quęstione recedendum,

Quanta debeat esse narratio.

recedendum, nisi quid ad illam conducat: vt si factũ esset, non esset tamen iniuria factum. Ad hæc, quæ gesta non sunt, si commiseratio nem aut indignationem faciunt, perinde vt gesta narranda. Huius exemplũ Alcinoi apologus, quod ad Penelopen in sexaginta esset annis tactus. Et Phaylli circulus, & in Oeneũ præfatio. Oportet autem narrationem maxime moratam atq; affectam esse. quod facile faciemus, si non ignorabimus quid sit quod moratam orationem efficiat. Primum igitur est, si ita dicas, vt qualis sit animus hominis, subappareat. Morata autẽ oratio qualis quædam ideo est, q̃ voluntas atque electio qualis quædam est. huic vero inest qualitas propter finẽ. Idcirco mathematica oratio affecta esse non potest: quoniam cùm cuius gratia nõ habeat, nulla ea subapparet electio. Socratica vero quoniam de talibus est, morata est. Morata igitur orationem efficiũt, quæ mores hominis consequuntur. vt si dicas, Hæc ambulando vociferabatur. Ostẽdit enim audacem hominem, atq; agrestem. Item si non ita vt ratione persuasus, quod multi nũc faciunt, sed vt appetitiõe. Elegisti, ego vero malui quod vtilissimum erat, aut quod optimũ. est enim illud prudẽtis, vtilia persequi: hoc viri boni, honestum præponere. Quòd si parum credibile quod dicis videretur, ratio afferẽda. Vt Antigone apud Sophoclem facit, cũ persuadere velit fratrem se viro atq; filijs anteponere. Viro enim ac filijs amissis, alios facile forsan habebis: frater vero si parentes obierunt, nunquam tibi nasciturus est. Verum si nulla succurrit ratio, illud dicere poteris. non ignorare te parũ credibilia hæc videri, & tamen audacius dicere, quoniã natura huiusmodi sis. Minus autem auditori credibile videtur, si aliud præter vtile nos agere ostendimus. Præterea si ea narrando expones, quæ affectus mouẽt, eorumq; consequentia, & præcipue quæ auditores nõ ignorant, & aut tibi, aut illi insunt, hoc modo: Hic autẽ cùm me illusisset, abijt. Et vt de Cratylo Aeschines, q̃ ore personãs manusq; quassans, et intonuit, manuq; minatus est. Verisimilem enim hæc orationem faciunt: quoniam quę non ignorantur ab auditoribus, hæc eorum signa fiunt quæ nesciũt. Hmõi vero plurima Homerus nobis suppeditabit. Ast anus, inquit, faciem manibus reti nebat. nã qui lacrymas effundere inceptant, manibus oculos attingunt. Post hæc illico te qualem quendã videri latenter facias. Quod facile fieri posse inde patet, q̃ de nouarum rerum nunciis, quãuis eos minime cognoscamus, vi tamen orationis quales nam sint suspicamur. Est autem opus multis in locis narrare, & nõnunquam in ipso principio. In deliberatione vero idcirco narratio non incidit, quoniam de futuris rebus narrãdum nõ est. & cùm incidit, rerum iam gestarum est, quibus, aut deprimendo, aut efferendo, auditores concitantur, vt illarum memoria de futuris melius consulant. verum tunc officiũ consiliarij nõ adhibetur. Quòd si quid minus credibile narratur, dicere statim causam, aut polliceri oportet. Vt in Oedipode Carcini locaste cũ is interrogaret, qui filiũ quærebat, semp promittit. Similiter apud Sophoclẽ Aemon.

In deliberatione nõ incidit narratio.

a.l. carmini bus.

Morata esse narrationem oportere.

De Confirmatione. Cap. XVII.

QVæ vero fidem faciunt, ea vim demõstrandi, quoad eius fieri potest, contineant. Et cùm quatuor quæstiones sint, si factum est si obfuit, si tantum, si iure: semper ad id quod in iudicio quęritur, accõmodanda demõstratio est: eodemq; modo etiam si de faciundo aut non faciũdo quæstio est. Neq; nos fugiat quòd in hac vna quæstione alterum esse prauum necesse est. non enim vt si qui de iure aut iniuria quærẽt, ignoratio causa est: quare in hoc, non in cęteris immorandum est. In demõstratione vero quòd honeste, aut vtiliter gesserit vt plurimum amplificatio fiet. nam res quidem ipsæ cùm credi debeãt, raro neq; nisi cùm vel incredibiles videantur, vel alius causam habeat, solent demonstrari. In deliberatione aũt aut non futura quę dicis, respondebit quispiã, aut si futura concedet, tamen vel non iusta, vel non vtilia, vel non tanta fore asseuerabit. eritq; illud maxime perspiciendũ, si quid præter rẽ fallo dicat: id.n. signo erit cætera quoq; ipsum mentiri. Præterea scire oportet sic exẽpla deliberationibus maxime accommodari, vt iudicialibus enthymemata. nam cũ sit omnis deliberatio de futuris, à præteritis per exẽpla de ipsis necesse est dicere. iudicia vero de iam factis aut non factis sunt: quæ demonstrationẽ idcirco habent, quoniam & necessitatẽ habent. præterita enim necessitatem iam habẽt. Non oportet aũt enthymemata cõtinue dicere, sed alijs pmiscere, ne aliud alij officiat. Est etiam quãtitatis terminus quidã, vt Homerus quoque ostendit. Amice qm̃ tot dixisti, quot sapiens vir attulisset. tot inquit, non eiusmodi. Nec enthymematis cuncta tibi probanda, ne tibi necesse sit ex ignotioribus notiora cõtumare: quod philosophantiũ nõnullis accidit. Nec cũ affectus mouẽdi sunt, enthymemate vtaris: ne qm̃ motus q̃ simul fiunt, alter alterũ excutiat, vel ambo concidãt, vel remissiores

reddantur, aut affectus excutiantur, aut frustra sit allatum enthymema. Nec cùm morata orationē efficere velis, enthymema quæras, nam demonstratio nec animos mouet, nec electionem habet. Sententijs autem tam in narratione, quàm in cōcertatione vtēdum est. Plurimum enim afficiūt, moratamq; orationem reddunt, hoc modo. Cōmisi ego hæc illi, quamuis scirem omnibus credēdum non esse. Et cum affectu sic. Nec tamē, etiam si vexatus iniuria sum, me pœnitet, præsertim cū videam huic lucrum, mihi ius superesse. Verum deliberatio iudiciali causa multo difficilior est: primū quia illa futurorum, hæc præteritorum est, quę vaticinātibus saltē (vt Epimenides Cretensis dicere solebat) certiora sunt. is enim diuinationem futurorum respuebat, præteritorum quæ occulta erant, solum amplexabatur. Deinde quia cùm leges iudicialibus supponantur, principium afferūt, vnde inueniendi facultas præbetur. Ad hæc, quia non habet multa diuersoria, vt puta in aduersarium, aut de seipso, auditoris in affectū impellendi. quod minime adhibendum est, nisi digrediatur. Idq; per dubitationē faciendum: vt Athenienses oratores factitant, & Isocrates. accusat enim in consulēdo vt Lacedæmonios in panegyrica, & Chareta in sociali oratione. In demonstrationibus autem exterioribus laudibus amplior efficienda oratio est, quod Isocrates facit, aliquid extra semp adducens. Id vero est, quod Gorgias dicere solitus erat, q; videlicet nunquā sibi deesset oratio. Nam sic de Achille dicendum est, inquit, Peleum laudabo, deinde Aeacum, postremo Iouem. Eodemq; modo si fortitudinem: aut quoniam hæc atq; hæc faciat, quod tale quid est: aut quoniam talis quædā est. Cùm igitur demonstrationibus non eges, tunc & morate, & demonstrando tibi erit dicendum. cùm vero enthymemata non succurunt, tunc morata maxime tibi erit oratio. Quæ res idcirco bonum virum magis decet, quòd malit ipse probus videri, quàm demōstrationes sibi esse certiores. Ex enthymematibus vero quæ redarguunt, magis probantur, quàm quæ demonstrant. nam quoniam contraria ex collatione magis cognoscuntur, idcirco quę redarguunt, acrius inferuntur. Cùm vero iam aduersarij locos aggredimur, non in alia parte, sed in faciunda fide adhuc versamur, ac alios obijciendo, alios argumētando dissoluimus. Sunt autē tam in consilio, q; in iudicio nostra primum collocanda, deinde aduersariorum cum contēptione quadam refutanda. Quod si multiplex & varia est aduersariorum oratio, primum confutabimus: vt Callistratus in consultatione Messeniaca fecit, qui primo, quæ dicere aduersarij possent, confutatis, sua deinde posuit. Si vero secūdus dices, refutandum tibi prius erit soluendo, ac cōtra arguendo, & maxime si aduersarius persuasisse videretur. nam quemadmodum infamem hominem animus aspernatur, sic orationem quoque contemnit, si bene dixisse aduersarius videatur. Quare auditor vel omnium, vel plurium, vel firmissimorum, vel saltem confutatu facilium infirmatione præparatas aures nostris dabit, credibilioraq; putabit: vt illud, Primum Dijs propugnabo. nam ego Iunonem. primum enim quod honestissimū erat, aggressus est. Verum hæc de fide dicta sunt. Cùm aūt morata vtimur oratione, quoniam quę nobis dicimus, aut inuidiam prouocant, aut longam orationem efficiūt, aut obiectionem patiuntur: quæ vero de alijs, vel contumelioſa vel agrestia videntur: quoniam ergo hæc incommoda consequuntur, alium oportet dicentem introducere. Quod Isocrates in Philippo & in Antiodoſi facit. Et vt Archilochus vitupat, cùm patrē de filia fingat in iambo dicere: Quid non mortales pro pecunijs facturos credimus? aut quid nō deieraturos? Sophocles quoq; sic Aemona pro Antigone aduersus patrem introducit, vt alij dicere videantur. Varia etiam oratione vtēdum, vt nunc enthymemata in sententias, nunc sententiæ in enthymemata commode immutentur. hoc pacto. Conciliari maxime tunc oportet, cùm felix sis. sic enim ex sententia rem tuam conficias. Hanc sentētiam sic in enthymema vertemus. nam si oportet, cū tibi maxime confert, tunc conciliari: nunc id agēdum, cùm secunda nobis cuncta procedāt. Sed de his satis. Nunc de occasione interrogandi dicendum videtur.

Deliberatio iudicialis, aut fa multo difficilior.

demōstratio ubi quomō amplior efficienda oratio.

Quo pacto in morata oratiōe dicere dicendum.

De occasione interrogandi. Cap. XVIII.

PRimum igitur tūc maxime interrogandum, cū ex duobus alterum iam ipse aduersarius protulit, vt altero per interrogationem adducto, absurdum quid consequatur: vt à Pericle de salutis sacrificijs interrogatum Lamponem ferunt respondisse, nefas esse non initiatum audire. Periclemq; percontatum si ipse sciret. cumq; annueret, & quomodo, dixisse, cùm initiatus non sis. Deinde cùm propositionum alia manifesta sit, aliam daturos aduersarios non ambigis: tum etiam necesse non est eam propositionem quæ manifesta est, interrogando proponere, sed conclusionem inferre: velut Socrates cū Melitus

diceret

diceret non arbitrari ipsum Deos esse. Atqui, inquit, dæmonia esse quædam fateor. Quod ille cùm affirmasset, interrogauit an dæmones Deorū filij essent, vel saltē diuinum qddam. Quo dato, Est igitur, intulit, qui Deorum qui dem filios esse, Deos vero nō esse arbitretur? Præterea cùm vel cōtraria, vel præter opinionem dicere aduersariū demonstraturi sumus. Quarto cùm non possit soluere, nisi cauillatorio modo respōdeat. nā si sic respondebit, esse quodāmodo, & quodāmodo nō esse: aut hęc quidē sic, illa vero non: aut aliqñ sic, aliquādo non: turbantur dubitantes. Aliter igitur nec conandum quidem est. nam si instabit, victus iam videbitur. non enim poterit propter audi toris imbecillitatē de multis simul interrogare. Quapropter enthymemata quoq; ipsa q; maxime conuoluenda sunt. In respondendo autem si ambiguà sunt, nō statim soluere, sed prius ratione distinguere oportet, Sin vero contraria videntur, statim pro responsione inferenda solutio, antea q; consequenter aliud interroget aut ratiocinetur. nec enim difficile est in quo ratio sit perspicere. Cęterum ex Topicis tam hoc, q; solutiones nobis patebunt. Præterea si concludendo conclusionem interrogationem facit, causa dicendi est: vt Sophocles à Pisandro interrogatus, si sibi quoq; vt cęteris consiliarijs visum fuit quadringentos viros constituere, respondit: An hęc improba tibi non videbantur? At ille: Tu ergo hæc improba comprobasti? Ita, dixit. nec enim erant meliora. Et vt Lacedæmonius quidam censuræ rationem reddens, interrogatusq; si iure sibi cęteri perempti viderentur, dixit: Ergo tu eadem istis censuisti? At ille: Ergo tu quoque iure peribis. Minime, inquit. nam illi corrupti pecunia hęc iudicarūt, ego vero nequaquam, sed sententia. Quapropter nec rursus post cōclusionem interrogandum est, nec iterato cōclusionem ipsam, si non multum veritatis habet. Quoniam vero ridiculorum quoq; vsus in certaminibus est, oportereq; Gorgias recte dicebat aduersariorum seria risu præuertere, & risum serijs: explanatumq; in ijs quæ de re Poetica dicta sunt, quot ridiculorum genera sint, quorum alia liberis congruunt, alia non: inde quæ rei conuenient, orator assumet. Est autem illusio scurrilitate libero magis idonea. nam qui illa vtitur, sui, scurra vero alterius gratia loquitur.

De Peroratione. Cap. XIX.

PEroratio autem ex quatuor constat: ex ijs quę faciunt vt bene de nobis, male de aduersarijs auditor sentiat. Quæ amplificant, aut extenuāt. Quibus in affectus auditor impellitur. Quibus in memoriā dictorum reducitur. Natura enim fit, vt cùm te quidem veracem, aduersarium vero mendacem ostēderis: tunc vel laudes, vel vituperes, & omnino supermoliaris. Est autem horum duorum alterum considerandum, aut quod is semper bonus, aut simpliciter: ille vero qd'his infestus, aut simpliciter. vnde vero tales boni aut infesti fiant, iam dicti sunt loci. Post hæc autem natura duce, quod iam demonstratum est, aut amplificandum, aut attenuandum est. opus enim est, vt quæ facta sunt pateāt, priusquam ipsorum quantitas explicetur. nam et corporum incrementum ex præexistētibus est. Vnde autem amplificandum attenuandumq; sit, iam pridē expositi loci nobis sunt. Postea vero cùm iam & qualia sint, & quanta sint, patefactum est, in affectus auditor impellēdus est: qui sunt commiseratio, indignatio, ira, odium, inuidia, æmulatio, contentio: quorum etiam loci iam dicti sunt. Quare illud iam restat, vt prædicta in memoriam reducantur. quod sic conuenit facere, sicut in exordijs nō recte præcipiunt faciundum. nam vt facilia intellectu sint, sæpius idem dicere iubēt. Verum ibi quidem res summatim dicenda, ne auditores de quo sit iudicium ignorent: hic vero ea quibus demonstratum est, per capita repetenda. Initium autē repetitionis, quando persoluit iam quę pollicitus est, quare et quę dicenda erant, & de quo dicendum. repetuntur autem per collationem eorum quæ ab aduersario dicta sunt. Conferuntur igitur aut quæ de eodem ambo, aut quæ opposita dixerunt. sed hic quidem hęc de hoc, ego vero hęc, & propter hęc. Aut per illusionem: vtputa, Et hęc quidē hic: ego vero hęc, atq; hęc. Et sic, quid iste nunc faceret, si hæc atq; hæc demonstrasset, & non illa? Aut per interrogationem, quid nō demōstratum est? Et econtra, quid ab isto demonstratum est? Aut igitur sic, aut per collationē, aut ordine quo dicta sunt prī tua. Et rursum, si ita vis, quæ aduersarij dixerunt, seorsum. Hi ni vero dissoluta maxime, atq; per articulum oratio idonea est, vt peroratio non oratio sit: Dixi, Audistis, Habetis, Iudicate.

Librorum Trium artis Rhetoricæ finis.

AVERROIS CORDVBENSIS

IN LIBROS RHETORICORVM ARISTOTELIS PARAPHRASES,

Abramo de Balmes interprete.

LIBER PRIMVS.

Præfatio libri diuiditur in duo capita.

Caput Primum. De libri necessitate, & cui scientiarum attineat.

Rhetoricam affiné esse artis Topicę.

Posĝ autem iam declaratum est hoc, cõuenit ꝙ incipiamus numerationẽ præmissarum, quibus appropriatur singulæ tres intentiones. Feramus autem primo sermonem de numeratione præmissarũ deliberatiuarum, deinde secundo de demonstratiuis. tertio de iudicialibus. Primum autẽ, quod expedit quod speculemur de dispositione rerum, de qbus datur consilium, est quid sit bonum de quo consulitur: quia nõ est consilium de omni bono, sed de bonis, quę possunt esse aut nõ esse, de bonis autem, quorũ esse & non esse est ex necessitate, non fit consilium. Neq; etiã fit consilium de oibus bonis contingentibus: quia sunt hic quædam bona possibilia, quorũ esse est ex natura: sed de bonis quæ nostra est ꝙ fint aut non fint. & illæ sunt res, quarum principium essendi est per arbitrium & voluntatem, et ex his etiam de ea cuius esse aut non esse sit consequens nostram opinionem & operationẽ vt in pluribus. Illæ aũt, quæ accidunt ex opinione fortuitu & in paucioribus, nõ sunt in pluribus, ex quibus consulitur: nisi quando non esset aliud genus. Significatur autem, ꝙ consilium sit de his rebus: quia homo primo speculatur rem, quam intendit operari, an sit possibilis vel impossibilis. Deide si fuerit possibilis, per quã rem fuerit possibilis, & qualiter sit possibilis. Quando aũt fuerit hoc declaratum ei, incipit perscrutari de illa. Si aũt declaratum esset et ꝙ illa sit impossibilis, dimitteret eã. res aũt, de quibus cõsulimus, sunt hę, de qbus est opinio. Sicq; tam declaratũ est ex hoc sermone, qđ̃ sit bonum de quo consulimus, & per quam rem fit: & illæ sunt res voluntariæ, quarũ initium essendi est ā nobis: non res necessariæ, quarũ esse non est nostra: & largitio differtiæ pertectæ inter res voluntarias & non voluntarias. Verificationis aũt numeri suarum specierum & notitiæ quidditatis singularum earũ fm vltimũ eius, quod suæ naturæ est, ꝙ cognoscatur, nõ est huius artis tradere ei plius adeptionem ex notitia rerum volũtariarũ: sed hoc interest Philosophiæ, quæ excedit hãc & formationẽ & verificationẽ. & præmissæ, qbus vtitur, sunt magis veridicę & veriores q̃ ilłę. & hoc, quia non tũ edimus hic scire ex istis rebus res essentiales eis proportionatas, sed res famosas. Qñ aũt dispositio harum rerũ fuerit sicut narramus, tam declaratum est ex hoc sermone, ꝙ quicqd diximus de partibus huius artis, sit verũ: hoc est, ꝙ ipsa sit composita ex scia Logicæ, & scia Moralis: et ꝙ in ea sint res topicæ, aut fisles rebus topicis: ac etiam sophisticæ, aut similes sophisticis. Res aũt, q̃ sunt plurium artiũ, si fiant partes vnius artis, sit qñ accipiuntur omnes fm modum & dispositionem, qua iuuent & expediant ad intentionem illius vnius artis, & deficiuntur ab eis dispositionibus qbus differũt, hoc est res, de qbus non est adiumẽtum ad intentionem illius vnius artis. Qn aũt hoc ita fuerit, res morales redeunt, vt pcedatur circa eas in hac arte, qua intendere facium modum locutionis & orationis. Sũt aũt artis moralis, qua sunt vnum entium, quorũ ſciam intendimus. Ex rebus aũt topicis & sophisticis procedituꝝ in hac arte: qua id quo vtitur hęc ars, est id quod est prius in prima notitia hoĩs: nõ quod est remotum à notitia plebis: sicut vtitur notitia syllogismi per syllogismum notum vulgo, quod est exemplũ & enthymema. Sicq; etiam est dispositio rerum sophisticarũ. vtitur enim eis quatenus consuetus est vsus earum apud vulgus: sicut sunt loca simpliciter et fm qđ̃, & cætera, quibus ex se vulgus vtitur. Illa autẽ differt ab his, quo ad mensuram speculationis. Silr differt etiã quo ad mẽsuram speculationis huius artis de rebus voluntariis à speculatione, quæ fit de eis in scia Morali, hoc est, quia illa speculatur res voluntarias speculatione, quæ fit homini fm ipsam notitiam: & dimittit perfectionẽ speculationis hoiusmodi scię Moralis. Res aũt, de quibus cõsulit Orator, quædam sunt, de quibus consulit hoĩbus ciuitatis fm eorum communitatem: & quædã sunt, de quibus consulit vni homini illius ciuitatis, aut cuidam particulari communitati eorum. Res vero, ex quibus fit consilium de rebus magnis reip ciuitatum, sunt prope numerum quinarium. Quarum vna est tradito cõsiliꝰ ad aggregationem diuitiarum, quæ thesaurizatur ciuitati. Secunda autem est consiliꝰ ad bellum aut pacem. Tertia autem est tradito consiliꝰ ad custodiam ciuitatis ab his quæ extrinsecus in ipsam deterenderent. Quarta autem est traditio consiliꝰ de eo, quod migreditur ciuitatem, & exit ab ea. Quinta autem est traditio consiliꝰ ad expeditionem legum. Illa quidem, quæ consulit de aggregatione diuitiarum, indiget scire tres res. Quarum vna est, ꝙ cognoscat tuges ciuitatis quę sint, hoc est, an sint plantę, aut animalia, aut mineralia, aut omnes hæ, aut duæ earum: vtile deberet aliquid ex nobiliori earum ad aggregationem ciuitatum, cõferet ad augendum illam. Secunda est, vt sciat cum hoc omnes exitus suas ciuitatis. Tertia autem est, ꝙ cognoscat species hominum, quitus ciuitas constat, vt sit ex eis aliquis homo vtilis. & est hic scire an insit virtus: aut octosus, an non est ars, consulit expectare illum ex ciuitate, et si esset ibi aliquis magnarum expensarum vltra statutum modestiæ, aut vltra necessitatem, consulat excerpere ab eo excessum illorum bonorum quoniam non fiunt diuitię per solum augmentum bonorum, sed etiam per imminutionem expensarum, propter ea prouerbio dicitur imminutio expensę est fortuna diuitis. Ex necessariis aũt est quidtas istarum rerum & mensura indigentiæ earũ constare. Oratori id quo indigeret, ꝙ consuleret de singulis harum rerum, et nõ indigeret traditione consiliꝰ ad augendum plantas, ꝙ sit agricola, neq; animalia ꝙ esset armentarius, sed sufficeret ei eius notitia fm mensuram indigentiæ earum: sed indigeret & ipse cum hoc, ꝙ cognoscat contrariũ hominem præcedentem de his rebus. & quid sit de eis apud homines. Consulens vero ad bellum aut ad pacem, indiget ꝙ sciat vim eius qui propugnat, & vim eius qui propugnaret, et mensuram ꝓuentus per bella, sit ne parua vel magna. & quæ sit dispositio ciuitatis, sit ne aperta aut accinta fortibus moribus, & plebs ibi bũas eam, sit ne debilis aut robusta, pauca vel multa: hoc est, an mensura aliorum sit, qua possit eos debellare, an tua mensura non sit talis mensura. Et an sit secundum descriptionem, qua bellum sit possibile eis nocere. Et quòd sciat cum hoc parum bellorum prędecentium, vt deterreat illis qualiter pugnarent, si eis cõferet bellum, & paruifaceret in eorum conspectu dispositionem bellorum: aut notificaret eis quid pertinens & mortis sit in bello, si consuleret eis obmittere bellum. Indigeret etiam, vt cognoscat ꝓnostica dispositionem hominum tuæ ciuitatis, sed etiam dispositionem tuarum ciuitatum tuorum mercatorum & negociatorum: hoc est qualis sit tua dispositio de his rebus, & tua dispositio cum tuis nummis ex victoria et deprellione ab eis qua hinc acciperet præmissas expedientes ad traditionem consilij de rebus ad bellum vel pacem. Indigeret etiam cum hoc quod cognoscat bella notanda ex exactis bellis, et quo dicitur dispositionem coptatum, sint ne similes robore, & fortitudine, & opinione, & bono decreto, singulis earum specierum, ex constantia singularum partium bellis, hoc est, quòd sint conformes ad hoc, quia aliquando essent multi & excedentes, sed non esset in eis idoneus ad bellum aut ad partem belli, qua positum est quod confert. Et cum hoc vtile sunt ſbet quòd non speculetur id ad quod cõduxerit tuum bellum, sed etiam in quod conduxerint bella reliquorum hominum præcedentium, qui fuerunt eis consimiles, quia ex simili accipitur iudicium de consimili: hoc est, quia si bella consimilia tuo bello conduxissent ad perditionem & mortem, consulat pacem, si vero cõduxissent ad victoriã, consulat bellum. Ad custodiam vero ciuitatum indigeret consulens de custodia, quod sciat qualis sit custodia ciuitatum, & quę sit mensura cautelę recipiendę ad cautelam singulorum eorum, quæ nouiter fierent

Considerans de aggregatione diuitiarum.

De bello & pace.

De custodia ciuitatum.

& quot sint species custodiæ. Et cum hoc cognoscat loca quorum [illegible] potentium, qui vocantur ipsi sentores, & hoc ipsum aliorum locorum habuerit pauca, adderet ei. Ut esset in ciuitatibus aliquis qui magnus esset ad custodiam, ita nõ intenderet inuentionem custodię ciuitatis, sed intentionẽ propriæ persoñ, expellat illam. Et expedit ei, q̃ valde custodiat local ia etia, hoc est, i quorum custodia est magna vtilitas. Et si non uerit hæc, pole est ei q̃ consulat custodiam, modo pertusetur in ciuitatibus quarũ custodiam consuleret. Ad De alimẽtis, trãditionẽ vero consule de alimentis domus, et reliquarum rerum necessariarum, quibus indiget ciuitas. Cõsidens itaq; indigeret scire suam menturam, & ex quot illarum aleretur ciuitas, & quot earũ sint quę reperiuntur in ciuitate tempore præsenti, & an inuenerit ciuitatem quod tuitionẽ ei, & seruatum sit, tu non inuenerit eam. Et q̃ sint res, de quibus consuleret q̃ extrahantur a ciuitate, & et id quod superaret hoibus ciuitatis: & q̃ sint res quas expedit ingredi eam, & sunt q̃ defecerint à nec essariis, vt eis consilium quo vteretur, esset tale, qui tam indigeret qui custodiret suos cõciues duabus rebus; quarũ vna est locus studiosorum: & secunda est locus diuitum, qui sunt pp studiosos. Et vniuersiter custos ciuitatum indigeret, q̃ cognoscat oẽs has quinq; species ad suam illarum custodiam. Specu De impositione legum latio vero de impositione legum & traditio consilij de eis, non est pars ista rem ciuitatum: qm̃ ciuitates legibus permanent plurimũ, & ordinantur in suo esse. Et ideo expedit [illegible] vt sciat, quot sint species regiminum et potestatũ, & quæ lex expediat ad singulas positas, & quæ [illegible] & quibus hoibus deceant fingere leges singulis q̃ ciuitatibus, & quibus hoibus nõ deceãt. Et q̃ res quibus est timendũ, ne pueniat corruptio ciuitatibus, ut ex contrariis ab extra, aut ex hoibus ciuitatis: qui reliq; ciuitates vitia ciuitates laudabiles, cum leges sibi impositas, et hoc, qm̃ lex est excellitę debilitatis & imbecillitatis, aut excellitę vehemẽtię, siue fuerit per opinionẽ, aut per viam aut per actionẽ, & nos ipsa de politicæ dispositione, quæ liber tas seu nobilitas dicitur, manifestum est, q̃ pp hanc dispositionem multos trãsterat ad primatum victorum, hoc est primatum voluptatum, aut primatum diuitiarum. Id aũt quod dixerũt, manifestum est apud nos ex dispositione politarum: quarũ historiæ peruenerũt ad nos. Non peruenit autẽ dispositio huius politiæ, hoc est politiæ nobilitatis ad politiam vitium pp imbecillitatem legum & earum debilitatem solum, & hoc fit maior pars ted pp excessum, quia plures res, qñ excederent, destrueret unum esse: sicut destrueretur suũ esse per debilitatem & immutationem, exẽpli gratia: quia limitas qñ excederet & profundaretur, pp ille, q̃ putaretur, q̃ nõ esset ibi natis; qñ aũt non esset excessiua, proximaq; esset equalitati. Et indigeret cum hoc, q̃ leges, quas imposuissent plures hoies & præcesserunt eas in illis politijs tamosis, & singulis nationibus, vt traheretur ea, quæ ex illis, ppriæ expederet, & nationi et propriæ legi. Et ideo notum est, q̃ notitia legumlatoris [illegible] hoibus hoium, & eorũ moribus & cõsuetudinibus [illegible] exigit, quę expedit ad regimen legũ, quia hinc p [illegible] q̃ imponat leges vtiles singulis nationibus [illegible] diuitiarum. Corruptio vero, quę extrinsecus [illegible] diuitiæ, hoc est ex inimicis, est res per se manifesta. Cum autem plures homines temptant modos, quibus significatur victoria inimicorum & modos, quibus [illegible] eos, & ex his rebus assumerentur præmia eis, quibus consuleret hominibus fugere ciuitatis de custodia ab inimicis. Illud autem, quod diximus de legum impositione, & quibus earum lator indigeat, est scientiæ Moralis, non scientiæ Rhetoricæ, hic autem meminimus de eis, quantum sufficit huic arti. Hæ itaque sunt maximæ res, de quibus consules consulere solent hominibus ciuitatum: & ex eis est significatio rerũ, de quibus consulerent singulis hominibus. Nos aũt loquamur modo de rebus, ex qui De quibus rebus ꝑsuadẽdum sit, & dissuadendum. bus fit persuasio & dissuasio singulis hominibus, & primo incipiamus de enunciatione rerũ, propter quas consules consulerent & eis persuaderent, aut eorum contrarijs dissuaderent. Et putatur quòd singulis hominibus sit quidam affectus & desyderium naturaliter ad bonum, quo omnes propter se ipsum appetunt; & de eo consulunt alios, absq; quòd vllus eorum sciat quid sit hoc bonum: & præeligunt ipsum, & capiunt ipsum præ alijs. quando autem aliquis homo interrogaretur de illis, responderet respõso extollente eius naturam: sed apud singulos eorum est suum esse solum. Quando autem singuli eorum interrogarentur, quid significat suum nomen? responderet alio responso ab eo, quo responderet alius. omnes autem eligunt ipsum occasione huius affectus, et naturaliter inexistentis apud omnes. Hoc autem bonum vniuersaliter est ipsa bonitas dispositionis, & partes bonitatis dispositionis. Et ideo conuenit, quòd primo distinguamus quid sit bonitas dispositionis vniuersali oratione: deinde distinguamus suas partes, & numeremus sua contraria, & res, de quibus fit persuasio & dissuasio: & sunt res vtiles bonitati dispositionis aut vtiliores, & noxię seu magis noxię. His enim perficitur nobis sermo de rebus, ex quibus componuntur orationes deliberatiuæ, quæ sunt cum omnibus hominibus. Qui autem loquuti sunt de hac arte, non fuerunt loquuti de his rebus, nisi de his, quæ currunt ad modum rerum vniuersalium: sicut est quod ipsi dixerunt quod expedit Ortogorta quod magnificet rem paruam, quando vellet extollere illam: & paruificare rem magnam, quando vellet vilipendere eam: et quod non expediat ei, quod persuadeat de rebus quæ corrumperent bonitatem dispositionis, & de rebus quæ impedirent bonitatem dispositionis, aut transferrent bonitatem dispositionis ad suum contrarium: & non dicunt quæ sint res, quæ inferrẽt corruptionem bonitatis dispositionis, aut ipsam impedirent, aut eam transferrent in suum contrarium. Bonitas spoitiõis. Bonitas vero dispositionis est conuenientia actionis cum dignitate & longeua ætate, & vita decora & delectabili, cum sanitate, & amplitudine diuitiarum, & decore dispositionis apud homines cum adeptione rerum talentium has res, & efficientium eas. Et datur autem quod hæc sit descriptio bonitatis dispositionis, id, quod tamotum est quia omnes homines sibi videntur quod bonitas dispositionis sit huiusmodi, aut aliqua res quæ sit quasi hoc. Quando autem bonitas dispositionis hæc fuerit, partes eius sunt gloria genologiæ seu prolapiæ, & multitudo fratrum & filiorum, & diuitiarum, & decus actionum & honorum, & decens tenor vitæ. Dignitas autem corporis in diuitijs est, quòd sit eius negociatio circa bona venditione & emptione. Decus vero diuitiarum est earum vsus, qua delectaretur eo. Appositum autem diuitijs hanc clausulam: quoniam magis expedit homini vsus diuitiarum quàm eius acquisitio: quoniam acquisitio est efficiens diuitias, vsus vero est ipsarum met diuitiarum in se. Decus vero actionis secundum decentem opinionem, est id, quod omnes putant laudabile: & est illa, qua acquiritur res, quam appetunt plures indubitanter: aut meliores homines, & disputatiui, & dispositiui. Honor vero in hac nostra ætate est prouidẽtis decus actionis. Hominum autem, quibus est bona prudentia, ille est ipsorum præmium reste & vere: ex quo non est aurum præmium talium actionum, nec præciosa esset loco earum, nec honorantur solum illi, quibus est bona prouidentia de hominibus. Sed quando possunt vt sit

Bonitas ꝓpositiõis.

eis

eis illa bona prouidẽtia: hoc est illi, qbus est potẽtia ad hoc, licet non operentur tempore honoris. Prouidẽtia aũt de hoibus, quæ inferret honorem, est illorũ prouidentia ad ereptionem eorum ab illis malis, ex quibus ereptio non est facilis: aut adipisci eis illa bona quorũ adeptio non est facilis. Hæ autẽ pulchrę actiones, sunt illæ quę fiunt ex diuitijs, aut imperio, aut his similibus ex his, quibus homo valet ad tales actiones. Præterea honorantur plures hoies pp multa bona: sed ipsa sunt bona in respectu huius tẽporis, & huius horæ. Fit aũt honor pp res paucas per accidens, hoc est, qua accidit illis rebus, q̃ sint plures i respectu illius horę, vel illius temporis. Rerum vero, quibus fit honor, quædã sunt communes oibus nationibus, & quædã sunt propriæ. Proprię aũt sunt, sicut sacrificia & oblationes, quibus moris Græcorum fuit honorare suos defunctos. Communes aũt sunt gradus præsidentiæ & obtemperantię verbis alicuius hois & cessio litis cũ eo, & dona quę inferunt amicitiam & cõformitatem: qm̃ donum ample ctitur ambas res, distributionem diuitiarum & honorem. & ideo placet cũctis hoibus & omnis homo repetit eo quod appetit. & hoc qa tres sunt species hoium, aut species amãs honorem vel species amans diuitias, seu species amplectens ambas res simul. Donum autẽ amplectitur optatum vtrarum vtrarum trium specierũ. Virtus vero corporis est, ipsa sanitas: & hoc ꝙ hoies sint simpliciter exempla morbis, & componant sua corpora, qua eius qui non cõponeret eius sanitatem, sua anima nõ gauderet sanitate: hoc est q̃ ipse nõ sit decorę dispositionis sm eam, quod est remotum ab oibus humanis actionibus, aut ex pluribus earum. Pulchritudo vero & decus variatur sm hoium varietatem. Decus enim puerorum & sua pulchritudo, qua puer sunt, est q̃ sua corpora et formationes eorũ sint dispositione, qua difficile sit eos recipere angustiam & passionem: hoc est, q̃ non ferant damnũ, & q̃ sint iocundi aspectus in cursu & victoria, et propterea est, q̃ appareãt hoibus pueris, qui prompti sunt ad quinq; exercitia, et ludos valde decoros. Intẽdo aũt per exercitia & ludos res, quibus Greci exercere faciebant suos adolescẽtes, qui sunt cursus, æquitatio, & luctę, & saltus, & choreæ. Visi autẽ sunt sibi hoies, q̃ ille qui prõptus fuerit his actionib⁹, q̃ sit pulcher: quia est eis promptus pp agilitatẽ et victoriam. Qñ aũt rales adolescentuli redderentur iuuenes, esset socũdi aspectus i opere belli: & hoc sm dispositionem, qua prompti fuerũt ad bellum. Senum vero pulchritudo est fructio suarum actionũ operibus, quæ sunt ipsa beatitudo: & illæ sunt pp quas adolescentuli exercentur his ludis, quę sunt ipsa bella. & q̃ cum hoc sint sani non mœsti neq; tristes. et hoc qa mœstitia & tristitia qñ videntur in sene, putatur q̃ insint ei pp aliquid nouiter et aduentiũ, qđ noceat suę senectuti: sicut egestas, & vilipensio, & cætera talia. Solertia vero est vis, qua homo moueret alium qualitercũq; ei libuerit. Quia ille est solers, qñ attraxerit alium, aut propelleret ipsum, aut ipsum eleuauerit, vel expelleret eũ, aut pręmeret illum, & fieret ab eo hæc actio in omnes, qui ei obtẽperarẽt aut pluribus eorũ. Roboris aũt virtus est q̃ excedat plures hoies, et superet eos lõgitudine & latitudine, & profunditate, & cũ eius grossitie eius motus non sint defatigãtes occasione bonitatis huiꝰ virtutis: grossities aũt eius nõ sit pinguedo neq; res acquisita. Dispositio vero, q̃ vocaꝰ fortitudo, est cõpositа ex grossitie, & robore, & agilitate. & hoc, q̃ qñ agilitas connecteretur viribus, posse esset q̃ cito peruenirent ad rem distantem. quia si esset agilis sine robore, non peruenirent cito ad rem distantem. et hoc, quia qui amplectitur grossitiem & robur fit luctator. ille aũt, qui amplecteretur grossitiem, & robur, et agilitatem, est fortis. Qui vero amplexus fuerit luctam & agilitatem simul, nun cupatur apud eos noie deriuato à peritia vsus roboris & agilitatis: q aũt amplexus fuerit omnes hos mores, est qui vocatur apud eos dñs quinq; ludorũ. Laudãda vero senectus est perseuerantia magnitudinis cum puritate ex tristitia, quia si propinarent homini labores ante eius aduentum ad vltimum senectutis, non haberet senectutem laudãdam. Si aũt rediret, vt fit mundus à tristitia: & si non acquieuerit vsq; ad vltimũ senectutis, & fuisset in tristitia & angustia, fieret habens decẽtem seu modestam senectutem, fieret aũt exemptus ex angustijs, qñ haberet bonam portionem beatitudinis & virtutum corporis, hoc est, q̃ esset sanus, & non occuparent ipsum impedimenta tui banitia tuam senectutem, & hoc, quia qñ ipse esset morbosus, aut eius fortuna esset aduersa, qa tam ipsum occupassent impedimẽta, non esset decentis senectutis: & si esset longeuus & morbosus fit. Iam aũt dubitetur quo modo esset longitudo vitæ cum morbis: sed putatur q̃ vis longitudinis vitæ non sit vis sanitatis: qm̃ nos aspicimus plures hoies, quoꝝ vita prolõgatur, cũ sint morbosi. Huius aũt verificatio est scię Naturalis: noꝑ aũt verificationis huic scię nõ esset vtilitas. Rhetor aũt persuadet per eam rẽ huius, quæ manifesta est. Copia vero amicitiæ & certitudo motus hois ad fratres non lateret, qñ desiderat quid sit amicus & socius: quoniã vterq; est qui ageret bonum, quod putaret q̃ iuuaret alterutrũ non bonum, ex quo ipsemet solum adipisceretur iuuamẽ. Qñ aũt amicitia & societas sunt hæc, manifestum est q̃ homo habeat aptitudinem dispositionis per multos fratres. Aptitudo vero fortunæ beatitudinis est, q̃ casus hois sit causa essendi et ipsum bonum: et hoc aut ex bonis, quę sunt ei per se, aut ex bonis quę sunt ei extrinsecus. Causa vero casus esset ipsa ars, aut esset ipsa natura, quæ est vt plurimum. Exemplum aũt eius quod fit ex casu naturali, est q̃ oriatur homo habẽs vnes & dispositionem: qua difficilis ei esset susceptio rei ũ venientiũ ei extrinsecus. Veruntamen q̃ homo sit sanus, causa est ipse casus naturalis: sicut q̃ oriatur sanus. Fit aũt casus artificialis: sicut si haustiret venenum, & curaret cum ab aliquo morbo, qui cum oppresserat. Causa vero pulchritudinis & grossitiei, est casus artificialis & naturalis. Et summa rei est: q̃ bona, quorum causa est bona fortuna: quę ẽ ipsa bonitas casus, sunt illa bona, quibus homo gauderet possidens ea. Præterea bonitas fortunę sit causa bonoꝝ, q̃ non sunt vere bona, sed apparent bona in habitudine & comparatione ad alium: sicut turpitudo alicuius hois esset quoddã bonum, qñ aspiceretur alius turpior eo. Et sicut si duo hoies existerent in vno loco belli, quoꝝ vni illorum duoꝝ offenderet sagitta: & nõ offenderet alteri, qa appareret, q̃ maximũ bonum prouenisset ei, cui non offendit a la sagitta in habitudine ad alterum: et præcipue si moris illius, cui non offendit sagitta, fuisset q̃ in pluribus bellis militatus esset: alter aũt non militatus esset penitus, nisi in illo bello solum. Sicq; etiam, qñ vnus repetiret prędam quam quę fuerat, appareret q̃ esset quoddam bonum in habitudine ad illum, qui eam non inuenisset, licet fuisset parua pręda. Hæc itaq; & cõsimilia sunt, ex quibus cõsuleret Orator prosperitatem bonę fortunę. Notificatio vero virtutis magis expedit, q̃ habebãt sermo de ea circa sermonẽ de rebꝰ, ex qbus fit laus: qm̃ virtus propria est laudantis. & ideo oportet q̃ qui laudaret dixisse, esset virtutes. & licet earũ quædam sint futuræ, & quædã præsentes, laudãs consuleret de eis quæ essent præsentes, deliberatiuus aũt qua esset futuræ, hoc est minãtes. Hinc itaq; sunt fines, quibus cõsuleret deliberatiuus. Ex his autem manifesta sunt sua contraria, quibus deliberatiuus, dissuaderet, & sunt illi, ex quibus fiant orationes dissuasionis, cùm numerus illorum sit ille idem numerus, & situs illorũ ad orationes deliberatiuas est

Nota de finibus.

ille idem situs. Qm̃ aũt prima intentio cogitationis cõsulentis est, ꝙ consulat de re tuuante, ex qua sequerent singuli fines istorũ. et hoc, qa hi fines sunt initiũ cogitationis, & vltimũ opis. res aũt tuuantes sunt vltimũ cogitationis, et initiũ opis. Intẽdo aũt p initiũ cogitationes cõclusionẽ: & p vltimũ cogitatiõis ipsas p̃missas.

Caput Nonum. De locis inferentibus Iuuantia, & Noxia.

OPortet itaq; ꝙ Rhetor habeat bases et regulas quibus cognoscat ipsas res tuuantes per fines: quæ sunt accidentia temporanea, ex quo ipsa sunt initium operis. Ea autem quæ tuuant, & si nõ fuerint bonum simpliciter, sunt bonum, quia sunt via ad bonum simpliciter. Bonum autẽ simpliciter est illud, quod est elegibile propter seipsum, & alia eligũtur propter ipsum, quod omnes appetunt. Intendo aũt hic per omnes hoies, qui habent prudentiam decoram et claritudinem, & hoc, quia bonum aut esset vere bonũ, aut esset bonũ extimatione. & hoc p̃m verificationẽ istius boni apud singulos hoies. qũ ergo res, quam homo crederet, inuentretur hæc fides, tam sufficeret, & completum esset eius quæsitum, & non relinqueretur ei desyderium alicuius rei penitus. Res autẽ tuuantes p̃m hoc bonũ vtius, sunt quatuor generũ, res efficientes, et res conseruantes, & connexæ efficiẽtibus, & cõnexæ conseruantibus. Et hoc quia connexum rei numeratur cũ ipsa re. licq; etiam cõnexum corrumpenti rei numeraretur cum ipso corrumpente: et cõnexum contrarij efficientis cum contrario efficientis in rebus, ex quibus distuaderetur. Connexio autem finis ad efficiens aliqñ fit simul, sicut consequitur laus acquisitionem rerum laudabilium: & aliqn modo fit posterius, sicut est scientia, quę vltimo sequitur doctrinam. Res autem efficientes sunt trium specierum, per se, aut per accidens. quæ aũt sunt per se, sunt duæ, aut proxima, sicut alimentum est efficiens sanitatem, aut remota, sicut est ipse medicus: ea autem, quæ est per accidens, est sicut actio exercitij defatigationis ad sanitatem. qñ autẽ oportet ꝙ species efficientium ipsum bonum, sint hæ tres species. Necessario itaq; res tuuantes ad bonum, quædam sunt bonę per se, sicut est cibatio alimenti ad sanitatem. & quædam malę per se, & bonum quoddam, qua tuuatur ad bonum, sicut est potus venenati ad sanitatẽ. Mala autẽ, quæ ferũt ad bonũ, sunt duobus modis: quorum vnus est, ꝙ ex eis acquiratur maius bonum ꝙ per malum proueniés ex eorum opere: sicut est acquisitio similitudinis ex potu venenato & [illegible] pauca amaritudine ad acquisitionem multarum dulcedinum. & quędam eorum sunt ex quibus proueniat [illegible] ta maior malo ꝙm sit illud, quod ex eis proueniret sicut est turbo quæ aduenit naugantibus, quando pronciunt suas merces: qm̃ pręsto meretum est mala. sed ex ea acquiritur tutio à maiore malo, quæ est submersio in mari. Illa autem bona quæ acquiruntur ex bonis, vocat Aristo. vtilitates simpliciter. illas vero vocat bona trãsumptiue. & intendit per hoc trãsumptionem a malo in minus malum, aut trãsumptionem à malo ad bonum. Virtutes autem, licet sint fines, sunt etiam bonæ per se, & tuuant propter bonum: quia earum possessores sunt decorarum dispositionum: & cum hoc ipse efficiunt bonum, & vtuntur eo. Conuenit itaq; ꝙ narremus de singulis harum, quomodo sint, quid bonũ per se, & quo modo sint efficientes ipsum bonum, et distinguemus ipsam rem per hoc. Voluptates autem sunt bonę per se: qñ omnia animãlia expetunt eas. Res autem iocũdę sunt quid bonum, quando ille qui scit ꝙ [illegible] tur eis, fuerit decorę dispositionis. In sui [illegible] ure declararetur, ꝙ ipsę sunt quid bonum, & ꝙ tam expeditiue extant ad ipsum bonum. Partes autem vtilis alius aptitudinis dispositionis, quædam sunt, qui sunt fines solum: & quædam sunt, qui numerantur fines, sed etiam expediunt ad ipsos fines. & hoc, quia quibusdam est ordo ad aliquas earũ: hoc est, ꝙ quędam earum sint causa entitatis aliquarum earũ, & præcedentes illas. exempli gratia: quia fortitudo, et sapientia, & temperantia, & magnanimitas, & liberalitas, & consimiles virtutes animæ eliguntur per earũ vniuersitatẽ plures res partium aptitudinis dispositionis. Sicq; per vniuersitatem sanitatis et pulchritudinis ex virtutibus corporis eliguntur plures res, quæ sunt aptitudinis dispositionis: illæ autem efficiũt illas. Sicq; etiam eliguntur efficiẽtes alias res ex aptitudine dispositionis: sicut sunt efficientes voluptatem, et efficientes decorum regimen. Hinc est, quod putatur de diuitijs, ꝙ sint bonæ, quia sunt causa harum ambarum rerum nobilium, quarum vna est voluptas, et altera decus regiminis. Et aptitudo dispositionis per fratrum multitudinem reperitur efficiens plures res bonas. & hoc, qm̃ amicitia inter eos esset propter ipsam amicitiam in se, non ꝙ sit amicitia inter eos propter aliam rem: qm̃ tres, qui sunt talis descriptionis, faciunt vtile & honorem, & gloriam, & alia præter hæc, quæ eodem bonorum cursu cursitant. Hoc autem fit in effectu & oratione, quia orationes & actiones quæ fiunt ad honorem & gloriam & alia præter hæc, quæ cursu harum cursitant, sunt bona & vtilia. Vtiles autem per se sunt habitus naturales, quibus homo fit aptus ad res decoras: sicut est claritudo, et memoria, & disciplina, et agilitas motus: sicq; etiam sunt perfectiones scientiæ & artes. Sicq; & laudabiles cõsuetudines, quę omnes cùm sint tuuantes ad alia ab eis, ipsæ sunt in se bonæ per se eligibiles. Et ipsa sanitas etiam est quid bonum vtile. Hæc itaq; sunt bona quæ omnes concedunt, & conueniunt in eis, ꝙ sint bona & vtilia. & qñ declaratur de aliqua illarum rerum ꝙ sit bona, illa declaratio non est modo falsigrapho & sophistico, quę sic i hac arte. qñ vero declararetur de aliqua re contrariorum istarum, ꝙ illa sit bona, & de his ꝙ sint quid malũ, hoc fit in hac arte sophistice, hoc est per declarationẽ fallentem. & hoc: qa malum inuat per accidens, sicut declararet vir orator ciuibꝰ alicuius ciuitatis: ꝙ pusillanimitas sit eis bona. qa si efficerentur fortes, exiret ab ipsa ciuitate, & adhęreret eis inimicus: sed pusillanimitas non est bona simpliciter, sed esset bona hoibus ciuitatis, quibus hoc accideret. vtile vero, & vt plurimum, & per se est ipsum bonum, sicut ipsum malũ contrariũ illi bono est vtile inimicis. & hoc, quia ipsa pusillanimitas est vtilis inimicis: qua est mala per accidens hoibus ciuitatis. Sed iam contingeret, ꝙ aliquid quod esset quoddam malum alicui homini, ꝙ noceret suo inimico. & id, quod esset quoddam bonum, tuuaret suum inimicũ: sicut est pusillanimitas hoium ciuitatis, qñ exeunt à ciuitate, non habent vires, vt resistãt suis inimicis. decet aũt orator, vt sæpe apprime consyderet vtilem harũ rerum. hæc autem enunciatio nõ est vniuersalis: hoc est, quæ asserit ꝙ omne nocens inimico & dolere faciens eum, id sit vtile: & ꝙ omne iuuans inimicum & lętificans ipsum, sit noxium: quia multotiens fit ꝙ vnã res noceat alicui homini & suo inimico, & iuuet aliquem hoiem & suum inimicum. Exemplum autem illius qđ iuuaret ambos, & vter ꝙ gauderet eo, est recessus inimicorum à se mutuẽ, quãdo fuerit inter eos magna clades. & tam fatur sit vterq; eorum perditione & morte suorũ, absq; ꝙ vter eorum preualuerit alterutri. quia qñ illico post hãc rem gestam recesserint à se inuicem, vterq; eorũ gauderet illo recessu. et ideo illud vtile esset etiam vtile ipsis inimicis. Noxium vero ambobus est id, quod multotiens cogit ad amicitiam inimici. & hoc, q tando coæquarentur ad peruenttonem mali inuidentis in ipsos absque excessu alterutrius eorum: & tollerantia

tollerantia plurium nationum diuersarum fit hac de causa, & ideo dicitur ꝙ malum aggregat hoies. Et hoc etiam est vnum horum, quo malum fit vtile: hoc est, ꝙ noxium cadens in aliquẽ hoiem cadat in eius inimicum. hoc enim cogeret amicitiam inimici: & tunc ille inimicus, qui extrinsecus descenderet, appeteret cõtrarium eius, quod appeteret vterq; duorum inimicorũ, in quos descẽderet exterior inimicus. et hoc, qa vterq; duorum inimicorum appeteret amicitiam alterius occasione auxiliandi se contra inimicum descẽdentem in eos extrinsecus. Illæ aũt inimicus, qui descenderet, appetit reditum suæ inimicitiæ ad suum robur, aut illam augeri. Arist. aũt dicit ꝙ ideo fit vt plurimum eius qđ faciunt excessiua dispendia, & operantur vehementes actiones ad tale bonum, quo repelleretur vehemẽs malũ. Bonificatur aũt aĩa dispendijs ad tales res, pp manifestationem illius, qui cõnexus est eis ex finibus illius quæ sitt, & eius propinquitatis: adeo ꝙ qñ reperiretur hæc res, reperiretur & ille finis, ac etiam excessiuũ malum cadens in inimicum esset causa admissionis pauci boni, quod illi prius prouenisset. & nisi esset illud, non admitteretur. quia sicut refert Arist. vt illud idem ferbit ipse poeta Homerus: accidit cuidam regi, qui inimicus erat Græcorum, qui hora conflictus captus fuit: quem posuerunt angustijs carceribus manicipatum per plures annos. in quibus carceribus interfecerunt eius filium, & ille petijt ab eis, vt darent ei eius cadauer, vt conquereretur, & deploraret ipsum, vt sui moris est in suos mortuos. et fecerũt vt petierat, tribuerũtq; ipsum illi: qui gratulatus est eis pp hanc paruam rem, quam ei concesserunt. Vtile aũt bonũ & opus, quod magnificaret eius modũ apud illos, ad quos talia fiunt & eius agenti prouenirent maximum bonum ab illis, ad quos illud fieret, est ꝙ homo eligeret aliquem hominem excelsi modi cuiusdam generis hoium: cui etiam esset inimicus excelsi modi alterius generis hoium, & ageret malum in inimicos illius hois, & bonũ amicis suis. Sicut accidit Homero cum Græcis & suis inimicis. ipse enim intẽdens de quodam magnate antiquæ prosapię Græcorum, prerogatiua laudis determinauit illum, et Græcos eius amicos. quendam autem extremum eius inimicum determinauit vituperatione, & suos etiam, qui erant inimici Græcorum in quibusdam bellis, quę intentia fuerũt inter eos. Fuit autem ille magni decoris & excellentissimus apud Græcos, & magnificauit illũ omni magnificentia: adeo ꝙ putauerũt de eo ꝙ ipse esset vir diuinus: & primus doctorum cunctorum Græcorum. Et vnusquisq; talius inimicis male facere & amicis benefacere est ex rebus expedientioribus. conditionis autem huius operis, qua laudetur suus calus, est ꝙ fiat ex eo id quo appareat, ꝙ vires sui agentis non sint vigoratæ ab alio ab eo: neq; alius adaptauit eũ ad illud, siue agens fuerit magnum in se, aut parum: & ꝙ putetur ꝙ eius operatio non sit occasione timoris, neq; ret quam sperauerat, sed p̃m ꝙ eius appetitus & desiderium ferret ipsum ad hoc. quoniam per hoc actus perficeretur ab agẽte, & essent et faciles nostrę operationes, quę fiunt propter timorẽ, et per aliquod paucum temporis non molestarent ipsum. quando autem prolongaretur eis tempus, redderentur molestæ, & pausarent. quando autem cessarent ex hoc, fieret odium agẽti ab eis in quẽ actæ fussent, & ideo annexum est actui, ꝙ sit facilis agenti. Hæc itaq; sunt conditiones principij actionis honorum, quorum casus est laudabilis, & vtilitas est inuenta. Præmium vero cuius casus non est laudabilis, est illud præmium, quod fit p̃m id quod cuperet naturaliter ille, de quo meretur ab oibus hoibus: quod est ꝙ careat beneficẽtia, quæ peruenerit et aut quantitate, aut vtilitate: aut quia id quod est ipsum præmium esset superfluum menti, & non indigeret eo. Illud autẽ præmium est, quo sophistice fallitur. Ille autẽ, de quo naturaliter meretur, est ille, qui experit ꝙ eius præmiũ sit p̃m reliquam harum trium intentionum: qm̃ ille, de quo meretur est, ac si esset auarus ad largitendum. illæ aũt cuperet, aut ꝙ non contingeret inde ei defectus boni, quod perueneret ei, aut ꝙ defectus sit paucior q̃ bonum quod ei peruenerit. Qñ aũt ipsum præmium fuerit talis descriptionis: immo cõueniret beneficẽtię, aut genere sicut de aureis per drachimas: aut virtute, sicut sit præmium diuitiarum per honorẽ, quo acquirerent aliquid tale, quales sunt illæ diuitię: id ꝙ est tutum præmium, immo est æqualiter conuertibile. Quando autẽ ipsum præmiũ non fuerit conuertibile æqualiter, neq; fieret eo fraus, sed putaretur de illo de quo meretur, ꝙ omnino sit eius arbitrij præmium deficiens, neq; excẽdens eius arbitriũ ad id quod esset maius, siue eius præmium cecideret ad id quod esset minus, aut ad ęquale, aut ipsum simile. Illud itaq; esset præmium decens: qm eius præmium per minus non fuit tale ex arbitrio, sed quia non fuit et aptum aliud vltra hoc. qñ autem contigerit cũ hoc, ꝙ ille actus sit ex his, quibus gaudẽt amici, hoc est amici illius, de quo bene meretur per illum actum, & male fit suis inimicis, & cum hoc esset res excellens apud plebem: & hoc in habitudine eius ex quo prouenit, & maxime quando beneficẽtia fuerit ex his quę decent appetitum eius, ad quem fieret sicut mererentur aut amator honoris beneficaret honore, et amator diuitiarum diuitijs, & amator victoriæ victoria. Hæc itaq; beneficentia non solum est iocunda recipienti beneficentiam seu suscipienti præmium, sed etiam sibi est valde laudabilis: & sic est dispositio reliquarum specierum bonorum. Actiones vero beneficentiarum & præmiorum incipienti, & ei de quo bene meretur, sunt factles. & deceret ꝙ perueniret agens in ipsis, quãdo est sci p̃m suam naturalem dispositionę aptus ad illas actiones. & tam peruenerit et habitus, quo prouenũt ex eis illę operationes. De numero autem bonorum aptorũ, quæ nõ putatur ꝙ imminuant benefactorem penitus, sunt directio ad vtã vitę, & increpationes morales. Ex his itaq; modis orator suscipiet et præmissas, ex quibus traderet persuasionem, ꝙ res sit vtilis vel inutilis.

Caput Decimum. De locis inferentibus magis Iuuantium, uel magis Noxium.

QVoniam autem aliquando orator significat ꝙ ipsa res sit vtilis, sed argumentaretur, ꝙ hic sit aliqua res, quæ sit magis vtilis, ideo oportet ꝙ sint ei loca, quibus valeat declarare, ꝙ res sit magis vtilis, & magis laudabilis. Quorum quidam est ꝙ id quod oibus rebus fuerit vtile, sit magis vtile q̃ id qđ est vtile quibusdam rebus. Et quòd id cuius vtilitas est durabilior, sit vtilius eo cuius vtilitas est brevior. Et magis est vtilius minori: & qđ plus est vtilius pauco, et qđ amplectitur plures descriptiones ipsius boni, aut quod ambiret cunctas illas, ad esset vtilius. Deterius aũt perfecti boni est, ꝙ res sint eligibiles, propter se non propter aliud, & ꝙ ab oibus expectatur. & studiosi animo sapientes eligant illam. Id autem, quod amplecteretur omnia hęc attributa, aut plura eorum est summe bonũ & vtile, quod est finis aliarũ rerum, quæ bonæ denominantur. Res autem denominatæ bonæ dependentes ex hoc bono, quod amplectitur hęc attributa, dicitur de eis ꝙ sint vtiles, quando vnum illarum reperitur vnum horum attributorum aut plura vno attributo: & quælibet harum rerum, cui inest plura attributorum ipsius boni, illa est vtilior, ex quo vnum attributum non est vtilius duobus aut tribus. Accidit quando nobilissimum vnius generis est præstantius bonissimo alterius generis, genus cui est aliud nobilius, est præstantius alterio genere. Illius autẽ generis quod

est præstantius altero, nobilissimum præstantioris generis est præstãtius nobilissimo alterius generis. id aũt est cõuersum primi. exempli gratia: quia si mares sunt præstantiores fœminis, vir præstãtior est mulhere: & si vir est præstantior mulhere: mares præstantiores sunt fœminis. Hoc aũt ita fiet: quia ꝓportio nobilissimi ad suũ genus, est sicut ꝓportio alterius nobilissimi ad suũ genus: et fit proportio generis ad genus eadem proportione nobilissimi ad nobilissimum. Præterea, qñ res infert aliquam rem quæ non infert eam, illa ex qua infertur res, est eligibilior, q̃ illa ex qua non infertur illa res. exempli gratia, principatus & diuitiæ. qñ diuitiæ annectuntur principatui: principatus aũt non annectitur diuitijs: ideo principatus est eligibilior diuitijs. Sicq; etiam est dispositio noxiorũ: quia egestati annectitur auaritia: ideo egestas deterior est q̃ auaritia. Inferens autem triuio partitur: aut ꝙ simul sint p̃cedens & annexum: sicut est esse albi & albedinis simul, et sicut est nexus hois & aïalis: aut ꝙ repertatur ipsum annexum postremo succedens: sicut est nexus sapientię ipsi disciplinę, aut suus nexus sit in potentia, hoc est, ꝙ alterum eorum operetur actione alterius, sed non conuertatur, hoc est, ꝙ illud alterũ non operetur actione primi. exẽpli gratia, de egestate & auaritia: quia egestati annectitur ꝙ homo operetur actione auaritię, sed non annectitur auaritiæ actio egestatis: quoniam egestas impedit maiores res q̃ sit priuatio vsus diuitiarum, quę est auaritia. Rursus id, quod agit vtilius bonum, est vtilius: gratia exempli, tolertia & pulchritudo, ambæ sunt vtiles, & bonæ, sed fm tolertiam maius bonum fit q̃ fiat pulchritudine: illa itaq; est vtilior. Sicq; etiam sanitas est maioris vtilitatis q̃ voluptas: qñ plura bona fiunt sanitate q̃ fiãt voluptatibus. Ad hæc quod est eligibile, ipsum simplex maioris extimationis vtilitatis est, q̃ id quod non est eligibile, nisi appositum cum altero: ideo quia pulchritudo non est eligibilis, nisi composita cum sanitate: sanitas aũt est eligibilis sine pulchritudine: iccirco sanitas est maioris extimationis vtilitatis q̃ pulchritudo. Ac etiam qñ fuerint duæ res, quarum vna est ipsa perfectio, & altera via ad perfectionem: illa quæ est ipsa perfectio, est præstantior, sicut sunt sanitas & voluptas: quia sanitas est perfectio, & voluptas est eius generatio, ipsa aũt generatio est via ad pfectionem. Præterea qñ fuerint duæ res, quarum vna est eligibilis ꝓp se ipsam, & altera est eligibilis ꝓp aliã, illa, quæ est eligibilis ꝓp se, est præstantior eligibili ꝓp aliã. exempli gratia, sicut sunt scientia & diuitiæ: quia scientia est eligibilis propter se, diuitię autem sunt eligibiles ꝓp aliud. Adhuc illa res, quæ constituit eius possessorem minus indigẽtę amicis, aut vllo viro, est fortior, q̃ illa q̃ ipsum cõstituerit indigentiorẽ, qa q̃ fortiorẽ fiet est, et nõ indiges hoibus, est ille q̃ indigeret paucioribus rebꝰ numero, & inuẽtu facilioribꝰ. Præterea qñ fuerint duę res, quarũ vna ad eius acquisitionẽ indiget secunda, secunda autem non indiget prima ad eius acquisitionem, illa quę non indiget altera ad eius acquisitionem est eligibilior. Cuius exemplum est de diuitijs & fine, quia diuitijs indigẽt acquisitione diuitiarum: diuitiæ aũt non indigent acquisitione filiorũ: ideo diuitiæ sunt præstantioris vtilitatis. Postea autem declarabitur ꝙ res quæ est principium, non oportet ꝙ sit maior re, cuius illa fuerit principium. & hoc quia volũtas est ipsius boni per se ipsum bonum aũt opus maius est q̃ bonum. Dictas itaq; est etiam est de disciplina & scientia. Qñ autem fuerint duæ res duo principia duarum rerum, quorũ principiorũ vnum est vehementius secundo, illa cuius operis principium est vehementius, est vehementior. Ac etiam qñ fuerint duæ res duo principia duarum rerum, quorũ principiorũ vnum est vehementius, illa res cuius principium est vehementius, est præstantior. Sicq; etiam quando essent principia, quæ essent fines. Quãdo autẽ compararetur principium efficiens ad finem, possibile esset, ꝙ putaretur ꝙ efficiens esset vehemẽtius fine. & hoc, qa efficiẽs est quod efficit finẽ: & nisi esset ipsum, nõ reperiretur finis. Possibile autem esset etiam, ꝙ putaretur ꝙ finis esset vehemẽtior q̃ ipsum principium, et hoc, quia nisi esset finis efficiens, esset superfluũ. Exẽplum itaq; eius quo constituitur finis vehemẽtior efficiente, est sermo eius, qui narraret turpitudinem alicuius, et diceret, ꝙ expediat, ꝙ referatur ad iniquitatem, quando magis hoc effecerit q̃ aliquis alius, qui constituerat ei hoc. qa nisi venisset ad illum, nõ prouenireț ab eo illud opus, ex quo nisi ipse nõ effecisset illud opus, nõ accidisset illud damnum. Exemplum autem illius, quo agens constituitur vehementior fine, est sermo dicentis, ꝙ quidam sit magis laudabilis hoc opere q̃ aliquis alius. quia ille talis cõsuluisset ei illud opus: & nisi consuluisset ei illud: non egisset illud opus laudabile. vtrobiq; autẽ vtimur eo quod est ante finem occasione finis. Rursus cuiꝰ esse est rarius est excellẽtius. sicut est de auro et ferro. nisi quia si aurum esset rarioris esse, non esset vtilius. Amplius etiam est oppositum huius quod est, ꝙ cuius sæpius est suum esse, est excellentius eo, cuius esse est rarius pp̃ multitudinem suarum vtilitatum. & hinc dicitur ꝙ aqua sit bona propter frequẽtiam sui esse, & communitatem suæ vtilitatis. Ac etiã id quod est difficilius inuentu, est excellentius. quia id cuius difficile est esse, imminuitur inuẽtio: id aũt quod est difficile inuentu, est extraneum, et hoies gloriantur eo. Oppositum aũt huius est, ꝙ id cuius esse est facile, sit excellentius, quia illud reperiretur quotiens expetemus ipsum. Item res, cuius contrarium est vehementius, ipsa est excellentior. Ac etiam cuius contrarũ est fortioris damni, illa est vtilior. Non cõuenit aũt ꝙ per vehementius & rarius hic intelligatur vehementia cõparationis fm bonum solum, sed etiam fm malum, & fm id quod nõ est bonum neq; malum. Sicq; etiam est de finibus et rebus, pp̃ quas fiunt hęc opera: qñ quidã fines fuerint intensioris boni q̃ aliqui alĳ intẽsioris mali q̃ aliqui alĳ, res præcedentes hos potiores fines sunt potiores. Præterea illi habitus, & virtutes, et vniuersalius res efficientes, quę vehementiores sunt, opera prouenienția ex eis sunt vehementiora. qñ proportio operum ad principia est eadem proportioni principiorum inter se. qa si visus esset eligibilior olfactu, aspicere est eligibilius q̃ olfacere. Sicq; est dispositio oĩum operationum ad suas causas efficientes nõ essentialium solũ, sed etiam earum quæ casu accidunt ex re: quia excellẽtis rei casus, quo accidit, est excellens. Et accidentium etiam, quæ inexistunt rei, hoc est ꝙ rei excellentioris accidens est inexistens sit excellentius. Ac etiã qñ amatur homo dues, excellentius est q̃ ꝙ amentur diuitiæ: quia amicitia hois excellẽtior est q̃ amicitia diuitiarũ. Præterea ipsæ virtutes excellentiores sunt q̃ habentes virtutes. Et res, quarum appetitus est studiosus, præstantiores sunt q̃ illæ quarum appetitus non est studiosus. exempli gratia, quia appetitus scientiarum est studiosus: appetitus autem cibi et potus nõ est studiosus: quia scientiæ sunt præstantiores cibo & potu. Sicq; & econuerso, videlicet ꝙ præstantioris appetitus est magis studiosus. sicut quia scientia est præstantior cotu, ideo eius appetitus est magis studiosus q̃ appetitus cotus. Rursus scientiarum quæ sunt magis decoręt, et studiosæ, operationes sunt meliores & magis studiosæ. exempli gratia, quia ex quo scientiæ speculatiuæ sunt magis studiosæ quàm practicæ, earum operatio quæ est ipsa veritas, est magis studiosa reliquis, quarum operatio est ipsa praxis. Et econuerso illæ scientiæ, quarũ operatio est præstantior, sunt præstantiores. &

hoc,

hoc, quia ex quo constituere secundum veritatem est præstantius q̃ ipsa praxis, scientiæ speculatiuæ sunt præstantiores practicis. Hęc aũt duo loca sunt cõnexa, qa ꝓportio artis ad artẽ est, ꝓportio operationis ad operationẽ. Et id qd̃ iudicant omnes vulgares, aut plures, aut prudẽtiores, & meliores tustæ mentis ꝙ sit bonum & præstantius, est præstantius simpliciter & per se: qñ illoꝝ iudicium fuerit fm suam naturam, & qua prudentes sunt, nõ fm ꝙ extrinsecus illud acquisierint ex opinionibus. qñ homines prudẽtes fm suam naturam dicunt virtutes, & bona q̃ sint, & quot sint, & circa quã rem sint: licet id qd̃ constituerint fm suam naturã, sit aliud ab eo, quod constituereturfm sciam. Id autẽ qd̃ dictũ est in definitione ipsius boni, ꝙ sit qd̃ omnes expetunt, intendimus illud bonum, qd̃ omnes expetunt fm suam naturalem creationem, hoc est prudentem. qua quod expetit creatio prudens, qua est creatio prudens, est bonum simpliciter, aut præstantius bonum: sicut notitia eius ꝙ fortitudo, & modestia, & tolertia sint bona, & eorum appetitus dia tũ. Id aũt, qd̃ est bonum in habitudine alicuius hois, est, sicut qd̃ apparet hoibus studiosis, q̃ ferre muriam sit præstãtius q̃ muriam inferre, nam hoc bonũ non cõprehendunt hoies fm suam naturam, sed hæc opinio apparet illi homini, qui fuerit in vltimo iustitiæ & studiositatis. Et rursus bonum, cui connectitur voluptas, eligibilius est, q̃ illud, cum quo non est voluptas. Et id bonum quod est maioris voluptatis, est eligibilius. hoc aũt ita fiet, qa cõmunitas vulgi propinatur ad voluptatem, & quærũt eam: & illoꝝ inquisito voluptatis est, ppter ipsam met voluptatem, non propter aliam rem ab ea. Id aũt quod fuerit talis descriptionis, hoc est oibus extimatu, dictum ꝙ sit ipsum bonum & finis: igitur voluptas est bona. ea aũt, quæ sunt intensioris voluptatis, sunt delectabilia, quæ magis depurata fuerint à damno & mœstitia, et magis perseuerantis permanentiæ. Voluptas etiã pulchri iocundior est voluptate turpis: qñ ipsum pulchrum est per se eligibile, & si non esset iocundum. Et illa est ex rebꝰ quas expetit homo, ꝙ esset causa sui esse, aut libi, aut suis amicis. & vniuersalius quælibet res delectabilis, quę est præstantior, est magis iocunda q̃ vilior. Et illa quę durabilioris tẽporis fuerit, est magis iocunda q̃ illæ, quæ fuerint breuioris temporis. & illud bonum, quod firmius fuerit nobis est iocũdius, q̃ qd̃ infirmius fuerit. & hoc, qua ex quo sanitas est firmior nobis pulchritudine, esse sanitatis est iocundius nobis q̃ esse pulchritudinis. res aũt nobis iocundæ aut iocũdiores, tunc illæ, quarum causa essendi nobis talis dispositionis est altera duarum rerum, aut prohixitas vsus rei: adeo ꝙ delectemur ea propter vsum, sicut est dispositio voluptatis prouenientis ex scientia: aut quia illæ sunt nobis iocundæ, & experimur eas naturaliter. Sicq; ergo res sunt maioris voluptatis, aut lõgitudine temporis, aut appetitu et naturali conuentẽtia. omnes autem res, quæ facile expediunt maiori conuentientia, conferunt nobis sua stabilitate et firmitate. Sumuntur quoq; præmissæ expedientiores & magis studiosi ex locis similium & coniugatorum. & hoc, quia si fortitudo est eligibilior q̃ tẽperantia: vir fortis est eligibilior viro temperato: id etiam quod eligunt omnes est eligibilius eo, quod nõ eligunt omnes vulgares. Ac etiam id quod eligunt plures hoies, est eligibilius q̃ id quod eligũt pauciores: quia bonum, vt dictum est, illud qd̃ omnes expetunt. Atq; etiã illud quod elegerunt primi iudices, hoc est illi, qui non assumpserunt iura ab aliis, qui sunt legumlatores, præstantius est eo, quod illi nõ elegerunt. Illud etiam, quod eligerent illi, qui ordirentur iura ex horum verbis, præstãtius est, q̃ id quod illi non eligerent. Illi autem qui ordiuntur iura ex verbis primorum iudicũ, ex quibus sumuntur bases iurium,

sunt boni animi, magnæ policię, nobilium morum tolerantes: quos Aristo. illas vocat. Amplius in illos, qui sunt speciei indigentis, mittitur ira occasione commiserationis illius: ex quo necessitas cadens in illum est in gradu mulctæ. lenitur autem ira, quæ est in hominum speciem, qui humiliantur ex causa aliqua, & non sunt pertinaces in litigio occasione humiliatis & mansuetudinis, quæ eis inexistit. Et non cadit ira in illum, qui nō blasphemat aliū cōmemorando suos defectos, neq; ipsum deridet, nec eum odit, vel illum, qui hæc fecerit in paucioribus. & si cecidisset ira, leniretur ex eis cito. Et vniuersalius iram lenientia vt plurimum sumuntur ex suis contrarijs, quæ numerata sunt in capitulo iræ. Et in admirandos, aut in illos, ex quibus homines erubescunt non cadit ira, quotiens perseuauerint in hac dispositione. nam impossibile est, ꝙ aliquis homo irascatur in vllum hominem, & eum timeat simul vna dispositione. Qui autem vtuntur odio et vilipensione in aliquem hominem quando irascuntur in ipsum, aut in illos, nō irascitur, aut parum irascitur in eos. Nam qui irascitur in aliquem hominem, non putatur ꝙ illum vt lipendat, & in eum irascatur simul. et hoc, quia non est damnum spreto per vilipensionē, siue per eam sit oblectamentum, siue non. Ira vero est oblectamentum cū damno, sicut in eius definitione dictum est. Lenitur autem ira ab homine, in quem esset ira, si erubesceret de illis, quæ egerit. Res autem, de quibus si ira esset, esset turpis aut inhonesta, sunt quibus homo aut non irascetur ipsis ex rebus iram facientibus, quæ in ipsum venient: et si irasceretur, eius ira cito lenietur. et hoc est, sicut opus vilipensionis, quo homo corrigitur & docetur: licut est docentis increpatio, & sicut est opus vilipensionis, quo intenditur ipse lusus, quando etiam intentum per illud esset iocus. Et differēcia est apud Aristo. inter lusum, & iocum. nam lusu intenditur beneficare animū illius, in quem est lusus: non ꝙ eo lusus proueniat oblectamentum. ioco autem intenditur, ꝙ delectetur iocans cum illo, in quem est iocus. & ideo boni ludūt & non iocantur. & sic etiam est opus vilipensionis, quo intenditur castigatio, & correctio apud impedimenta, & mala accidentia. Et ex illis etiam est satisfacere necessarijs paucis rebus, quibus indiget abominator. nam non irasceretur illis, quādo eis esset eius necessitatis satisfactio: licet sit parum, immo minimum et abominabile. Et vniuersalius omne opus ex vilipensionis aut vilipendentis operibus, quando eo non mitēditur damnum spreti, neq; turpe oblectamentum, aut secum connecteretur spes & expectatio, eo non irasceretur. Exemplum autem illius, cum quo non annectitur vilipensionis damnum, est illud, quo homo corrigeretur. Et exemplum illius, cum quo nō connectitur turpe oblectamentum, est lusus, qui nō peruenit ad fornicationem. Et exēplum illius, cui annectitur bonum spei, est necessitatis satisfactio. Quando autem tempus prolongatur, et non sequeretur ab illo, in quem esset ira, aliquod opus, quod induceret irę nouitet factionē, tam temporis prolongatio limiret iram. Ex his autem, quæ lenirent vehementem iram, esset expetitio sanguinis redemptionis, aut primo ab ipso delinquente, vel ab annexis ipsi de inquenti. Et aliquando nō lenitur ex petitione sanguinis redemptionis ab ipso delinquēte primo, donec expectet ab annexis illi, quando putaret ꝙ primus delinquens nō sint eius compar, sed putaret ꝙ illius annexus sit huius compar. & ideo aliquando relinquit ipsum delinquentem, & petit sanguinis redemptionem ab illis, qui illius sunt annexi. Et aliquando lenit iram vindicta ab alio q̄ ab iniurio, et ab alio q̄ ab illius cōnexis, sed a quocunq; homine cōtigerit. Sicq; etiam leniret iram cælus maximorum malorum in ipsos delinquentes: licet hoc non fuerit eo quo in ipsum deliquērint. nam illi putant, ac si in illis esset sanguinis redemptio. Et quādo credunt de se, ꝙ ipsi sint iniurij, non irascūtur de actibus eis occurrētibus ab illis, in quos iniuriati fuerint. nam ipsi putant, ac si adepti essent sanguinis redemptionem. Et qui de se credūt, ꝙ ipsi sint iniurij, non irascuntur ex actibus in eos occurrentibus ab his, quibus fuerint iniurij. nā illi putant ꝙ illi actus sint æquitatis: de æquitate aūt non est irascendum. Et ideo quod conuenit ꝙ condemnans primo præponat & sermone declaret, est ꝙ condemnatus sit iniurius, & tunc eum condemnet. nam quando res ita fuerit, non proueniret ei damnum à condemnato. Aliquando autem cōtigit de aliquibus paucis hominibus, qui sunt praui & robusti diuites, ꝙ sciant ꝙ ipsi sint iniurij: sed cum hoc irascantur & conquerantur, licet mulcta eis proueniēs iurta fuerit. nam hi non putarent ꝙ eis proueniret damnum. Qui autem non conjectantur vilipensionem & spretum in eos prouenientem, non irascuntur. Hoc autem accideret propter ignorantiam: & aliquando accidit propter magnanimitatem. nam illi putāt ꝙ actus, quibus vilipenduntur, non fiunt ex his, qui eis inferrent vilipensionem. Et ideo magnanimi eligunt quòd autērātur eis plures actus virtutum, quę eis attribuuntur: vt videatur quo modo ex hoc susciperēt impretionē. nam quanto opus ablatum ab homine esset maius, & non irasceretur de eo, tanto magis significaret eius magnanimitatem. & huius occasione, quādo quidam volunt referre magnanimitatē cuiusdā, qui apud eos erat vir magnanimitate notus, dixit et, tu non numeraris in summa ciuitatem regētium vt noscaret, an irasceretur ex hoc, nec ne. & vniuersalius qui non contristatur vilipensione, aut propter minimum spreti momentū, vel propter spreti, & vilipensi magnum momentum, ille non irascitur. nam iam dictum est in iræ definitione, ꝙ ipsa sit damnum cum cupidine vindictæ. In corruptos autem non est irascendum. nam illi tam ceciderant in deterius q̄ sit malum, quod de eis speratur. Et hinc est, quo vsus fuit Homerus hac re ad lenīēdum iram cuiusdam in aliquem alium, qui habentur viri famosi apud illos, quando dixit de eo, in quem esset ira, sic ex nunc sepultus in obscura terra est, ex qua nunquam separare tur. Res autē ita fuit, quia eius misereretur, cui offenderet mortis terror, ex quo est maximū terribilū. Sicq; iam declaratum est, ꝙ qui volūt lenire iram, aut ipsam sedare, conueniat ꝙ sumant præmissas lenientes ex his locis, hoc est horum locorū particularibus. Et vniuersalius ira lenitur, et sedatur de sex hominum speciebus sicut dictum est: quarum vna est ex admirandis: & secunda species est ex illis, quorū pudet homines: & tertia species est ex hominibus iniurijs: & quarta ex agentibus vilipensionem sine electione: & quinta ex illis, quos suppediteret maius malū q̄ eis appeteret ille, qui in eos irasceretur. & sexta est, ꝙ iam perditi & corrupti sint. & hoc est vltimum eorum, quæ dixerat de ira, etusq; contrario.

Caput Quintum. De Amicitia, & Amore.

QVi vero homines sint, qui naturaliter amāt & amantur, & quæ sint res amicitiam agentes, iam stabiliemus, quando præponemus amicitiæ & amabilitatis definitionem. Et dicimus ꝙ amicitia sit, ꝙ homo cupiat ipsum bonum alij homini propter illius hominis subsistentiā, non propter seipsum: & ꝙ ei insit vis & habitus, quo agat illi ipsum bonū. Amabilitas autem est, ꝙ vterq; illorum ad alterutrū sit huius dispositionis, quando autem hoc ita fuerit, verus amicus est, qui simul amat & amatur. Et putatur ꝙ hic indigeamus ad perfectum amorem tertia conditione,

tione, quę est, ꝙ cum hoc ꝙ vterq; eorū amet bonum alteruttius propter sui socij substantiam, sciat vterq; eorum amicitiam sui comparis ad illum. quādo autem hoc suppositum nobis fuerit de amicitiæ definitione, manifestum est ꝙ amicus sit, qui delectetur bono alterius, & illi communicet in damnis & doloribus, qui in eum descenderint, non ꝓpter se, sed propter ipsummet eius amicum. quando autem amicus fuerit talis dispositionis, vnusquisq; suorum amicorum gaudet & lætatur in eo. Et ideo viri, qui cōmunicāt naturaliter in malis & damnis, sunt connexi. Inimici autem sunt horum contrarij: hoc est, ꝙ contristātur bonis prouenientibus suis inimicis, & delectantur malis illis cadētibus. Quādo autem in amicitia hoc contingit, manifestum est, ꝙ signum quo stabilimus, ꝙ aliquis homo sit amicus & diligens, sit ꝙ conqueratur de malo cadente in suū amicum, & gaudeat bono illi prouenīēte. Et ex signis etiā amicitię est communicatio in bono et in malo. Et similiter suorum signorum est, ꝙ actus amici sit contrarius actui inimici de vna & eadem re, quando alterutris cō parati fuerint: sicut ꝙ putaret aliquis, ꝙ ei suffragaretur duo viri, quorum vnus et opitularetur, alter autē ipsum proderet. Nā ille, qui et suffragaretur, esset amicus, et qui eum proderet, esset inimicus. Postquam autem iam declaratū est, ꝙ amicus sit, qui suo amico cuperet bonum propter ipsummet suum amicum, & ꝙ hi amici sint naturaliter, manifestum est ꝙ qui beneficerunt alicui hominū vel hoibus, aut illis, qui pro eis sunt, illi sint horum amici, quibus beneficerunt. Et ꝙ beneficium sit vnus actuum amicitiæ. Et similiter qui in alios viros egerint maximas res laboriosas & defatigantes leuter & solerter, sunt etiam dilecti eorū, quibus hæc egerint: siue ille simpliciter defatigates res fuerint, aut solo tempore tuæ factionis sint defatigantes: siue ipsimet hæc egerint, siue non egerint hæc ipsimet, sed ipsi esset causa aduentus illius excellētis rei illis. & illi, de quibus putatur ꝙ ipsi cogitent benefacere, sunt amici. Et amantes amātem sunt amici: & similiter qui amantur ab amicis: & qui oduint etiam illum, quem aliquis homo odit, sunt illius amici, & sic illi, quos alicuius hominis inimici oduint, sunt illius amici. Et omnes hi, hoc est amici, videtur esse amici, quia illis videtur ꝙ horum bona sint sua. & ideo optāt ꝙ bona, quæ sunt sua, sint etiam suorum amicorū, sicut sunt sua propter suos amicos: hoc est, quia ipsi benefactunt eis, et illos venerantur. huius occasione liberales & potentes venerantur, hoc est, occasione, qua homines putant ꝙ eis cōferatur vtilitas ex illis. Bonum autem, quod illis prouenit ex hominibus, est ipse honor. studiosi autem gratifici sunt, qui largiūtur vnicuiq; ex bono, sicuti ferre possunt ſm singulas suas dispositiones. Minima autem suarum dispositionum est, quia illi neminem penitus defatigarent, sicut dicit Aristo. Talis autem dispositionis sunt, quando non vtuunt ex suis socijs: hoc est, ꝙ sui socij nō tradant eis suum victum. sed suus victus sit ex suomet exercitio, & sui corporis labore. Horum autem studiosior est ille, cuius victus est ex re nobili: sicut est victus, qui est ex militia, quæ fit ſm legem nō rerum vtensilium, aut suus victus fuerit ex venatu & armentaria. Et vniuersalius suus victus est ex modo, quo non indigent conciuibus, nisi eos ad hoc conduxerit ipsa senectus. Et de hac specie hominum putatur ꝙ sint magis temperati q̄ alij nemini iniurij perfectę conuenientiæ. Et illi etiam sunt dilecti, quibus conuenit ꝙ de eis fiāt actus, qui de amicis fiunt, aut hoc elegerint. Hi autē sunt ipsi boni studiosi sibimet ipsi de se sufficientes extrarijs rebus contenti. Et ideo quando aliquis homo vellet amici beneficiū gerere versus suos amicos, hoc eis beneficio vsus esset, ac felices fortunati etiā siue cunctis bonis, hoc est animi & corporeis & exterioribus: siue beneficijs illis, quę solum virtutes sunt: siue rebus, ex quarū prouentu homines admirātur: siue simpliciter siue respectu horum, quibus prouenerint, illi sunt amici. Et illi, qui boni animi sunt, & quorum societas placeret: et si tota die comitareni occasione oblectamenti quod ferrent, absq; ꝙ suum colloquium sit fastidio, horum singuli sunt amici: quia eorū mores sunt optandi & faciles, & non verturtur versus peccatum & malitiam. & illi, qui non seruant iram, neq; sunt versuti, neq; valde sensibiles sunt: hoc est non excitantur ad operandum malum, quando promouentur. Et ideo quicunq; eis coniunguntur, omnes hæ turpes dispositiones sunt vim inferentis, hoc est vtentis hominibus terrore quodam, & clamoribus apud orationem. & similiter sunt rudes homines, qui robore suorū corporum ferrent verbera, vel ferrent quamcunq; vim, quæ in eos inferreretur: vel in quibus congregant ambæ dispositiones, sunt prompti ad lites & ad correctionem suorum affinium, & vicinorum ac amicorum. & hoc, siue quādo illi valerent illos corrigere, vel quando terrent cogitādum, ꝙ sua correctio sit quodammodo cōmiseratio. Et illi qui laudant aliquos, amant ipsos laudatos. nam sperant, ꝙ cōmunicent eis bona, quæ apud eos sunt, propter quæ eos laudarint: & apud illos laudantes habentur amici illorum, quos laudant. & quādo laus esset verbis, non est laudandus aliquis vllo bono, quod et non insit. & vita eorum, qui egregij habentur propter indumenta ornata, & vestes mundas, non est amanda. nam videntur ꝙ venerentur hominem ea munditię, quę non fastidiant eos turpibus aspectibus. Illi autem, quos non pudet vitiorum, neq; corrigūtur ex patrata culpa, qui hæc committunt, violenti sunt. violenti autem odiendi sunt. per vitia autem intendo maleficia, quæ homo cōmittit aduersus Deum, & per culpas eas, quas delinquit in socium. Illi autem qui nō ferunt odium, nec permanent in animi rancore & odij obseruantia, sed cito placantur & auferunt sua ira, ipsi habentur amandi. et hoc, quia putatur de eis, ꝙ sicut illi sunt talium cōditionum versus homines, sic sint versus suos amicos. immo illi digniores ad hoc esse tenetur. Et illi etiam sunt amici, qui non obloquuntur neq; dignoscunt maleficia suorum consanguineorum, & vicinorum atq; cognatorum, & qua illi sunt boni, non est apud eos malum aliquod. Ac illi sunt amandi, qui non seruant iram contra illos, in quos irascūtur, vel suo animo vellent illis inesse bonum. nam qui contra animum huius sunt, contentiosi cernūtur. Et quos admirantur ab eis specie differētes ac ipsi se ipsos admirātur, tum amādi. nam nemo admiratur seipsum, nisi de re, quæ vere virtus sit apud eum, qua sit admirandus. Et congaudētes hominibus, qui sunt apud eos, sunt amici illorū quibus congaudent: & euidentius quādo gaudium fuerit ex noto affectu, qm̄ de illo putatur ꝙ dignus sit illud gaudium stabile esse, & ꝙ ille non fingat illud gaudiū. Et honorati amant honorantes eos: et honorati habentur amici apud suos honorantes. Et illi virtuant amici, quos homo cuperet, ꝙ et æmulentur æmulatione, cuius non sit excusatio, neq; accusatio in ipsum, quia homo nō cuperet hoc ab alio, nisi ab hoie, cui cuperet vt constarent suæ virtutes. Appetit autē hoc ab illo, qui est apud ipsum dignus huius rei. & ideo qui apud eum esset talis conditionis, aut esset tibi amicus: tu cuperes ipsum esse tuum amicum. qm̄ quādo est amicus amicis, dignior est, vt et constent virtutes, quæ vtiliantur. Et beneficij habētur amici apud illos, vt ipse spes egerint illud bonum, nisi succedere accidentibus bonis eorum, quod sit vehementius, & fortius efficiat eum in quem fit pendium, et graue seruitium. Et illi, qui amant affines,

&

& remotos illos eorum, qui viui, & qui mortui sunt: hoc est, quorũ mors est tẽpore proxima, inter ipsos fines vel cõsanguineos vel etiam alienos, quia nec ut non coniungantur nisi duabus cõditionibus: quarum vna est, cp sua mors sit proximi temporis: & secunda, cp sint affines vel alient etiam. qm̃ vnusquisq; hominũ amat occasione iuris amicitiæ illorũ. nam quando homo amat extraneũ, dignius est cp amet affinem. & qm̃ amat mortuum, dignius est cp amet viuũ. & ideo sunt de numero illorum hostium, qui nimis amant suos amicos: & non parcunt amare eos. nam hę hominum species sunt bonę. homo autem amat bonos qui non sunt sui amici, tanto magis amicos, & quorum amicitia nõ est ficta, neq; sunt apparẽter amici. Et illi sunt hominis amici, quorum non pudet eum mentionem facere eorum in turpem partem: quia amicus est ille, quem non pudet obmittere illas res, quas homo ageret ludis occasione. Et vir inuerecundus amat inuerecundum virum: quia non timet ipsum, & tutus est de eo. Et similiter traq; homo amat, quem non timet & cõfidit de eo. nam nemo amat virum, quẽ timet. Species vero actionum amicitiæ sunt comitatus, & conuersatio cum hominibus, & cõsimiles huius speciei ex his, quæ mutuo amici alterutris agunt. Amicitiam vero agentes sunt amici sustentatio, & prouidere ei, et cp homo benefaceret alicui, quando non indiget eo viro, & quando egerit aliquod beneficium, nõ referret illud, & ostenderet cp hoc egisset contemplatione illius, cui illud egerit, nõ occasione alterius rei. Hęc traq; est summa eorum, quę dixerunt de amicitia. In inimicitia vero, & odio expedit cp tumantur hæ tres res ex dispositionibus harum contrariꝰ: quæ notæ sunt cognitione harum, quas retulimus. Inimicitiã vero agentia sunt facere id, quo homo irascitur, & vitij attributio, & accusatio. Intendo autem per vitij attributionem vilipẽsionem vniuersaliter: & per accusationem obloquium inter duas personas. Differentia aũt inter inimicitiam & iram est, quia ira fit rebus, quæ fiunt in irascentẽ, aut in illum, qui tuo loco fuerit: odium autem & inimicitia fiunt, & si nihil inimicus egerit in suum inimicum. qm̃ nos odio habemus vitijs mancipatos: & si nihil in nos deliquerint. et vniuersalius quando putaremus de aliquo homine, cp eius odium expediat, semper ipsum odimus. Et alia differentia est. nã ira fit in singulares: sicut sunt Zayad & Aomar, seu contra certos numero. inimicitia vero & odium potest esse contra genus. nã nos odimus Barbaros, & ipsi odiunt nos. & similiter inimicitia fit contra speciem, quia nos odimus latrones & bilingues, & homines omnes simul oduntillos. Et tertia differẽtia est, quia ira temporis curriculis pacatur, absq; q̃ille, in quem est ira, aliquid egerit in irascẽtem, quod auferret iram ab eo. odium autem non pacatur temporis lapsu: quotiẽs inimicus non egerit in aduersarium, quod inferret ei amicitiam. Ac etiam ira est appetitus, cp occurrat q̃dam certa res in illum, in quem est ira. odium vero est, cp ab inimico occurrat in suum aduersarium res indeterminata: hoc est, cp quotiens acciderit ei malum, adhuc inimicus appeteret, cp ei adueniat aliud malum. & hoc, cp in quo irascitur, cupit cp cadat in illum, in quem irat. Fit quædã certa res, qua lenitetur furor ęstus, inimicus vero non cuperet hoc, sed indeterminatum malũ: hoc est semper petus, q̃ accidisset. Inimicitia traq; differt ab ira his discriminibus. Præterea quia noxiæ res excitant odium, & magis nociuæ magis gignũt odium, sicut est iniuria et ebrietas. & vlterius, quia irascenti aduenit dolor cum voluptate, vt dictum est: odij vero qui odit, nõ aduenit voluptas. Rursus, quia tra aufertur paucis rebus, quas homo ageret, hoc est lenibus verbis: odiũ vero nõ auferetur per hoc. Præterea quia irascens cupit, cp accidat in illum, in quem est ira, aliqua vis tantum modo cum hoc, cp non priuetur esse. Inimicus vero optat, cp suus aduersarius oĩno priuetur mundo. Notum autem est, cp his rebus, quas narrauimus, possumus oratiõe stabilire, qui sint inimici vel amici, aut eos ita constituamus et si ita nõ sint: hoc est, aut inimici vel amici. Et similiter posse nobis est per notitiam harum earundem rerum confutare rationes loquentes de amicitia & amore: hoc est, cp talis sit inimicus, & talis sit amicus. Hoc autem fit, vt diximus, per notitiã quid sit amicitia & inimicitia, & ira: & per notitiam illarum trium rerum de singulis illarũ, hoc est eas agentia viros apros, eas operari, et pati ab eis. Conferre autem notitia constitutionis inimicitiæ & iræ ad cõstitutionem iniuriæ. nam vna causarum, quibus inquus iniuria afficit, est inimicitia & ira. vt cp constituemus cp Zayad sit nobis iniurius: quia inter nos & ipsum sit inimicitia. Et hoc est vltimum eorum, quæ dicuntur de amicitia, & inimicitia.

De inimicitia, & odio.

Timor qd.

Caput Sextum. De Timore.

NOritiam rerũ illius, à quo fit timor, & de quo fiat, hoc est ipsum agentium, & illorum qui timent, nos traq; declarauimus hic, postq; definiuerimus quid sit timor, sicut in præcedẽtibus capitulis fecimus. Est autẽ timor dolor, vel turbatio ex malꝰ imaginatione, quem homo timet, ne ipsum corrumpat vel torqueat. Intendo autem per dolorem mœstitiam & angustiam, quæ animæ aduenit: & per turbationem errorem animaduertentiæ: & per corruptionẽ ipsam mortem: & per tormentum id, quod est citra ipsam mortem. Adiectum autem est in malo terribili, cp corrũpat, vel torqueat. nam possibilitas essendi vitia homini sunt mala contingentia, sed homo nõ timet ea, sicut sunt iniqui & pigri: neq; corruptio omnis, quę sit pauca corruptio vel tormentum perterrens, sed quod sit vehemẽs. quia nemo timet quod paucum est. Neq; etiam est timendum ea, quorum casus esset futuro & remoto tempore, sed quæ succedentia sunt proximo futuro tẽpore. quia nemo timet malum futurum, quod est remotum. cuius signum est, qa quilibet homo scit, cp sit moriturus absq; dubio, sed quia nescit cp citius futura sit de proximo, non timet mortem. Cum autem timoris hæc sit definitio, notum est cp terribilia sunt ea, quibus putatur, cp insit vehemens vis ad corruptionẽ, hoc est perditionem, aut ad inferendum aliquam speciẽ dãni conducẽtis ad dolorẽ vel tormentũ vehemẽs, aut corporeũ, sicut sunt morbi, vel animi, sicut sunt de pressio & vilitas. Quòd aũt id qd̃ est talis conditionis sit terribile, est per se notũ. Nam terribile est malũ, qd̃ putatur propinquum. et ideo periculũ, et inuasio vehemens est prope rem terribilem, quod agit odiũ, et iram in ipso timido, et ipsum promoueret ad propulsionẽ et obiectionem rei terribilis. Quãdo autem homo cupit malum, & valet ad illud, certum est cp eius malum elit actui propinquum, & necessario est terribile. Perterrentis aũt dispositio est, sicut dispositio iniqui: hoc est, quia iniquus fit iniquus faciens cadere nequitiam his duabus rebus: hoc est, valore ad nequitiam, & desiderio ipsius nequitię. nam iniquus actu infert nequitiam, quando valet ad nequitiam, & vult nequitiam agere: quia iniquus sine dubio semper vult agere nequitiam, & eius appetitus præcedit suam actionem. Accidit autem ipsa nequitia, tẽpore, quo vim habet ad illius actionem. Sic ergo, quando ambo hæc congregantur in eo, eius nequitia fit propinqua. et similiter timor etiam fit et in quo coniunguntur hæc duo, hoc est valor, & voluntas. et ideo nemo timet imbecillium malũ, licet velint malum inferre: sicut non timentur robusti, quãdo nolunt

nolunt facere malum, & plures homines impedit à maleficio ipsorum imbecillitas, vel timor mali perterrens eos, ne eis fiat. Malum autem cadẽs in aliquem, quod iam factum est i alium virum, est magis terribile. Et illos, qui habituati sunt facere vehemẽtia excessiua mala, viri naturaliter ipsos timent. Et qui possunt sumere pœnas, sunt terribiles, nisi habeant morem indulgẽdi. Et vniuersalius qui habent valorem ad damnum, semper sunt terribiles apud illum, in quem possibilis est illa species damni, exẽpli causa, quia latrones perterrent diuites, non inopes. Hoc autem ita fiit: quia nequitia vt plurimum fit hominibus apud potestatem: hoc est, cp vbi reperitur valor, ibi inuenitur nequitia. & illi, in quos aliquãdo cadit nequitia, & putant cp futuri sint, vt in eos nequitia inferatur, semper timent tales viros iniquos. Et illi, quibus semper puenit oppositum eius quod sibi sperant, sunt timidi. Et illi, quorum naturæ est nequitia, quando habuerunt valorem, fiunt terribiles. Et quicquid est, in quo non possunt duo communi care, id est vehemens & mirum terribile, sicut est principatus, et fungentes dominio, et imperio, semper sunt timendi: & eo magis quãdo hæc fuerint nocere cupientibus illis, qui in promptu occurrerint, & alijs dignitatibus fungentibus. Et illi, quos timẽt homines studiosi & habẽtes perfectiones, sunt timendi: siue sint de illis, qui non sint remoti ab hac dispositione: siue hæc dispositio eis peruenerit, quando magnificati essent, & auctus esset suus valor. Et amici illorum, in quos facta sit nequitia, sunt timendi ab inferentibus in eos nequitiã. & similiter amici inimicorum sunt timendi, sicut est timendus inimicus. Viri autem iracundi, qui citius promouentur ad iram & choleræ effusionem, non sunt timẽdi apud iram & furorẽ: nam citius auertur horum ira, sed stabiles sunt timendi in ira & odio: & viri tenaces astuti, qui non patefaciunt malitias quas intendũt, an sint propinquę, vel distantes. Et illi sunt cõtrarij iracundorũ. & hoc, quia de iracundis putatur cp non ostendant alijs vigorem, præter illum quem habent. Tenaces autem ostẽdunt hominibus valorem præter suam potestatem. Et omnes hæ res timendæ magis terribiles sunt, quando corruptio casura ex re timenda fuerit ex his, quorum corruptio nõ potest propelli: immo suæ corruptiones essent totalitatis corruptiones. & eo fortius, quando susciptens corruptionem non posset reintegrari de sua corruptione, immo in eum acciderent contraria abhorrenda ab eo. Et illorum, ex quibus nõ est homini euasio, timor est vehementior. Et vniuersalius mala terribilia sunt illa mala, quæ fiunt alijs, quãdo illorum fieri in his alijs est ex his, quę conducunt ad imaginandum suum casum in aliquo homine. & hoc occasione similitudinis, quæ esset inter illum, & inter illos alios, quibus accidit illud malũ. Exempli gratia, quia iuuenis pauet à morte, quando videt cp apprehendisset talem iuuenem, qualis est ipse, non quando accidisset senj, vel decrepito. Hoc autem, quod retulimus de particularitate rerum terribilium, & rerũ, quæ sunt fortioris terroris & vehementioris, proximum est vt sit introductorij ad omnes alias, exceptis paucis, quas homo posset ex se ferre. Quę vero sint dispositiões hominum, quæ quando eis insunt, fiunt timidi, nunc nos narrabimus eas. Et dicimus cp terror sit hoĩs timor, ne ei veniat malum terribile. Hoc autem est per se notũ. quia nemo est qui putet, cp ei non sit peruenturum aliquod malum, & omnino timeat. neq; si meditatus fuerit mala, quæ ei venient, timet illa omnino. neq; etiam timet homines, de quibus putat, cp an illis nõ prouenireti malum vllo pacto. neq; timet, quãdo putat, cp eũ non apprehendat malum. Cùm autem hoc ita fuerit, timor ergo necessario fit illis, qui putent cp eis prouentura sint mala: & malorum, quæ putant cp eis sint prouẽturа: & hominum, quos putant, cp illaturi sint aduentum huiusmodi malorum, & qũ putãt apprehensionẽ eorum ab illis malis, & ipsa esse impressa. Cùm autem vniuersaliter hi sint timidi, manifestum est, cp illi, qui putant cp eis non sit futurum malum aliquod, sunt corporibus robusti admodum decorarum dispositionum secundum res, quæ extrinsecus sunt. Et illi etiam, qui putant se habere has duas dispositiones, licet non ita sint: hoc est, & corporis decus, & conuenientiam rerũ extrinsecarum, dispositionumq; decẽtiam. Et hinc est, cp hutus speciei hominibus reperiũtur, qui culpant hominem suis vitijs, & iniurij, & audaces tradentes se periculis. Causa autẽ huius imaginationis est valoris quidem ex iuuentute & robore. & hoc, quia iuuenis & robustus putat de se, cp bene valeat: & si non ita sit. Decẽtius autem dispositionis propter res extrinsecas accidit hæc imaginatio duabus ex rebus, & nimis opibus, & amicorum copia. quapropter æstimãt se, vt signum ad sagittam cuiusq; aduersi, sed imbecilles ad mala, quia timent suum casum propter debilitatẽ. sunt illi, qui facta patiũtur ipsum malũ. Sed est differẽtia inter illos, quia his inest spes euasionis: illi autem procurant suam adeptionem. Signum aũt hoc ostendens est, quia illi apud timorẽ indigẽt cõsilio. Nemo aũt timens cõsulit de eo qd̃ timet, neq; de eo qd̃ timet & nõ sperat euasionẽ ab illo. Et ideo definitio timoris est, quo timidus sperat ex actu, quẽ ab illo intẽdit suam ablationẽ. est timor, cum quo coniungitur spes euasionis ab illa re terrente eum. Et ille est timor, qui confert hunc artis: hoc est, quem expedit oratori, vt ipsum stabiliat in animum illius, quẽ vult terrere: hoc est iudex vel auditor. & hoc, quando illis cõstituerit, cp possibile sit, cp illis proueniat malum ex sua lite, aut cp malum extrum habebit. vt quãdo diceret eis, cp alijs hoc contigisset ex sibi consimilibus & talibus: & cp multotiens accidit hominimala, quæ nõ putat esse mala, aut mala, quæ homo putat cp ei nõ succedant: vel ab hominibus, de quibus non putaret hoc, vel tempore quo non putaret. & consimiles orationes his. Hinc traq; declaratũ est, qd̃ sit timor, & res ipsum agentes, & homines apti ad hunc affectum.

Caput Septimum. De Fortitudine.

EXpedit etiã cp declaremus quid sit fortitudo, & quæ sint res ipsam agentes: & quæ sint dispositiones, quæ cùm insint hominibus, fiunt eis apti ad susciptendum hunc affectum, hoc est fortitudinem. Et dicitur, cp fortitudo & confidentia sint contrarium timoris. Illæ autem fiunt apud imaginationem seu cogitationem spei euasionis, quæ sit quasi proxima: & imaginari timenda esse aut oĩno ablata aut remoti causis. & putare res largiẽtes fortitudinem esse proximas, ex quibus sequitur fortitudo. Et intendo per largientes fortitudinem, copiam diuitiarum, qua propellerent terribilia occurrentia. Ac etiam si homo imaginaretur repulsionem, & reuersionem hominis, qui ipsum terreta ceret per rem, qua perterreret, illud est ex his, quas largitur ipsa fortitudo. Et similiter si putaret, cp habeat plures fautores viros nobiles, qui eum cauerent, ne malum ei accidat. Et ex his, quæ largiuntur fortitudinem ipsi homini, & ipsum tutatur, est, cp ipse nõ sit iniurius propter timorem mentæ pœnæ ipsius iniuriæ, neq; sit lacessitus iniuria propter timorem redditus iniuriæ ipsum. Et ex his quæ te tutãtur ab aliquo homine, est, cp inter vos non sit contentio, nec luior alicuius rei: vel no: siue putetur de te, cp tibi sit vis ad contentionem, siue non habeas huiusce modi vim. Et ex his, qui tantiguntur confidentiam ab aliquo homine, est amor & intuitus sibi præcedẽs fin effectũ vel affectum. hoc est,

Et

ſicut eſt condonatio bonorum aut commiſeratio eorꝝ. Et ex his, quæ largiuntur confidentiam de aliquo homine, qui eſſet timendus, eſt, ꝙ ille homo ſit officioſus geſtorum nobilium & excellentium virorum, & diligat connumerari eis, vel operaretur actiones ambarum ſpecierum ſimul. Diſpoſitiones vero, quæ quãdo inſunt quibuſdam viris, fiunt eis fortes, ſunt hæ: quarum vna eſt, quod putetur quòd parati ſint propellere & corrigere mala eis occurrentia, prædominando rei quam timẽt collaturam eis illa mala: & ꝙ ipſi non dolerent ea, vel non prouenirent ex eis perditio: hoc eſt ex illis malis eis caſuris. Et illarũ eſt, ꝙ iam ſæpe paſſi fuerint flagellum ſummi mali, et ab eo cuaſerint: hoc enim eſt ex his, quæ tibi largirentur fortitudinem contra timendum malum. Et aliquando reperiuntur homines, qui non timent mala contingentia, neq; dolent eis duobus modis: quorum vnus eſt, quando nõ nouerint illa rem timendam: hoc eſt, ꝙ illius ſint ignari. & ſecundus modus eſt: quia iam experti ſint illam, & cognoſcant eam, et hoc eſt notum ex eo, quod accidit in fluctuatione maris, etuſq; procella nauigantibus per ipſum. quia qui non ſunt experti maris tempeſtatẽ, ſunt fortes propter ignorantiam eorum ſuæ ſubmerſionis. Et illi, qui eam experti ſunt, fiũt etiam fortes aduerſus illam, quia conſequuta eſt eis confidentia de illa. Et ex his, quæ tutum reddunt a timendo malo, eſt ꝙ non ſit timendum apud conſimilem virum, & ei conformem: vel apud illum, qui eſſet infra ipſum, licet iam putetur ꝙ malũ ſal tu trãſgrediatur domos vilium, & ingrediatur domos eximiorũ: ſed id, quod magis eſt cõſuetum eſt primũ. Et illi, qui putant ꝙ ſint præſtantiores magiſtratibus eis imperantibus, non timent illos. Et ſimiliter qui vere ſunt præſtantiores illis, & qui illis ꝙquantur dignitate, non timent ipſos. Et ſimiliter qui putãt, ꝙ abundẽt rebus, quibus eis conueniret perfectio et magiſtratus, ſicut eſt diuitiarum copia, & corporis robur, & cuſtodia fratrum & concium & valentium militum, vel omnium aut nobiliorum & excellentiorũ ex illis apud illam gentem. quia hoc nihil retert. Et ex illis, quæ largiuntur fortitudinem & tutantur, eſt, ꝙ homo non ſit alteri iniurius, niſi ſuo inimico iniuria, qua terreat ſuũ aduerſarium ſolum. Et vniuerſalius homines illius ſpeciei, qui bonę diſpoſitionis ſunt circa ea, quæ ſunt inter ipſos & inter Deum ſunt tutiores. Et ſimiliter qui fuerunt decentis diſpoſitionis circa ea, quæ ſunt inter eos, & inter homines. Et ſimiliter qui apud homines fuerint talis diſpoſitionis, conſtituuntur in cõmerciis quodam ſignorum ſignificantium decẽtiam diſpoſitionis. Et illi etiam, quorum diſpoſitiones ſunt conuenientes apud dicaces, hoc eſt ſua lingua valentes: ſicut ſunt oratores & poetæ & apud intelligentes non timent, quia quando tuti ſunt de his, tanto tutiores ſunt de aliis. Et tra etiam eſt ex his, quę fortitudinem largiuntur. Et ex his quę fortitudinem largiuntur homini, & ſuam iram extendunt, eſt, ꝙ ſit laceſſitus iniuria non iniuriis. Laceſſitus vero iniuria fortificatur ire occaſione, & ex eo ꝙ credit, ꝙ Deus eripiat laceſſitus iniuria. Et ex his q̃ conferunt fortitudinem in opere ipſius mali, eſt, ꝙ homo putet ꝙ ei non accidat malũ: vel ſi et accideret ipſe illi repugnare & reſiſtere poſſet, et ſuas cauſas. Iam itaq; ſufficienter diſtinximus de largientibus fortitudinem & inferentibus timorem.

Caput Octauum. Sermo De Verecundia, & Vituperio, & Inuerecundia.

QVæ vero ſint res, quarũ hominẽ pudeat, vel nõ pudeat, et apud quos hoies ſit verecũdia, & quę ſit diſpoſitio, ꝙ q̃ homini ineſt, accidit et hic affectus, fietur ex his quę dicemus: quod eſt, quia vituperiũ vel verecundiæ definitio eſt dolor, vel perturbatio accidens apud malorum caſum, quæ hominem conſtituunt non laudandum, vel tempore præſenti, vel præterito, aut futuro. Inuerecundia vero eſt paruipenſio, & paucitas doloris & contriſtationis de factione harum rerum: hoc eſt illarum rerũ, ex quibus eſt verecundia. Cùm autem hæc ſit verecundiæ definitio, manifeſtum eſt ꝙ hinc fiat vituperatio hominis: hoc eſt, ex eo ꝙ ex malitijs reputatur vilis abhorrendus, quando ſibi hęc de ipſo apparuerint, vel illi qui in ipſum inſpiceret, quicqd fuerit, huiuſmodi eſt vel opus prauorum, vel ſceleſtorum. Intendo autem per opus prauorum, illud, de quo prouenit aliis ab eo damnum: ſicut eſt commiſſorum abnegatio, & detentio iniuſtitiæ cauſa. Per ſceleſtorum vero opus intelligo vitia, ex quorum maiori parte nõ prouenit damnum aliis, ſicut eſt proiicere arma, & fugere ratione puſillanimitatis & timoris. Et ex malitijs ſceleſtibus, quibus homo verecundatur, eſt ſocietas alicuius, cuius ſocietas non eſt conueniens, quãdo ſua ſocietas nõ deceret illi: aut quorum ſocietas non eſt conueniens, ſunt habẽtes malitias & habentes viles mores. Et ex rebus abhorrẽdis etiã, ex quibus homo recederet propter pudorem, eſt emptio ex rebus abominabilibus vel ſceleſtis aut imbecillibus ſicut qui emeret rem mendicorum aut mortuorum. Et ex morbis, quibus homo vituperatur, eſt ꝙ ſit diues, & nõ ſumatur aliqua vtilitas ex ſuis diuitijs, et ſi qua vtilitas ex eo ſumeretur eſſet minimum quid. & huiuſmodi eſt, ꝙ petat res mutuo ab eo, qui illis indigeat: & eſſet quando poſſibilis eſſet alicui aliquam rẽ, & ille peteret eã ab eo, ſi ipſe poſtularet eam, quaſi ea indigeret, vt ille abſtineret ab ex petitione rei ab eo quam promiſerat illi. Et huius contrarium, hoc eſt, ꝙ quando peteretur aliqua res a petente, ipſe peteret ab ille propoſuerat, vt ex ſeipſa repellatur petitio. Et ex illis, quibus vituperatur homo, eſt, ꝙ laudet aliquẽ virum, quando videret eum anhelare neceſſariorum ex petitionem, & vltra illud tempus non laudaret illum: immo quando videret, ꝙ eius ſpes ſit amiſſa & perdita, aliquando conuertereturin illius vituperium. Et ex illis, qbus homo vituperatur, ſunt aſſentationes, quæ ſint quaſi laus. & hoc, ſicut ſi laudarem hominem per plusq̃ eſt inſit, vel, pferat ſcelera & vitia ſub forma virtutum, vel ꝙ alicui viro contingeret animi dolor vel anguſtia, & oſtenderet hoibus, ꝙ ipſe ſit vehementioris doloris q̃ ſit, & fortioris mœſtitię. et ex his conſimilibus ex eis, quæ ſunt huiuſmodi ex ſignis aſſentationum. Et ex his, quibus homo vituperatur, eſt parum ferre dolorem vel tormẽtum: ſicut accidit ſenibus, qui conducunt putare, ꝙ eis contingat ex ſenectutis imbecillitate plusq̃ eis inſit. Et ſicut accidit delicatis, & ſuis gentibus imperio, qui tremunt ratione ſui dominij ex minima cauſa, quæ eis accidit: cùm putaſſent ꝙ nulla vis eis inferatur. Et ſimiliter aliis ab his, qui fuerint ijs imbecilliores: hoc eſt hi, quibus minima debilitas videtur ſumma imbecillitas. nam omnes hæ diſpoſitiones ſunt vituperandæ, & ſunt ſigna vilitatis & depreſſionis. Et ex his, quibus aliquis ſit vituperãdus, eſt, ꝙ ſit ille vir vituperans & deturpans alium de bonis paſſionibus vel actibus: ſicut ꝙ ipſum vituperaret de actu liberalitatis, vel de compaſſione ſui amici, aut de pietate & commiſeratione eius. Et huiuſmodi etiam eſt, ꝙ homo laudet ſe ipſum, aut narret de ſe res decoras, vel tribuat ſibi operationes aliorum. nam omnia hæc ſunt ſigna taſtantiæ. & ex his moribus ſceleſtis, quos diximus ſumitur ſignum illorum, de quibus mentionem nõ fecimus: quia ſingularium ſimplicium malitiarum & vitiorum ſunt quidã actus & ſigna, quæ eos ſignificant. Et ex hominis vituperationibus eſt, ꝙ eius geſta ſint

Verecundia quid.

Vnde fiat vituperatio hominis.

ſint ad modum vituperãdorum, & ſi non ſint vituperanda: ſicut ꝙ quidam vir eſſet familię aut reipublicę, quę eſſent ſceleſtę. nã ex his homini accidit vituperiũ, licet et non inſint res, quarum ipſum puderet ſm ſe. Et ex his, quibus homo vituperetur, eſt, ꝙ eius conſimiles et compares viri agerent decoras operationes, quibus ipſe communicaret ſecũ: hoc eſt in omnibus illis, aut earum maiori parte. Intendo autem per eius conſimiles, genere æquales, & qui fuerint vnius reipublicę. & per compares intendo illos, qui ſunt animis propinqui: & qui vna diſpoſitione fuerint connexi, aut ſocietate vel amicitia, aut qui vnum finem intendũt: & vniuerſalius quicunq; coæquantur vna re: ſicut ꝙ ſint homines vnius artis vel vnius exercitij. Hoc autem fuit, quia hominis differentia & diuerſitas ab eis, qui ei coæquantur, eſt illi vituperium, abſq; excuſatione etiam pœnarum eis occurrentium, & malorum, quę eos opprimerent. & hoc, quia quando homo non communicaret cum conciuibus in laboribus eis contingentibus & cum amicis in anguſtijs eis accidentibus, eſſet ei vituperium: et ſimiliter in omnibus reliquis bonis & malis. Et omnes actus vituperationum, quos diximus, ad uenunt his hominum ſpeciebus, quas numeraũimus: & hoc ſm plurimum: ſicut ſunt ſceleſti animo viles, & cõſimiles. Et hi actus, quos narrauimus, ſunt actus, puenientes ex malitia & turpitudine morum: & tanto magis, quanto homo ex ſe eſſet cauſa illorum talium actuum. Vituperationes vero, quę homini aduenunt ex hoc ex his, quæ ei prouenũt ab aliis, ſi fuerint ei ob temperantes, aut ſecum annexi, quocunq; modo conexionis, ſunt quæcunq; ſint ex his, quibus intenditur illum vilipendere apud homines, & ipſum vituperare. & hoc eſt ſicut omnibus diſpoſitionibus vilibus turpibus: ſicut ꝙ abraderet ſuam barbam, aut induere virum veſtem mulebrẽ, ſicq; de omnibus coitibus, qui fiunt cum mulieribus & pueris. et huiuſmodi eſt turpitudo & vilipenſio. Et intendo per turpidinem famoſitatem rei turpis apud homines. Per vilipenſionem vero, ſicut ꝙ paruipendatur & iniurietur, vel ſit ſolus, ne minem ſaluum facientem habens. Et ex his rebus turpibus ſunt illæ, quas homo componeret, & eas conſtitueret ex aliis, occaſione malitiæ & turpitudinis: ſicut eſt actus illorum, qui non animaduertũt quo modo ac quãdiuerint diuitias ex modis turpis acquiſitionis. & ꝙquũ eſt, ſiue hæ res aduenerint homini ſerio vel abſq; electione: ſicut eſt fornicatio hominis vxorũ ſuorũq; natorum. iam enim ex hoc illi aduentret opprobrium, ſiue hoc fuerit ſuo arbitrio, ſiue fuerit non præmeditate. Et ex his, quibus homo eſſet vituperãdus, eſt ꝙ ex petat ſui ſanguinis vindictam. Hæ itaq; quas diximus & eis conſimiles, ſunt diſpoſitiones, quibus quando in eſſent hominibus, vituperarentur & opprobrio diſcerner entur. & ipſæ ſunt res, quæ agunt verecundiam & vituperationem. quoniam vituperatio & verecundia accidunt homini, quãdo imaginatur rem laudabilem, qua laudetur, & iam eſſet ab eo ablata. Quoniam vituperatio fit propter imaginationem priuationis laudis: laudis autem priuatione homo contriſtatur, quando eſſet ex venerandis hominibus: manifeſtũ eſt, ꝙ ipſum non pudeat cuiuslibet. Quando autem res illa fuerit, pudet hominem vniuerſaliter virorũ, quorum laudationis defectum doleret, quorum eſt ſpecies hominũ quę te admirantur, & te timent magno exceſſu. & ſimiliter puderet te ſpeciei hominum, quos tu admiraris: et puderet te etiam illorum, quos cuperes ꝙ te laudent. Ac illos oportet te admirari, quorum laudes homines non vilipendunt. Homines autem admirantur quem cunq;, qui habet aliquod bonum excellẽs nobile: ſicut ſunt poſſeſſiones & ſcientia: vel homines admirantur illum, qui habet aliquod bonum, quo admirantes indigerent valde paruum: vel quo indigeret qui eſſet prior q̃ ſapiens admirãdus: & vniuerſalius qui eſſet altioris partis, q̃ homo admirandus. Illi autem, à quibus homo cupit honorari, ſunt hoies et conſimiles: & hoc aut ſut æquales, vel qui ſunt ſuę gentis, aut eius conciues: ac etiam ſpecies hominũ, de quibus homo putat, ꝙ eorum æſtimationes, & creduhtates ſint verę creduhtates. nam videtur ei, ꝙ illi ſint habentes ingenium et intellectum, ſicut ſunt ſenes & rectores. nam homo cupit honorari ab his. & res turpes, quæ oculati ſunt euidentes, & publicæ fiunt, ſunt quibus homo verecundatur magis q̃ ab aliis. Quando aũt res ita fuerit, expedit ꝙ pudor ſit maior illorum, qui ſemper ſunt prope hominem: et illorum, qui ipſum aperiis oculis inſpiciunt. & illi, quos nõ pudet horum, ſunt turpes ſpecies hominum. quia certum eſt, ꝙ inſpiciẽtes hominis geſta, aut laudant vel vituperant ipſum. & imaginatio priuationis laudis, eſt quę operatur pudorem, ſicut præmiſſum eſt. Et illius ſpeciei hominum, cum quibus homo non auderet iocari, & caueret eos, iam puderet hominem ipſum. hæc enim ſpecies eſt hominum, de quibus homo putaret, ꝙ non habeat opinionem, in qua ſit confidendum, & in ea ſuſtentandum: ſicut eſt res, in qua ille homo erraret, vel putaret ꝙ erret in ea. Illi autẽ ipſum dirigerent, ſi erraſſet in illa, vel oſtenderẽt ei ſuã imaginationẽ. nam homo extenderet ſuas actiones aut ipſas publicas faceret ſingularibus egregijs hominibus. Illi autem ſunt illa ſpecies hominum, quos putaret ꝙ continerent regimen & directionem eius. & ideo dicit pulum non pudet ſui magiſtri aut amici, cum quibus homo verſatur quiete & humaniter: ſed ab his q̃ ſunt alij ab his duabus ſpeciebꝰ homo detineretur ſermone abſolut, aut in effectu audere coram eis. nam illi ipſum vituperarent de hoc: adeo ꝙ ſi ipſe hetiam diceret aliquã rem, quam ipſe putaret, et non eſſet ſicut ipſe putaſſet, putaretur de eo, ꝙ tam egerit id, quod hetiam dixiſſet, & vilipenderent obloquentes in ſuum honorem, quo ad hoc, ſiue ea res eſſet ſicut putauerat, ſiue non eſſet. & ideo non reputatur vilitas in lacetſtio iniuria malũ, quod obloqueretur in eum, qui et iniurias iuerat: ſed tamen alteri harum duarum ſpecierum hominum, hoc eſt, in quibus eſſet confidendum & eis ſuſtentandum, quando timetur error, aut ipſis amicis. Ac etiam puder hominesillius ſpeciei hominũ, qui obtemperant hoiis ſcelera, et ipſum arguunt de errore. & illi ſunt homines viles apud omnes. & ſimiliter eſt ſpecies hominũ, qui fingunt ſe mœſtos propter cõſtitutionem ſcelerum ex ſuis verbis, & ſtabilitas illorum erroris eſt per actum vilipenſorum derriſorum. Intendo autem per vilipenſores paruifacientes hominem: & per derriſores fingentes: hoc eſt, qui fingunt rem admodum vilipenſionis illius. & hi homines oditur. & eorum pudet homines. & nomẽ vituperij vertus eſt de his, qui dicti ſunt, ꝙ nomen pudoris. & hoc, quia pudor eſt illius, de quo putatur ꝙ bonum: et vituperium ſit de illo, de quo putatur malum. & ideo pudor virorum maiorum habentiũ eſt miſtus timori. Et illi, quorum hominẽ pudet, ſunt homines, qui illum nõ vituperarẽt omnino de aliqua re. nam ille putat, ꝙ ipſe ſit apud illos ſi gradu illius, quem admirarentur. & illius te puderet, qui aliqua neceſſitate te indiguerit, & tu ſatis: ceſſes eius libito. nam ille apud te eſſet ex illis, qui te laudarent, & non vituperarent. Et hi etiam, hoc eſt, quorum hominem puderet, ſunt, qui vellent hominis amicitiam narrare. nam ſan hanc diſpoſitionem notificarent eius virtutes. Quam illum autem pudet, ne illis contiaret aliqua res vituperãda. Et quorum te eſt pudendum, tum: Et, qui nolut pe xuſſent in homines aliquam rem, cuius ſit pudendum,

Quorũ vere cundẽtur homines.

Præterea

Præterea, quoniam homines non pudet horum scelerum, quæ diximus solum, sed etiam signorum & rationum, quæ illa significarent. & hoc, quia non puderet eum fornicationis solum, sed rationum, quæ significarent ipsam fornicationem: & similiter nō pudereret eum operis ipsorum scelerum, sed etiam locutionis de ipsis: nam locutio de eis est signū, vel ratio de eorum actione. Hęc itaq; sunt species hominum, quorum est hominem pudendum. Illi vero, quorum non est pudēdum, sunt, cum quibus homo comitter oblectaretur, & inspiceret sua negotia. Hi autē sunt duarū specierum, videlicet tratres, & fautores. Fratres quidē sunt, cum quibus homo fungitur opere decoris, quod decorum est apud multitudinem absq; q vere ita sit. Fautores vero sunt, cum quibus fungitur opere simpliciter decoro quod vere decoris est, vel in imaginationis initio. Et illi, quorum hominem non puderet, sunt homines viles & abominabiles. nam illi, quorum opinionē nō ęstimaret, sit ne bona aut mala de eo, neq; q quispiam eorum laudet vel vituperet ipsum, similiter eum non puderet illorum: sicut non puderet hominem bestiarum & infantium. Et pudor hominis suorum gnatorum & alienorum non est vnius modi pudor. & hoc, quia pudor qui habetur apud te cognoscentes, est vere virtuperandorum. ignororum vero est cogitatione & fm famam turpe. hæ itaq; sunt species hominum, quorū homines puderet. & quorum non puderet. Species vero hominum, quibus maxime ineſt hęc passio, hoc est pudor quidam, sunt viri, qui credunt se esse vnius speciei rum, quorum diximus q sit pudendum: sicut sunt illi, quos homines admirantur: & admirandi, quorum diximus q sit pudendum. nam quando homo crederet de se, q sit vnus istorum, pauca ex re estimat verecundia in ipsum, ratione sui timoris, ne mirum sit apud illum, qui ipsum admiraretur, si sibi crederet, q admiraretur ipsum. Illi vero, qui alios admiratur, estimat verecundia occasione, qua, qui omnem rem admirātur, omnis res magnificat apud ipsum: & ipse astimatur minimo turpi, & illud timet, quod plures homines non timerent. Et huius speciei hominum, hoc est, quibus festimat pudor, sunt viri, qui cupiūt esse admirandi apud alios: & qui hominibus indigent necessitate suorū negotiorum, valde eos pudet. Et aliquādo festimat pudor speciei hominum, qui non sunt summo laudandi, neq; egent. nam illi timent ne eis festimet vituperum. Hi autem sunt fm quandam mensuram laudandi. nam non est pudor illi, qui penitus non est laudandus. Et vt plurimum hominem pudet, quando viri, quorum ipsum pudet, inspicerent ipsum. Et ideo, quando quidam voluit augere iram cuiusdam propter verecundiam & vt superiū, quod ei contingeret ex negligentia cautelæ à columbis, finxit ei columbos esse exercitus inspicientes ipsum. egit autem hoc, vt augeretur feruor furoris ad cautelam. Et ideo, quando iracundi et furiosi sumunt pœnas alicuius hominis, vel quorundam virorum per vilipentionē, qua ipsos afficiunt, cupiunt eum eius gentibus ostendere pœnam, quam ab illis sumunt illos afficientes ea vilipensione, vt sua cogitatio vertatur, vt reverentur ab illis, quos ea vilipensione afficerent, hoc est, ab ipsis vilipēsis. Et q̄ mirabile est, quod apparet de furiosis & iracundis in affectu, qui eis aduenit, cuius sit principium & est rerum, quæ aduenient eis, vel aduenerunt parentibus, aut aduenerint admirandis ab eis & amicis talibus in illo, propter quem eos puderet. & illi sunt viri, quos prædiximus. & sunt liter ex illis apparent vehementes actus cautelę et feruoris ad illos, q̄bus attributionē habēt: sicut suis doctoribus, vel suis consilibus, aut suis dominis, & aliis his similibus ex illis, quorū gloriam & honorē cupiūt: q̄m

Qui verecūdentur.

q̄ maximum est quod agunt iracundi & magnanimi in talibus excellentiis, nec obmittunt aliquam rem incognitam, quam exposceret ipsa cautela, adeo q propter hanc suam negligentiam eis contingeret vituperium. & magis fit ex eis hoc opus, quādo putant q hi, quos torquent, inspiciant eos: nam ipsi non desisterent tergiuersari eis. & duplatur suus pudor, & verecundia propter id, quod neglexerint, et propter ipsum ceciderint in vituperium. Et ideo quando quidam victor rex Græcorum educere fecisset quosdam viros, vt interficerentur, in quorum cœtu fuerat quidam poeta, quando illi abscondebant suos vultus, & pudebat eos illius vituperiū quod eis contingeret ex sua interfectione, ille dixit eis: audite quęso fratres: expediebat vobis hoc facere, hoc est, vultus absconsionem, & huius operis pudor, si singulis immanescentibus diebus tergiuersi essetis: adeo q successiue sagittatores vos psequuti essent. vos vero non ita egistis, nec timuistis hucusq; inspicere Græcos: quid ergo nunc vobis mest cuius vos pudeat? Hæc itaq; est summa eorum, quæ dicta sunt de pudore. Inuerecundiæ vero sermonem, certum est q nos possimus cognoscere ex rebus, quæ dictæ sunt in capitulo pudoris, cùm sint sibi inuicem contrariæ: hoc est, q nos cognoscemus de inuerecūdia tres res contrarias tribus rebus, quas nouimus in capitulo pudoris: hoc est cuius hominem pudeat, et cuius non pudeat, et de qua re sit pudor.

Inuerecūdia

Caput Nonum. De constitutione Gratiæ, & reditu q̄ritarum.

SCire vero quid sit gratificus, qui est ille, cui debetur grattarum actio, & quæ sunt res, quæ sunt grattæ, & qui sint viri qui grati fiant, quæ sunt tria loca, ex quibus orator cōstituit ipsam grattam, nos itaq; illud declarabimus. Et dicimus q gratia sit id, quo eo fungens dicitur gratificus. Res autem, quæ quādo operatæ essent, sunt gratta, ille sunt altera duarum rerum: vel officium quod est sustinaculū corpore, vel beneficiū quod est sustragium opibus vel honore. fit autem sustragium corporis et opum, vel honorem: officium vel beneficium sunt grattæ accipientis illud beneficium vel officium, postquam perfectum est illud officium vel beneficium ab alio homine q̄ a beneficio, & illa est gratia, quæ cum hoc etiam nō p[illegible] aliquando est contra alias res, sed tot et tales propter beneficiorum quæ. Et aliquando gratia fit excellentia ipsa sua, & fit ex se ipsa parua ex vna quinq; rerum. earum vna est, quando fieret apud vehementem eius indigentiam, vel tempore tribulationis, quando nemo vel vix proueniret, sicut est tempus paupertatis, quo homines terrentur se inuicem adiuuare, vel si solus ipse vellet beneficus, vel ipse esset primus beneficus, tunc tuum beneficium excederet beneficium aliorum. Res autem, apud quas est vehemens indigētia, est trium specierum, vna est optatorum ad vitam necessariorum. & secūda est illorum ad quæ augetur animæ cupido, & si non sint necessaria, sicut est fructuum deliderium. tertia autem est, quæ est res rerum, quarum defectū doleremus, vel nos torqueret. nam appetibilia optanda sunt, quorum defectum dolemus, vel ipse nos torquet. Appetibilia autē, quæ sunt huius dispositionis, sunt duarum specierum. quædam species est consueta & optata, & sunt ipsa dilecta: & aliqua species est illorum, quę homo cuperet, & appeteret, quando in tribulatione & angustia existeret. nam qui cecidit in abyssum angustiarum, appetit exitum ab illo. & sic lugubria agens appetit à lugubribus releuari. & ideo vna, quæ magnifica est, q̄n aliqui sunt in succūbentiæ dispositione, vel fugę à suis inimicis, & illos cauerint, & abscōderint ab inquirētibus suā vitā,

Gratia quid.

nam

nam & si beneficium in se sit paruū, illud tñ est magnū pp vehementiam indigentiæ & tēporis durtiem. Iam itaq; ex his patet, q paruum beneficium magnificatur in talibus, vel in eis æqualibus: hoc est illis, quorum dispositiones sunt similes his dispositionibus fm indigentiam, vel apud illos, qui sunt excellēriores his: hoc est, quorum dispositiones sunt vehementiores. Sicq; notū est, q tam declaratum sit ex hoc, quod diximus, qui sit cui concedēda sit gratia, et de qua re fiat gratia, & quis sit gratificus, & q proprerea nos meminerimus eorū, quę diximus, vt stabiliamus has tres res. Exempli causa, quia qui non narrant beneficium quod fecerint, illi sunt gratifici. Et q illi, quibus perueni beneficiū ipsis existentibus in tribulationibus & angustiis (sicut iam prænarratum est) sunt qui grati facti sint. Et q opera beneficiorum, quę talibus fiunt et in talibus dispositionibus, ipsæ sunt gratia ipsa. Certum etiam est, vnde sumantur præmissæ, quibus vnum auferatur, & sua abnegatio cōfirmetur. Hoc aūt fit octo modis. Quorum primus est, q beneficium sit pp beneficum: hoc est, q eius vtile et, ipsi reuertatur. Et secundus est, q beneficiū sit minus debito. Tertius est, q sit tpe, quo illo non indigeatur. hęc enim nō esset gratia. Quartus est, q beneficium ceciderit illi, ad quē est beneficium fortuitu, non ex intentione. Quintus est, q beneficium esset vi & necessitate. Sextus est, q q̄ per beneficium intenditur præmium alterius beneficij, quod præmissum esset benefico ab illo, q beneficiū suscipit. Septimus est, q̄ per beneficiū intenditur ipsum parefacere, & inde resumere grattaꝝ actiones. Octauus est, q̄n beneficus esset importunus beneficiū suscipienti re, qua ille non indigeret. & hoc, quia per se notum est, q beneficiū non inferat grattaꝝ actionē, q̄n esset fm vnā illaꝝ octo dispositionum. Sumitur aūt aliq̄n vtilitas ex his præmissis, in accusatione abnegationis beneficij, et eius interemptione & in excusatione de illa. & hoc, quia gratia est gratta, q̄n fuerit, vt dictū est, pp beneficij recipiētem, & fm mēsuram indigentiæ, ipse quo neminē saluum facientem haberet, aut loco in quē fugisset. Ex signis aūt grattā significātibus est, q non imminutū sit ipsum beneficium, nec hoc factū sit inimicis. Et oratio constitutionis grattæ, suæq; abnegationis ex his præmissis fit.

Caput Decimum. De Dolore.

EX quo vero fiat dolor, et quis doleat, et qd sit dolendū, nos enunciabimus. Dolor itaq; est tribulatio q̄dam cōtingens pp aliquod malum perterrens vel tribulans, qđ hoibus accidit absq; aliquo termino. & hoc, q̄n timeret ne malū fiat ei, vel alicui suorum familiarium, & esset proximi casus. Perterrētia aūt intendo ea, q̄ corpori aduenunt, & per tribulantia ea, q̄ animi dolore afficiunt. Q̄n autē doloris definitio est hæc, nō est q nō dolēs sit fm hanc dispōnem quam describā: q est ille, qui putāt q nō sit ei futurū malū vllū, nec in ipsum neq; in alū, qui pro eo esset: hoc est, tale malū descriptū i ipsa definitiōe, vel illi cōsimile, vel et ppinquū. Nam dolor est, q̄n quis timet casum talis mali in ipsum, cū spe euasionis ab eo, illi quos offenderint summa mala, nō dolēt ita, sicut qui iam mortui essent, neq; illi qui fortunati putantur. & hoc, quia put putantur esse fortunati, putātur etiā, q eis nulla mala res proueniat, cū considerēt hoc esse fortunæ, hoc est q eis nō puentat aliqđ malū. Et hoīs etiā sunt illi, de qbus putatur q nō doleāt, neq; suis corporibus nec suis animis, & hoc, aut ex quo tā illis acciderant mala, ex qbus euaderent: vel q alii sint senes, quoīs vsus maloīs tam longā traxerat morā: vel ratione multitudinis experiētię: vel occasione cuiusdam consuetudinis, quasoleant frui suis animis ad modum fruitionis aiorum illorū, qui accepti sunt fortunati: vel occasiōe suæ famositatis apud homines. & hoc, qa illis quoꝝ fama volat, videt, q mala sint ab eis remota occasione excellētię suę magnitudinis, & quia cuncti hoies eos aduuant. Et aliq̄n accidit hæc imaginatio occasione vsus artium, & rerū, q̄ propellerent ipsa mala. Et hoīs virorū cœtus sunt illi, quoꝝ cogitationes sunt decorę decētes occasione, qua eis sint parentes, & filij, & vxores decentiū dispositionū; hoc est, qui non torqueant eos, neq; ipsos dolere facīāt temporis casus. & vniuersalius sunt illi, quibus accidit eufortunium his tribus speciebus. nam mala his conuenientia constituūt hoīem pusillanimem, doloro sum, tumentem minimam rerū. Ac horum cœtus sunt illi, quibus accidunt et aduenient passiones, quæ fortitudinem appropriant, sicut ira, & audacia. hi enim nullū malū cogitāt, quo eos cūcti timent. Et huius speciei etiam sunt viri, quorum moris est commemoratio victoriū & vilipensio, nam hi etiam non dolent, quia non putāt q eis succedat aliquod malum. & hoc pp iuæ naturæ defectum. Viri aūt qui dolēt, sunt illi, qui sunt medij inter illos qui omnimode cōfidunt fortunę, & inter illos qui penitus diffidunt ab ea. nam qui sunt duarum specierū, quæ sunt fm extrema, non dolent. & viri qui nimis timent, nō dolent pp alios, quia qui terrētur pauore, non dolent pp alios: cū ipsi sint impediti pp dolorem eis accidentem. Et qui putant aliquem, q sit pauper & vilis, non dolent propter illum. nam illi considerant illum dignum vt ei succedat ipsum malū: vel non reputant q successio mali illi sit mala. & ideo, sicut dicit Aristo. qui putat q in mundo non sit alius, tam putat itaq; q hoīes simul sint digni ipsius mali. Et vniuersalius dolet homo, quando cōstat huius dispositionis, quā narrauimus: hoc est, quando cognitat & imaginatur, q ei vel suis familiaribus insit aliqua res cōtraria harum rerum, quas imaginatur, qui non doleret. Hęc itaq; est summa eorum, quæ dicta sunt descriptionis dispositionum hominum, qui dolent. Quę vero sint res dolorem efficientes notæ sunt ex his quę dicta sunt in doloris definitione, nam quæcunq; sunt ex terrentibus, hoc est, corpus transmutantibus: & quæ sunt ex tribulātibus, hoc est, animum variantibus, omnia ea sunt dolorem efficientia: & signantur quæ sunt terribilium interfectiōtium, & quæ sunt specierum malorum, quæ continet definitio, quādo fuerit vehemētissimum illorū. Ex terrentibus autem conducentium ad interitum, sunt corporis dolores, & perturbatio, & alienatio, & morbi, & indigentia rerum domesticarum, & fratrum priuatio, vel illorum paucitas, quatenus est ex infortunio, est malorum perterrentium dolere facientium. Et ex efficientibus dolorem sunt illæ dispositiones, quæ consuetum est, quòd quādo insunt hominibus, eis efficiāt dolorem: sicut sunt dispositiones, quæ insunt occupatis corruptione, & morbo fixo malitię aspectus, & motus, ac exercitij cessationis. Et ex his, quæ dolorem efficiunt, est, quādo procedit in malum ea parte, qua esset species adeptionis boni: vel procederet in rem, ad quā plures procedentes inueniunt bonum, illi aūt non messet aliqua res illius boni omnino: vel quòd, pcedat ad bonum, tempore quo ei deficeret: tuitio illius boni, sicut sunt diuitiæ decrepita ætate. Hæc itaq; est summa rerum dolorem efficientium, pro quibus vere homo doleat: hoc est de alijs, quando timet ne eis accidat malum, vel committeatur eorum, quando eis accideret, & alliceretur pietate pro illis. nam hæc est differentia inter dolorem & commiserationem. Illi tam affines, & qui sunt hominis familiares: licet non sint ei maxime propinqui: adeo quòd malum accidens illis sit malum accidens illi homini, sicut sunt pater, & filius. Et hinc fertur de quodam viro, qui apud Græcos erat no

Quę dolorē efficiant.

tus, quòd quando viderit suum filium passum, periculum mortis, non fleuisset, nec doluit de eo. cùm autem vidisset amicum mendicum, doluit et contristatus est. Est autē dolor de alio, qñ timetur casus mali in illum: commiseratio vero illius est, qñ iam ei accidit. nam qñ est timor casus mali in ipsummet hoiem, vel in illū qui ponitur quasi ipse, tūc illius casus esset impedimentū, ꝙ illi homini succederet, vel timeret illius successionē. Successio vero impedimenti ipsi homini, vel timor sui successus ei, vel illi q̄ sit quasi ipse, est ambiguus de dolore de altero vel cōmiseratione illius. & ideo sæpe successio impedimentorum homini conturbat ipsum magis q̄ dolor alterius, vel illius commiseratio. & qñ homini succedit aliquod malum, nō dicitur ꝙ ille commisereatur sui ipsius. et qñ timet suum casum, non dicitur ꝙ doleat, sed ꝙ paueat. Illi vero, qui magis condolent illis, sunt multitudo hoium, qui illis sunt cōsimiles, hoc est, moribus & cogitationibus, et dignitatibus, & prosapijs: qñ impedimenta illa essent ꝓxima casus in ipsos. Et vniuersalius, cuiuscunq; quod timet homo, sibi ipsi condolet, qñ illud timet altert. et hoc, qñ imaginaretur illos dolores, & mala esse ꝓxima casus. ga mala imaginaria sunt causæ doloris, qñ imaginanti hoc modo. Mala vero quorum casus imaginatur in præterito ſm plures annos, homo non dolet ipsa: neq; ipsum terrēt, qñ ipsa non sunt futura, adeo ꝙ timeamus suū casum. Nec etiam reminiscentia est eorum, quæ timorem aut dolorem efficiūt. Et similiter ea, quæ sunt impossibilia esse, non terrent pentus, neq; homo dolet eis. Et aliqñ homo cōdoleret viris, qui suis vocibus & suis sensatis dispositionibus fingunt, ꝙ malum iam illis peruenisset, et ꝙ iam propè factū sit vt succedat. Nam qua illi, qua hoc imaginantur, constituunt malū eo modo, quo imaginetur ipsum esse propinquum: et stabilitūt ipsum ocularim, vel ꝙ ipsum tam successisset. Nam dolor fit rer, quæ in pñti tam acciderant, vel timemus propinquitatem sut casus. & notitia signorum et ratiocinationum, quę significant ipsum malum, sicut sunt ipsę dispositiones, quas diximus esse dispositionum timentium. Efficiunt aūt dolorem, qñ significant hanc dispositionem: hoc est, ꝙ iam factū sit, vel sua factio sit prope. & præcipue qñ putatur, ꝙ hæc, de quibus patuit signum malt, sint diruta. & eo magis, qñ hæc, de quibus cogitatur ruina, sunt venerabilia. & fortius qñ sua destructio esset tempore, quo illis indigerent magis, vel de eis spes sit magis possibilis: vt ꝙ interficiantur, vel ꝙ iuuenes pereant. nam omnia hæc efficiunt dolorem plusq̄ alia: hoc est interitus virtutum ad interitum nobilium, quę non expediebāt huic tēpore, quo eis indigeretur. quia qñ tales res accideremt, vel signa, & ratiocinationes significant suum casum, putaretur ꝙ malum sit ꝓximū, ac si oculatim videretur. Ac etiam reperiuntur passiones contrarię dolori et tremori, hoc est eos destruēties, quarum est huor, qui est illorum, quibus superuenit indeterminatum bonum: quę superbia vocatur. nam dolor est displicentia mali prouenīētis ei, qui indignus est illius. sed hæc passio est mos excellentię, hoc est huor illius, cui prouenit indeterminatū bonum. & hoc quia nimium est dolēdum illorū qui procedunt ad id aliud, vltra quod dignum est eis, siue bonū, siue malum fuerit. Illi aūt, qui in malū labuntur ex causis certis & modis cōsuetis, quibus homo decerneret, & iudicaret illorū lapsum in illud, tam putant hoies, ꝙ digni sint illius. qui vero labuntur in has res modis incertis expedit, ꝙ sint in medio inter has: hoc est ꝙ non credamus malū, quod eis successerit fuisse cōdignum vel indignum eis: sed expedit ꝙ sua dispositio remittatur ipsi Deo. quia qđ iniquum vel malum prouenit homini ex suis notis modis illius causa est iniqtas & malitia, q̄ insunt illi homini. Illud vero tale, qđ ei prouenit, aliter q̄ ex suis modis, nos remittimus ipsi excelso Deo. Inuidia autē est vehementioris contrarietatis dolori, q̄ ipse liuor, qui est bont, quod prouenit indigno illius, quam diximus vocari superbiā. Et hæc passio est quasi in mēdio, hoc est inter dolorem & inuidiā, quia ipsa est affinis inuidiæ. & hoc, quia ipsa est contristatio boni, sicut inuidia est contristatio boni. sed differētia inter eas est. quia inuidia est contristatio boni prouenīētis illi, qui dignus fuerit eius. liuor aūt nō est contristatio boni prouenīētis illi qui dignus fuerit illius, & defecit sibi ipsi. nā nemo euadit ex hoc, neq; etiam contristatio illa prouenit ei: quia ipse putaret, ꝙ illud bonū, quod peruenerat condigno illius, vel non prouenisset illi, erat prouenturum ei. & hoc, quia cōtristatio boni, quod prouenit alteri ab eo, & non prouenit ei, est contristatio, qua illud bonū non prouenit ei, & ipse non est gratificatus illo. & contristatio boni quod ipse perdidit, quia prouenit alteri ab eo, & contristatio, quia et prouenit inforunium causa eufortunij illius viri. Qñ autē res ita fuit, inuidia tracq; est contristatio boni ei prouenientis condigni, vt ei prouenīat illud bonum. Et certū est, ꝙ ex contristatione prouentus boni & mali illi, qui dignus est eorū, et indigno eorum sequantur passiones contrariæ. quia qui contristatur propter aduentū boni illi, qui dignus fuerit eius; & illi, qui non fuerit dignus eius, tam doleret illius, qñ accideret: & mederetur ex illo dolore, casu ipsius mali in illum. & hoc dignum est deterioribus, hoc est illis; qui nō sunt digni illius boni. Et ideo qñ accidit pœna speciei hoium, qui percutiūt suos parentes, vel coinquināt suas animas homicidio, nemo lugeat eos: immo gaudent ob illa: etiam reputāt ipsam bonum, quia est sicut gaudium, quod est qñ prouenit bonum cōdignis eius. & hoc, ga ambę dispositiones sunt iuris. Et ex illis, qui bus gaudent boni & sapiētes, est casus boni illi qui dignus est eius, & casus mali etiā illi qui dignus est illius. & hoc, quia ambæ hæ dispositiones, qñ simul sunt conuenientes apud sapientes, simul sunt moris vnius speciei hoium. & ambas appetit hæc species hoium. Contrarium vero huius, qui est liuor boni prouenīētis illi, qui dignus fuerit eius, ipsum reperitur his, qui sunt cō trarij huius moris. quia qui non gaudent hoc, & contristanteo, sunt alterius speciei hoium: & illi sunt virtutum gentes malitia & inuidia. quia absq; dubio, qñ homo contristatur propter generationem rei, & suū esse gaudet sua corruptione, & sua priuatione. Et ideo ille homo, qui contristatur propter inesse bonum condigno, gaudet priuatione boni ab illo: & propter inesse malū etiam, et econtra: hoc est, quia qui gaudent propter inesse bonum illi, qui est indignus eius, contristantur sua priuatione, & propter inesse malum illi, qui indignus est eius: & illa est, quæ dicitur contristatio & deploratio. Omnes autem hæ passiones, quæ componūtur ex his rebus, hoc est ex bono & malo, & ex condigno & indigno conueniunt, qua eis inest contrarietas. & licet illæ differant occasione compositionis, omnes tamen connectuntur, qua conueniunt in ablatione doloris.

Caput Vndecimum. De Superbia.

NVnc itaq; loquamur de superbia, et hoc quando narrabimus, quis homo insuperbiatur, & quo insuperbiatur, & i quos insuperbiatur: deinde postea loquemur de illis aliꝭ, quas numerauimus s. de inuidia, & deploratione. Dicamus itaq; ꝙ si superbus sit qui contristatur propter bonum alicuius dispositionis, quod inest alicui viro indefinite, notum per se itaq; est ex hac definitione, ꝙ superbia non sit de omnibus bonis, quia nemo insupbitur alterī de fortitudine, vel gratificatione, et vniuersalius de singulis virtutibus

tibus quę homini insunt ex voluntate: sicut homo non contristatur de esse contrariorum ipsarum virtutum in illo. sed superbia est de diuitijs & potestate, & vniuersalius de bonis homini desoris prouenīētibus. vnde apparet, ꝙ boni sint digni illorum: & ꝙ praui non sint illorum digni, sicut sunt nummi & diuitiæ. sed homo insuperbitur his, qñ nouiter fiunt, quia ea, quę antiqua sunt, putatur ꝙ sint prope dispositionē naturaliter consequentem. et ideo vt plurimum hoies non insuperbiūtur de diuitijs hæreditarijs, neq; de antiquis principatibus: sed sine dubio insuperbiūtur de bonis nouiter prouenientibus: sicut sunt noua imperia, & copia opum, & fratres, & cętera bona. Huius aūt causa est, quia homines vehementius trascūtor propter illos qui nouiter ditantur, q̄ propter illos, quorum diuitię sunt hereditarię. & sic est dispositio reliquorum bonorum, quæ desoris sunt. Huius aūt causa sunt duę res, quarū vna est, quia illi putant, ꝙ illius boni ipsi sint digniores illis. & secunda est, quia ipsi putant, ꝙ opportuna eis esset perseuerantia illius ſm antiquam dispositionem: quæ exēpli causa esset egestas vel depressio. Et ideo hoies nō insuperbiuntur de bonis antiquis: quia illa sunt sibi consueta, & quasi sint eis opportuna. Bonum autē, cuius homo non sit dignus, varium est apud superbū. et hoc quia bonum, cuius singuli hoies sunt digni, est variū ſm decentiam & mensuram, & hoc, quia nō omne bonum decet cuiq; homini, neq; mensura decēs alteri: immo vniuscuiusq; hoium est quoddam bonum decens, & mensura illi proportionata, quia ferre arma, & belli cæ dispositiones sunt bonæ, sed sunt non decentes eremitis: sed decent viris fungentibus fortitudine. & similiter dispendij excessus non decet his, quorum diuitiæ sunt nouæ, sed decet illis, qui habent antiquas diuitias. quia ille, cuius diuitiæ sunt nouæ, indiget conseruatione diuitiarum: ille vero, cuius diuitię sunt antiquæ est, ac si eius diuitiæ essent stabilitę, quibus non esset timēdum. qñ autē aliquis homo non esset cui deceret quod dam bonum, quod non cōsequeretur eius caro, ipsum doleret, & eius anima ipsum deploraret. Qñ aūt alicui homini peruenit bonum ipsum superans ſm qualitatē vel mensuram, hoc est Dei donum, et gratis datum, et sancita fors, de qua dicitur, ꝙ ex Deo excelso sit. et hoc qñ prævaleret paruus magno, qñ ei inimicus esset, vel vilis nobili, & peccator diuino religioso. et nisi sic eēt, nō esset peccatoris, ꝙ prævaleat religioso. nam religio sus præstantior est peccatore. Et hinc declarātur bona, de quibus dicitur, ꝙ hoies ea adipiscātur diuino decreto. Ac etiam hoies, de quibus hoc dicitur. & hoc: quia hæc bona, & tales hoies sunt illi, quorum bona eis accidentia attribuuntur diuino decreto. Et illa, quibus insuperbiuntur homines, sunt quorum sunt maxima bona, quorum sunt digni boni viri, insunt ipsis prauis. & ideo deplorat homo & insuperbitur, quando boni præstantes non possunt prævalere his, quorum sunt digni, & illis prævalēt illis inferiores. Illi vero qui insuperbiūtur, sunt viri amatores honoris, & reliquarum rerum, quibus prævaleret, qui nō sit illarum dignus. Nam hęc hominū species vniuersaliter deplorat: et insuperbitur de omnibus rebus, quarum vident se digni: & non reputant alios dignos illis, quando eis deficiunt, & aliꝭ aduenīunt, his itaq; hoium speciebus quas diximus, et de rebus quas diximus, deplorant & insuperbiūtur superbientes. Et huius speciei quā prædiximus, sunt homines superbientes. Et illi quibus inest industria ad cōducendum ipsa bona insuperbiuntur: nam sua forte cōtenti non reputant, ꝙ hic sint aliquę res, quarū ipsi sint digniores aliꝭ. Si autem habentes industriam reputarēt hoc, non reputant ꝙ ipsi non priuētur illis. Notum autem est ex his, quæ dicta sunt hic, & de his quæ ante hæc præmissa sunt. Quarum rerum quādo acciderint, pudeat hominem, & ipse nimis verecundetur, quando non gauderet illis quæ inferrent gaudium, neq; contristaretur eo quod inferret illorum contristationem. Ex his autem rebus, quæ dictę sunt, conuenit ꝙ iudicē trahamus in superbiam contra ipsum aduersarium, vel in commiserationem eius, aut illius dolorem. et hoc: quia quando hic essent digni boni, qui sunt quando præualuerint & fortunati fuerint: vel hic essent homines digni boni, & non præualuerint: neq; res sibi bene succedissent, non essent dignum contristari eis: immo gaudēdum esset propter hoc. & econtra, si hic sint homines digni boni & non prevalent, conuenit ꝙ commisereatur eorum: & contristetur propter suas dispositiones.

Caput Duodecimum. De Inuidia.

NOtum autem est qui sint viri, quibus sit inuidendum, & de quibus fiat inuidia, & qui sint viri qui inuideant: quando in inuidię definitione cōstituimus, ꝙ ipsa sit liuor, qui homini accidit propter alterius prosperitatem & eius eufortunū, & hoc, quando illi insunt illa bona: qualia sunt ea bona, quę in capitulo superbiæ descripsimus inesse hominibus, qui sunt digni illorum & decent illis: et liuor ille inuidentis nō fuerit. quia ipse cuperet, ꝙ illud bonū esset soli sibi, vel ꝙ auferatur ab inuiso, & sit in eo, sed solum vt auferatur ab inuiso. Quando autem inuidia fuerit hæc, manifestum est, ꝙ inuidēs inuideat speciei hominum, qui sunt ei similes, et sibi ęquales: vel putetur de eis, ꝙ sint sibi similes & ęquales. Intendo autem per similes illos qui homini conformes sunt genere, & prosapia, & animis, & possessione, & laude, et consimilibus: quoniam hi sunt, quibus inuidetur. Inuidi vero sunt illi viri, qui magnificāt perfectionem secūdū bona de quibus inuident: sed ipsi non perficiuntur his: neq; eis peruenient ut omnia bona, neq; omnia simul eis deficerunt, sed pauca ex illis. & ideo quādo non inueniuntur agentes magnifica, hoc est, ipsi magnifici et fortunati, qui beantur in rebus perfecta prosperitate inuident, nam illi putāt, ꝙ eis non deficeret aliqua res, & ꝙ quælibet res sit eorum. Et similiter est species hominum, qui qñ excellerunt aliqua re, illius causa honorantur: & eo fortius propter scitū tam, & dispositionis originē. Et honoris amatores sunt vehementioris inuidiæ q̄ illi qui non amant honorem. Et illi, qui sunt sapiētes, diligunt ꝙ veneretur honoribus, quibus honorantur sapiētes. & ideo inuident illis, qui his honoribus venerantur. Ex inuidia sua quicunq; amatur et laudatur de aliqua re, ille magis inuidet aliꝭ de illa eadem re. & ideo qui cupiunt venerari de aliqua re, sunt inuidi de eadē re. Et homines pusillanimes sunt inuidi. nam inuident propter quācunq; rem, quæ magnificatur apud illos, licet ipsa esset parua: adeo ꝙ illi inuident de paruis malis accidentibus hominibus. Hæ itaq; sunt species hominum inuidorum. Id vero de quo inuident, est, quod illi inuidēt appetētes diadema laudis, vel intendentes illud et diadema bonominis. & dignitatem diuitiarum & seruorū, & vniuersalius modus prosperitatis & fortunæ, quāto maiores fuerint, & omnes res decoras. & eo magis res quas appetunt, aut putant ꝙ debeat habere illas. Et inuidi sunt, qui superantur ab aliquo homine paucis opibus, vel sunt minores illo parumper. Et notum est, vt diximus cui inuideant: tam enim diximus, ꝙ illi inuident propinquis eis tempore, & laude, & gloria. Et hinc dicitur quòd similitudo inter homines beneficet inuidiam. Et inuidia quidem est illius speciei hominum, qui cum aliquo homine quadam mentura sun. proxim. ea. & hoc est, qñ fuerint i vno tempore vel prosp. & in vno loco aut proximo. & ideo eius non inuidet

puero, neq; inuidet illis, qui tempore eis succedēt, neq; illis qui præterīti & corrupti sunt, & maxime ſm plures annos. Et similiter non est inuidia inter loco distantes ab ipsis bonis, nam optimi Græci, exēplī gratia, nō inuidēt bonis, qui sunt in columnis herculis, vel Andalusię apud nostram regionem. Et sic hoīes non inuidēt nimis imperfectioribus eis, nec nimis pfectioribus eis: sed inuidēt illis, inter quos & ipsos est aliqua conuenīētia, & hoc de contendētibus in vna re, & amicis in alia re, & vniuersaliter quicūq; duo hoīes, qui appetūt vnā rem, sed vnus cupit q illa non sit altert, & q sit sibi propria, et secernatur per illam. et ideo inuidia dignior est, vt sit in his. & hoc est, sicut de viro glorioso & iactatore. nam hi cupiunt vnam rem, & vterq; eorū cupit discerni per illam. Inuidet autem gloriosus iactatori de illis rebus, quę qñ eas acquisiuerit, per illas fieret et similis. Ex timore autem harum rerum in initio & cōtristatione de ipsis, qñ radicata fuerit animæ fit inuidia illorum, quibus insunt illa bona, vel cupiūt ea sibi inesse, hoc est in futurum, vel q tam eis inuenta sunt, hoc est in præterito. & ideo res, quæ dictæ sunt in capitulo cōtristationis & superbię, ingrediuntur capitulū inuidię, quia qñ cōtristatio corroborata est, animę reditur inuidia. Et ille puer, qui est maior natu, inuidet illi, qui est minor natu, qñ minor adeptus esset aliquod bonū, qđ non esset adeptus maior: vel adeptus esset aliquod bonum, quale & ipse adeptus fuisset. Et aliquādo ille, qui adeptus est aliquam rem magno exercitio, inuidet illi, qui illam adipiscitur pauco exercitio. Et sic illi, qui adipiscuntur sua quæsita solertia & tarde & labore, inuident illis, qui illa adipiscuntur leuiter, & cito.

Caput Decimum tertium. De *Gaudio.*

NOtum etiam est, quo gaudeant illi qui gaudent, & propter quos gaudeant, & quarum dispositione sint gaudentes: cùm res quibus homo gaudet, sint contrariæ rebus quibus dolet, & de illis et inuideatur. & iam præmissa est notitia harum rerum: & ille quas ipse constituit, sunt cōtrarię constitutis ab inuido. & illæ quibus hoīes gaudēt, sunt contrariæ illis, de quibus inuident. & ideo inuidia existet in contristatione boni quod adeptus est inuidus, et qui illo sit dignus. Gaudiū tragi est lętitia boni, quod adipiscitur, qui dignus fuerit illius. Notum tragi est nobis ex his rebus, quo modo nobis conueniant modi tu dicum, qñ eos cōstitueremus ſm aliquem affectū, quo expediat q inde consequatur vnus clientum bonum, & alter malum: sicut q cōstitueremus ipsum iudicem commiserantem vnius, & inuidum alterius.

Caput Decimum quartum. De *Compassione, & Contristatione.*

CVius vero dispositionis sint qui contristantur, & de quibus contristantur, & quibus contristātur, notum fit, qñ præsupposuerimus, q contristatio et compassio sit quidam dolor, qui aliquo modo videtur propter defectum bonorum honorū, quos homo cupit sibi ipsi, vel illi qui loco sui ipsius est. & hoc, quando illa fuerint bonorum possibilium: & ille homo esset ſm suam naturam, vel suū genus, aut eius antiquos parentes illorum, qui digni sunt illius boni, absq; q cupiat q illa bona non sint aliįs, sed cuperet q insint ei, & doleat, quia non sunt sibi. Quando aūt res ita fuerit, manifestum est q contristatio et compassio sint bonæ, & q non sint nisi bonæ: & q inuidia sit quid malū & defectus: et q ipsa non sit nisi malorum. et hoc, quia compassio constituit hoīem modo quo aptus sit adipisci bona, & dignus sit illorum, quia hæc passio non acciderit nisi illi, qui reputat suam aiam aptam bonis ipsis, & dignam illorum. & hæc esset causa acquisitionis virtutum. Inuidia vero cōstituit hominem modo, quo sit aptus adipisci aliud bonum. Illi aūt, qui contristantur, sunt illi, qui reputant suas animas dignas bonorū, quæ non habent, nam nemo contristatur rerum turpiū pauci boni, vel rerum, quę turpes sunt: nisi rerum quarum non reputat suam animā esse dignam. & ideo qui sunt huius dispositionis, sunt iuuenes, & magnanimi. et illi, quibus non sunt bona, quorum digni sunt nobiles viri & boni: sicut sunt diuitię, & fratrum multitudo: contristātur etiam propter principatum, qui eis deficeret. Et ille etiam, qui habet principatū sine diuitįs, contristatur propter defectum diuitiarum. & aliquando hi contristantur pp id, quod eis deficit de augmento & multitudine horum bonorum, quæ insunt aliįs. His aūt accidit hic affectus, qura putant suo animo q ipsi sint boni: non quasi boni, ex quo habēt rem, cuius digni sunt boni. Verbi gratia, quia, qñ aliquis prosequitur principatum & diuitias, putat q ipse sit bonus, ex quo horū duorum sunt digni boni ipsi. et qñ cogitat hoc, inuenit contristationem pp id, quod deficit illi ex hoc. Speciei aūt hoīum, quorum primi parentes & affines sunt nobiles, sępe accidit hęc passio circa talia bona, nam reputant, q illa congruant illis, & q illi sint digni illorum. Qñ aūt res, quarum est compassio et contristatio, sunt res nobiles, hoc ē laudabiles & eximiæ, oportet q sint virtutes animæ, vel res laudabiles, hoc est bona corporea, vel bona extrinseca. et hoc, sicut omnes res, quarū sit aliįs aliqua vtilitas, vel decus, & perfectio, aut oblectamentum. Et ideo aliquando hoies honorant virtutum harum trium speciērum beneficos illis. & illi sunt viri vtiles & boni, & sunt viri iucundi, & iucundorum operum. Et species hoīum, de quibus est iucunditas, et illi sunt iocūdi æqualiter: siue fuerit beneficatio ex illis & iocunditas illarum sibi ipsis, siue illis qui secum coniunguntur. Et ex quo res, pp quas homo contristatur, sunt res, ex quibus aliįs fit aliquod bonum iucundum vel vtile aut pulchrum, dignior est cōtristatio, q sit circa diuitias et pulchritudinē, q̄ circa sanitatem. Iam aūt notificatur ex definitione qui sint viri, pp quorū dispositionem non messe alicui viro contristatur ille. & hoc, quia compassio est pp dispositionē hoīum, quibus insunt res nobiles, quas prędiximus: sicut est decus, et diuitiæ, & fortitudo, & sapientia, & principatus. Principatus aūt est rerum, pp quarum defectum cōtristatur homo, nam hoīes habentes principatum possunt bene facere pluribus hoibus: & prestantissima suarum operationum quibus agūt, hoc regimen est regimen exercituum, & Rhetorica, et aliį habitus ex principatus habitibus, & suis dispositionibus, quibus agunt beneficium hoībus. & sic est quicunq; vtitur vsu principum habentium principatus habitū, vel principatus dispositionem, qua proueniat beneficium alteri. Et quidam viri, quibus homo contristatur, non esse sicut sunt illi, quibus similes esse appetunt aliį viri, & quòd sint ex viris sibi affinibus. Et horum etiam sunt illi, quorū admirant plures hoīes. Et huius speciei sunt illi, de quorum laudibus loquunturpoetæ, & oratores, & historici. nam hę tres species sunt, qui loquūtur de hoīum laudibus, & sui nominis fama. Ac etiā species hoīum, qui non contristantur propter bona, quæ sunt aliorum, & nō contristantur eorū, quia eis insunt omnia bona, pp quorum defectum est contristandum: vel eis insit nobilissimum bonorum & maximum. & homo cōtristatur, qua non sit talium dispositionum: quia priuatio tribulationis est contraria contristationis: & qui non tribulatur, est contrarius illi, qui contristatur. Illi autem, qui contristantur, sunt homines, quibus insunt mala contraria bonis, ex quibus est contristatio. & hinc declarata est priuatio tribulationis, quæ est contraria contristationis:

contristationis, & quis sit qui nō contristatur. neq; cōtristatur aliquis propter ipsum: quia nemo cōtristatur ppter dispositiones hoīum desperatorū. Et ex hoibus, propter quos non contristantur hoies, sunt fortunati, hoc est felices: qñ habent fortunam vacuam à virtutibus conuenientibus illi bono, quod fortuitu eis prouenit: quia hoies vilipendunt tales, & non contristantur propter suas res. Dispositiones autem, quæ qñ insunt hoibus, accidūt illis earum affectus: & sunt quibus homo est aptus, & quibus præparatur ad receptionem affectuum: et res ex quibus est affectus vel affectus ablatio, & declinatio ab illo: & sunt illę, ex quibus fiunt syllogismi ex affectibus, iam dictæ sunt in hoc libro. Res vero, ex quibus fiunt sermones verificatiui singulorū trium generum, hoc est, deliberatiuorum, et demōstratiuorum, et iudicialium, iam dictę sunt in primo libro. Restat ergo, q loquamur hic de dispōnibus, ad quas sequuntur singuli mores per notitiam, qui mos consequatur aliquam dispositionē. Possibile nobis est, q cōstituamus quis sit ad quem oremus, quocunq; modo sua vis declinet in illum morem. & hoc, qñ conduxerimus i sua similitudine inesse illius dispositionis illi, vel q inesset illi. exempli gratia, quia ad magnanimitatem sequitur liberalitas. Qñ aūt narramus alicui homini, q sit magnanimus, conduximus ipsum in liberalitatē, qua et constituatur talis oratio, tu es magnanimus: magnanimus aūt est necessario liberalis: tu ergo es liberalis. & sic de similibus. Hę aūt sunt dispositiones, quarū numerato est nostrum intentum. et qui mores sequantur vnamquanq; earum, sunt primo affectus, & secundo cogitationes, & tertio anni, & quarto nouitates, & quinto animi. Intendo autem per affectus: sicut est ira & commiseratio. nam has sequitur proprius mos. Et per cogitationes, res quas quælibet species cuperet, & eligeret in sua vita: siue fuerint ars, vel virtus, aut oblectamentum, quo consumeret suam ętatem. nam mores etiam differunt harum diuersitate. Per annos autem intendimus annos iuuentutis, & annos senectutis, & annos decrepitæ ætatis, & hoc, quia his annis sunt mores proprij. Et per nouitates intendo res, quæ homini proueniunt in suo corpore, et extra suū corpus casu. & hoc est, sicut generositas, & diuitiæ altenæ, & excelsiua sortia. Et per animos intendo discretam creationē, qua homines sunt creati, & diuersas consuetudines.

Caput Decimum quintum. De *moribus Iuuenū.*

IVuenū vero, qui sunt illi qui trāsiuerint duas hebdomadas suorum annorum versus tres hebdomadas, morum est q appetant omnem rem, & sunt festini repentini ad persequendum quod appetunt. Voluptates autem magis eis prædominātes sunt voluptates corporeę attributæ veneri. Et cum hoc ipsi sunt variabiles, & cito diuertuntur, rem cito appetunt, & cito ipsam abhorrent. Causa autem, qua appetunt rem, est quia sua mens est conturbata, & nondum stabilita ad aliquam rem illorum, quæ eligenda sunt ad hanc mundanam vitam. & suæ intelligentiæ non sunt firmę: & ilæ sunt, quæ fiunt ex intuitu & inspectione & imaginatione illorum, quæ eis aduenīunt ex inuasione appetitus cum velocitate suæ ablationis: sicut est sitis, quādo ægri sitiunt: quia est sitis citæ ablationis, sed est nimis vehemens. Et illi cum hoc sunt velocis iræ, prosequentes ipsam: adeo q illius acuties, & vehemētia est violētia. nam illi propter honoris amorem non ferunt, si aliquis eos paruipenderet, sed contristantur, qñ cogitant q spernantur. et amant politiam, et magis ipsam victoriam. & hoc quia iuuenes amant gloriam, victoria autē est aliqua res glorię. Et illi sunt vehementioris amoris, honoris, & victoriæ, q̄ sint diuittarum, non diligūt autem opes, quia non sunt experti ipsum dispendium: & cito verificant sermonem, quia non multum erraut. Et sua cogitatio est decora, & aiaduertentia est ampla pp suæ naturę calorē: sicut accidit illi, qui bibit vinum occasione caloris accidētis ex suo potu. Ac etiā non debilitātur, immo ferunt tribulationes, & eas spernūt, et hoc vigore sui caloris. & vt plurimum ipsi sunt in animaduertentia: quia animaduertentia est temporis futuri, & reminiscentia præteriti. Futurū autē reperitur magis in adolescentibus quàm præteritum: quia ipsi sunt in initio sui esse. & ideo nimium animaduertunt, & nō reminiscūtur. & suus error et fallacia est pauca: & hoc, quia sui moris est verificatio absq; ratione debili. quā do autem intēditur eos fallere, leuis fit eorum fallacia. & cum hoc, q ipsi sunt animaduertētes sunt fortes. & hoc, qa fortes sunt iracūdi. Decus vero ipsius animaduertentię facit eos non terreri. & hoc, quia vis, quę ipe ratur in fortificatione, largitur eis fortitudinem, et vltra quod largitur fortitudinem, est spes ipsius boni. Itaq; vero gignit eis magnanimitatē: quia nemo timet aliquē hominem, & trahitur in illum. Et eorum moris est, q ipse pudor eis prævaleat. nam ipsi nondum discernunt res, quarum deberet eos pudere, à rebus quarū non est eis pudendum. & ex quo suspicantur in semetipsos in omnibus, cuiusq; rei pudet eos, qua timet ne erraverint. Et sustentant leges quod nimis est, et eas amplectūtur. cuius causa est, quia ipsi non conuertunt se ad illarum perscrutationem, adeo q eis secernantur, quæ earum sint secundum rectitudinem, & q̄ non sint secundū rectitudinem. Et sunt magnanimi, & putant q nunq; futuri sint pauperes. cuius causa est, quia ipsi non sunt experti varietates fortunæ & perditiones, & semper cupiūt eximias operationes magnanimorum. hoc autem est moris amplitudinis. Et tui moris est, q ipsi magis appetant iocundum q̄ vtile propter paucam eorū cōsiderationem damnorum fortunæ. Et sua electio est virtutum propter eorum electionem laudis & vituperij. Et comitantur socios vltra reliquos hoies, nam cōplementi oblectamenti, & gaudij est societas & amicorum conuersatio. Ipsi autem in nulla re expetunt vtile, neq; amicis: & suus error in rebus est plurimus, et magis est in rebus vtilibus, quas decrepiti peligunt. suaq; opera non sunt determinata neq; mensurata, nā nimis amant, & nimis odiunt. Et vniuersalius in omni re excedūt modum. & hoc propter suam prauam dignotionem damnorum fortunę. & ipsi putant q scīāt omnes res, quia in omnibus rebus se inuoluunt. Et componūt iniustitiam cum violentia, & res ex quibus est vitium & vitupertum. & hoc etiam est propter suā iactantiā, & nimiam magnificentiam rerum. Et sunt misericordes, quia omnes homines simul putāt esse bonos & iustos: & propter paucam eorum malitiam ipsi odio hūt viros prauos. nam ipsi putant, q prauus vir agāt quod non sit condignum. Et amāt derisiones & ludos. Et eorum diuersio à rebus est leuis cura, quorū diuersionis velocitas est imbecillitatis mentis. Hi itaq; sunt iuuenum mores.

Caput Decimumsextū. De *Decrepitorū moribus.*

DEcrepiti vero, qui annos senectutis præterierunt, sunt contrarij moribus iuuenum, hoc est moribus adolescentiæ & contentionis. Intendo autem per adolescentiam, mores illos qui tribuuntur excelsi mensuræ modestię: sicut est amor derisionis, & luxus, & cupido corporearum voluptatum. & hominum commiseratio & subductio. Et intendo per contentiosos mores, attributos potentiæ: sicut est ira, & magnanimitas, honoris et victorię amor, et si per tractio, & iniustitię cōpositio, et reliqui huius speciei.

Decrepiti aũt sunt econuerso horum morum propter suam vitam longi temporis. & sua spes est pauca: & sæpe decepti sunt, & sæpe errauerunt. Et sua cogitatio de hominibus est mala, ppter ipsos obiter factos esse causis fortitudinis, & defecisset eis intentionem experimẽti, & propter malitiam operationum eis occurrẽtium, siue omnes fuerint malæ, siue conducentes ad malas. Et suorum morum est, ꝙ ipsi non decernant aliquam rem de his, quæ sunt intra se ipsos, neq; admirentur aliquam rem eis succedentem, neq; eam magnificãt: quia tam sæpe repetita est eis. Et cũ ipsi iam experti sint omnem rem, nullam rem sperant, neq; cõtrectantur laudis vel vituperij. nam sua vera intentio est, ꝙ eis nõ sit penitus potestas alicuius rei. Et eorum etiã est, ꝙ ipsi nõ decernant aliquam rem, neq; determinent de ea omnino: sed semper in sermonibus eligunt sorte & forsitan. et hoc propter plurimam eorum fallentiam, et multitudinem illius, quod experti sunt, et sua spes frustrata est. Et ipsi sunt malorum morum propter suæ æstimationis malitiam de omni re. Malitia aũt suæ æstimationis est propter suæ verificationis paucitatem. Et paucitas suæ verificationis est propter suæ experientię multitudinẽ. Et suæ cõsuetudinis est, ꝙ ipsi nec excessiue amẽt nec excessiue odient: neq; hæc patefaciunt nisi vi et necessitate ducti: hoc est amicitiam & odium. & amicus & inimicus apud eos sunt, ac si essent vnius formę propter suam nostrã oblationi missam. & hoc per res, quas diximus, qua est sua vita longi temporis. & alij eos sæpe fefellerint, ac ipsi pluries errauerũt, et cõsimiles his. Et sunt pusillanimes, spernentes res eximias, nõ cupiũt aliquã rem nisi eas, in quibus cõsistit suus victus. Nec sunt gratifici, neq; honorifici. nam mundanæ necessitates sunt rerum, quarum est eis necessitas. & intẽdo per mundanas necessitates, res necessarias huic mundanæ vitæ: Hoc vero eis inest propter experientiæ multitudinem. & propterea quia ipsi putãt, ꝙ inuidia sit dura, & corruptio est prompta. Et propter has duas res ipsi valent resistere tentationi: ex quo res vtiles huic vitæ sunt necessariæ, & peripue in ætate decrepita, & ꝙ corruptio sit prompta. Ipsi autem pronosticantur & pronunciant quod est suæ nocitiæ prętiens de fortunę damnis. & ideo sunt pusillanimes. Et in hoc ipsi sunt alter ꝯ iuuenes: quia ipsi sunt frigidi ſm eorum cõplexiones & quieti, adolescentes autem sunt calidi incẽsiui. Et decrepita ducit ad pusillanimitatem & timorem. pusillanimitas autem consequitur frigus. et adamant viuere: nec oportet hoc dicere i vltimo suę vitę. Et eos admare vitam non est ad fruendum voluptatibus, sed, ppter suimet amorem tantũ: qũ iam priuatæ sunt ab eis cautæ voluptatum omnes præter voluptatẽ cibi inter voluptates reliquorum sensuum. illa enim nimium eis inest, quia cibus est eis necessarius: & cum oblectamẽto coniungitur eis ipsa necessitas. Et amant optimates regum et imperatorum principes propter eorum pusillanimatem. cuius causa est debilitas ipsorũmet, & suæ societatis hoium. et sua intentio est circa vtile, nõ circa decorum, quia amant seipsos. Vtile autem est res, quę est bona ipsi ꝙ. decorum aũt est, quod est bonum alterti. Et eorũ pudor est paucus. hoc aũt ita fuit, quia sua electio vtilis est magis, ꝙ eorum electio decori. pudor autem est timor deiectus decori. Et eorum spes est pauca pp suæ experientiæ multitudinem. nam maior pars rerum vertitur ad nocumẽtum, vel ad id, cuius malũ est maius ꝙ bonum. Res aũt, quæ sunt simpliciter bonæ, vel in quibus bonum prædicat malo, sunt rarę inuentionis. & indigeretur ad istæ inuentionis excessum longo tempore. id autem quod reliquum est vitæ decrepitorum, est parum. Et maior pars eorum vitæ & oblectamenti est in reminiscentia, nõ in spe: ecõtrario illius, qđ est dispositio iuuenum. & hoc, quia memoria est prętę ritorum. Decrepiti autem iam exegerũt maiorem partem suæ vitę: ideo eorum est bonum reminiscentiæ, & conjecturæ eius quod futurum est. Et eorum ira est velox, acuta, propter suę tollerãtiæ paucitatem: quia ipsa est pauca propter sui caloris debilitatem. Et eorum voluptatum, quædam iam cessauerunt: & quędam debiles effectę sunt. Et non mouẽtur versus voluptates, sed versus vtile. & ideo reputatur eis continentia propter cessationem suarum voluptatum. Sunt autem continẽtes nomine æquiuoco, & renuũt inquisitionem laudabilioris. Suum vero iuuamen, & refugiũ est ipsum necessarium. & plurimũ suæ conuersionis est ad res, quæ largiuntur adeptionem virtutis et decori moris: nõ ad res, quæ redduntur aduersus illum, qui conuertitur ad eas propter ipsum vtile. Et eorum moris est iniquitas, sed versutia & dolor non vituperij multitudine et mẽtis captione occasione magnæ diligentię ad opum congregationem: sicut est dispositio iuuenum. Et ipsi sunt misericordes: sed eorum miseratio est propter eorũ imbecillitatem, & eorum imaginationem facilitatis casus in ipsos mali quod ceciderat illis, quorum miserti sunt, non propter ipsos amare hoies: sicut est dispositio cum miserationis iuuenum. Et patienter ferunt dolores: nõ sunt velocis alterationis, quia patientia & quieta tollerantia est contra derisionem, seu subsanationem. iuuenis itaq; non amat iustificationem & patientiam. Hic itaq; est sermo de moribus iuuenum, & decrepitorũ.

Caput Decimum septimum. De moribus Senum.

QVi vero communiter sunt ſm vigorem, qui sunt senes, certum est, ꝙ ipsorum mores sunt medij inter hos mores, & ꝙ ipsi remouẽtur ab excessu extremorum. & ideo æquiores sunt. et non sunt audaces neq; pusillanimes: fortes in eo quod expedit, & tempore opportuno, & quãtitate condigna. nec verificant omnem rem, neq; falsificãt omnem rem: sed imaginantur res ſm suum esse, & verificant eas verificatione consequẽte suas naturas. nec suus victus, neq; sua inquisitio vertitur circa decorum solum, neq; circa vtile solũ, sed circa ambas res simul. neq; etiã ipsi sunt viri perfectæ verificationis neq; subsanationis pfectę, sed inter has. Et similiter sunt in voluptatibus cum fortitudine, hoc est ꝙ ipsi sunt continentes cum fortitudine. Adolescentes autem sunt fortes voluptuosi, & decrepiti sunt pusillanimes continentes. Et sermonis summa est, ꝙ eis peruenit pars vtilis singulorum morum absq; parte noxia, quæ reperitur in extremis turpibus aduenientibus decrepitis, et iuuenibus naturaliter. Hęc autem mensura est media, & ſm excessum alterutrius extremorum in moribus senectutis vltra alterum, siue fiat illorum declinatio ad malum, vel ad bonũ: hoc est, ad extremum laudabile vel vituperabile. & hoc etiam variatur ſm ꝙ mos ipse sit, qm̃ in pluribus dispositionibus fit augmẽtum fortitudinis, & eius appropinquatio ad expositionem ad pericula eligibilius q̃ terribilis dispositionis medium in alta dispositione. & sic homo auget malum, quando eo indiget ad ipso vtẽdum cum quibusdam hominibus: & auget bonum, quando indiget eo ad vtendum ipso cum alijs hominibus. Anni autẽ senectutis sunt à tricesimo quito anno vsq; ad annũ quinquagesimum. Hic itaq; est sermo de moribus iuuenum, & decrepitorum, atq; senum.

Caput Decimum octauum. De rebus necessarijs & proprijs Iudiciali generi.

EX quo autẽ sermo oratorius sit perfectioris operationis & maioris persuasionis, quando orator putat, ꝙ non remanserunt in illo locus perfectionis

tionis neq; animaduertentiæ, neq; dubij, sed iam tulerit ea, & fuerint confutata, oportet ꝙ cõstituat partem orationis, & ea ratiocinetur aliam rem. hoc autem per fictur contendente & iudice. Contendentis quidem opus est largitio persuasionis secundum orationem, & illius confutatio. Iudicis vero opus est dignotio rationum vtriusq; sectę: hoc est, proponentis & contendentis: sicut inuenitur dispositio contẽtionum ciuitatum. sed quando voluerit, ꝙ oratio sit perfectæ persuasionis, oportet ꝙ supponatur iudex, & contendens in omnibus generibus orationum rhetoricarum: hoc est, deliberatiuarum, & iudicialium, & demonstratiuarum. Differentia autem inter iudicem et contendentem est, quia iudex est superior contendenti: & ideo non quæritur ratio de eo de quo iudicatur. contendẽs vero est æqualis proponenti: & ideo non sufficit ei ad orationis confutationem, nisi ducat rationem ad hoc. Et aliquando in quibusdam ciuitatibus persuadent sermonibus contẽtiosis in oratione iudicis, absq; sermone proponentis et cõtendentis: sicut est dispositio gẽtis maurorum, quia vtuntur in contentionibus sermone iudicis cum rebus, quæ sunt deforis: sicut sunt testimonia & iuramenta. Differentia autem inter testem & iudicem est: quia testis testatur veritati conclusionis, & iudex testatur veritatis syllogismi eam concludentis, & contendens aduersatur ad suam confutationem. & maior pars orationum moralium & affectuum fiunt cum iudicibus.

Caput Decimum nonũ. De rebus communibus consiliturionibus propositionum trium generũ orationis.

MOres vero proprij singulis politijs quatuor politiarum, quæ in præmissis numeratæ sunt, iam prædicti sunt in capitulo deliberationum: & expedit vt sint nobis prompti, vt eis vtamur in moralibus orationibus. ibi enim prædicti sunt vt ex eis fiãt enthymemata in tribus dispositionibus. Cùm autem hoc stabilitum sit, & iam declaratæ sunt res, ex quibus fiunt verificationes & enthymemata in tribus dispositionibus, hoc est deliberatiuis, et demonstratiuis, & iudicialibus. Res aũt, ex quibus fiunt orationes morales & affectuum, sunt, quando expedit ꝙ procedamus ad declarationem propositionũ communium, quæ sunt in tribus generibus, hoc est in deliberatiuis, & demonstratiuis, & iudicialibus. Res aũt communes, quarum constitutio quæritur præmissis communibus in tribus generibus, sunt quatuor specierum. Prima, an res sit possibilis vel impossibilis. Secũda, an res sit ex his quæ sunt omnino in futuro, nec ne. Differentia autem inter hoc & possibile est: quia præmissæ, quæ fiunt de possibili, fiunt per dictionem possibilẽ. et de eo cuius vnius duorum possibilium nõ est excessus ſm esse vltra alterum. præmissæ vero quæ fiunt ꝙ res sit præsens in futurum, fiunt secundum formam illius, quod sine dubio est præsens. & si sint veræ nos non verificamus has, sed eis vtimur in hac arte hoc modo. Et tertia est, an res fuisset in præterito vel non fuerit. & id quod fit huius in hac arte, fit ſm formam illius, qđ iam notũ est esse ſm experientiã & sensum: et si nos non verificaremus hoc. Quarta est honorificatio rei, et ipsam facere abhorrere, & magnificatio & parificatio, glorificatio & vilipẽsio, & ipsius decoratio & spretus. nã hæc est res vniuersalis, quæ fit i tribus generibus. quia quando homo consulit de re, hoc est de ipsius factione, eam magnificat. Quando autem consulit ipsam obmittere, ipsam deprimit. Et similiter faciunt homines, si laudant vel vituperant, vel accusant aut defendunt. Et quando completus erit sermo de his, deinde loquuti erimus de materiebus specierum enthymematum & specierum exempli, & coniunxerimus his loca communia orationibus rhetoricis & alijs, iam conduxerimus intentionem intentam ex hac arte. quia in primo libro iam loquutum est de enthymematibus ex parte suæ connexionis non ex parte suæ materię. & ex parte suæ cõnexionis possibile est, ꝙ fiant in Rhetorica et in alijs: sed sunt propria Rhetoricę ex parte suę materiæ. Et dicimus, ꝙ etiã & si hæc quatuor ꝙsita essent cõmunia tribꝰ generibꝰ, q̃dã eorũ sunt magis propria aliqbus, & magis expedit, q̃ attribuanť qbusdã. & hoc, qa magnificatio & habitus sunt magis appropriati demonstratiuis, quæ sunt laus & vituperium, & propriores sunt contentionibus. & similiter quæ fiunt sicut præsens, quia contentio fit ſm talibus rebus. Ipsum autem possibile, & quod timemus, & quod speramus, magis proprium est deliberatiuis. Cùm autem hoc sit stabilitum, loquemur itaq; de præmissis, quibus homo persuadet, ꝙ res sit possibilis vel impossibilis. Intẽdimus autem hic per possibile vel impossibile, quod est nobis commensuratum, & ad quod est potestas magis q̃ ad id quod est incommensuratum: & non habemus ad ipsum potestatem, non ipsum possibile quod est possibile esse ex natura rerum, sed id quod est secundum voluntatem & potestatem. & quædam ipsarum est, quoniam si res habet contrarium, & suum contrarium sit possibile esse, vel ꝙ agatur, res itaq; etiam esset possibilis ꝙ agatur. sicut ꝙ si homo possibile est ꝙ sit sanus, possibile sit ꝙ ægroter: quia potẽtia & possibilitas amborum contrariorum est vna. Et secunda prędmissa est, ꝙ si simile esset possibile, id etiam quod est ei simile, est possibile. Et tertia ẽ, ꝙ si difficilius est possibile, leuius etiam est possibile. Et si res præstantior & nobilior est possibilis, illa res etiam, quando simpliciter profertur, est possibilis: hoc est sine hac conditione, quia bene gignere domum est difficilius q̃ gignere domum solum. Et quarta est: quia si quod tam imitatum est sit possibile, suum vltimum & complementum est possibile. Hutus autem loci persuasio est: quia ex quo quod impossibile est esse, impossibile est esse suum initium, sic est tium est possibile, ipsum esse est possibile. Iam autẽ declaratus est defectus huius loci in secũdo Topicę. Quinta autem est, ꝙ cuius complemẽtum est possibile, eius initium est possibile. et ille est contrarius præcedentis. Et sexta est, ꝙ si posterius natura vel generatione, hoc est tempore tolum est possibile, prius itaq; est etiã possibile. Exemplũ prioris natura est, si possibile sit ꝙ homo sit senex, possibile est ipsum esse adolescentem. Et exemplum prioris tempore non natura, est sanitas succedens post ægritudinem. Hic autem locus partitur in duas præmissas. & rursus conuertemus vtranque harum, & gignentur hic quatuor præmissæ. quia si prius natura vel tempore sit possibile, posterius itaq; etiam est possibile. Octaua præmissa est, ꝙ quicquid est naturaliter amandum & cupiendum, illud est possibile, ꝙ fiat: quia nemo, quando eius cupido fuerit ſm suam naturalem consuetudinem, appetit quod non est possibile. Nona autem est, ꝙ res, quas continent scientiæ & artes, sunt nobis possibiles. hoc est, ꝙ sciatur quod est in scientijs, & ꝙ fiat quod est in artibus. Decima autẽ est, ꝙ res, quarum initium esse dicitur est in ipsis vel in nostro decreto, sicut sunt ꝙ nos manu ducamus nostros seruos vel rogemus nostros amicos, ipsæ sunt possibiles. & hoc, quia id, quod est acquisitionis amicorũ est possibile: sicut id quod est nostræ acquisitionis est possibile. Et vndecima est, ꝙ quando partes sunt possibiles, & totum itaq; est possibile. Et duodecima est, quia si totũ sit possibile, et partes itaq; sunt possibiles, verbi gratia: qa si prędmissę demõstrationis sint posſes, & tota cõnexio est possibilis, demõstratio itaq; est possibilis.

De possibili & impossibili.

Et tertiadecima est, ꝙ si demonstratio sit possibilis, & connexio itaq; est possibilis: & econtra, si connexio sit possibilis, sicq; demonstratio est possibilis, exẽpli causa, si possibilis sit nauis plurũ remorũ, possibilis itaq; est ꝙ sit triremis: & econtra, si possibile est ꝙ sit triremis, possibile est, ꝙ sit plurium remorũ. Decimus quitus locus est, si vnum ꝯlatiuorum est possibile, alterũ correlatiuum est possibile, sicut est duplũ & dimidiũ. Et decimus sextus locus est, quia quęcunq; res possibilis est alij q̃ artifici, magis possibilis est artifici. & hoc, quia hic sunt quædam res, quæ aliquando sunt per accidens, & aliquando per se: & aliquando per artem, & aliquando sine arte, & quãdo hæ sunt possibiles per accidens, earum possibilitas est expedientior per se: et sic contingit, quando reperiuntur sine arte, & per artem. Decimus septimus locus est: quia quod possibile est in esse depressiori & viliori & magis ꝑpreto, et illi qui est minoris prudentiæ, magis possibile est inesse horum contrarijs, sicut est sermo Socratis, quando ait, in veritate displicet mihi me defatigari, eo quòd scio ꝙ ignarus illud ageret: & sicut dicit ꝙ turpe sit dicere, ꝙ Aristo. careat scientia illius, quod perceperat Zeno. Præmissæ vero, quibus cõstituimus ꝙ res sit impossibilis, notificantur ex contrarijs harum, quæ dictæ sunt, exẽpli gratia, q̃d quod prudẽtioribus est impossibile, sit impossibile minus prudentibus: et ꝙ quãdo totum est impossibile, partes sunt impossibiles. Præmissæ vero, quibus constituimus ꝙ res fuerit vel non fuerit, quasi sunt vna fm subiectum, duæ secũdum modum. Quarum est, ꝙ si id qđ est minus honorabile, & minus conuenies esse, est id, quod aptius est esse. Secundus locus est, ꝙ si fuerit oppositum, quod consuetum est precedi à suo opposito, & alterum itaq; iam fuit. exempli gratia, quia si aliquis homo laudauit aliquã rem, tam nouit eam: & si aliquis fuit perturus, tã turatus est. Tertius locus est, si quis habuit potestatem & cupidinem agendi, et nõ adfuit ei deforis vlla res ipsum impediẽs, tam ipse egit. & huic affinis est, ꝙ si quis habuerit potestatem ad aliquam rem, & tratus est pro illa, tam itaq; fuit. Et locus vniuersalis ambobus his est, ꝙ si potens fuerit aliquam rem, & ipsam appetit, tam fecerit illam. est autem vniuersalis, quia appetitus continet iram, et cupidinem. Largitur aũt hic locus persuasionem: quia homines vt plurimum agunt quod appetunt, quando possunt: iuuenes quidem, quia nõ sunt fatures, boni autem quia suus appetitus est ad bonum. & quando res sunt prope generationem, quarum est spes, ipsæ itaq; sunt quasi reperirentur. Quartus locus est: quia quando hominis cuiusdã moris est, ꝙ eius sit aliquis actus, qui est sæpe, tam itaq; ille actus fuit ab eo. Quintus locus est, quando voluerimus persuadere aliquam rem, ꝙ tam ipsa fuerit, speculabimur an ipsam præcessissent res, quarum naturæ sit illam rem præcedere, quam intẽdimus tempore fuisse, & si illę res tam præcesserũt, pronunciabimus ꝙ illa res tam fuerit. Hæ autem res præcedentes aliquam rem, aliquando sunt causæ, & aliquando sunt signa, sicut si cœlum corruscauit, tam tonauit. & sicut si aliquis homo fecit aliquam rem vt speculetur an ei conueniat illud opus, necne, tam itaq; fuit ab eo opus illud. Sextus locus est huius contrarius, qui est ꝙ, quando reperiũtur res posteriores aliqua re, tam illa res inuenta est. exempli causa si cœlum tonauerit, tam itaq; coruscauit: & si ipse homo nunc operatur, tam incœpit prius operari. Harum autem rerum, quibus sunt aliquæ res posteriores, & quædã sunt eis priores, quædam sunt necessario, & quædam vt plurimũ. Exemplum itaq; necessarij est, ꝙ si laudauerit aliquẽ hominem, tam ipsum nouerit. Et exemplum illius, qđ est vt plurimum est, ꝙ si cœlum tonauit, tam corruscauit. Hæ itaq; sunt præmissæ, ex quibus constituemus, ꝙ res iam fuerit, notitia vero ꝙ res nõ fuerit, est ex cõtrarijs harum earũdem rerum. Præmissæ vero, ex quibus constituemus ꝙ res futura sit, & ꝙ sit spes suæ generationis sunt hæ eædem. Et primo, quia si ipsa fuerit res, ad quam est potestas alicuius, & ille ipsam appeteret, ipsa itaq; erit. Intẽdo autem hic per appetitum aut sensata oblectamenta, aut res quas homo appereret, absq; ꝙ sint res sensatæ, sicut sunt diuitiæ & honor. & similiter si esset res, quam homo posset, ac etiam ira ipsa: aut posset ipsam, et ipsam eligeret cogitatione et animaduertentia. Ipsa itaq; erit cùm sit possibilis: & similiter affectus consequẽtes operationes voluntarias, qui eorum fuerint necessario, et qui illorum non fuerint necessario, omnes numerantur in eo quod futurum est, quando conuenerint rebus ipsos præcedentes. Et exẽplum illius, quod sequitur vt plurimum opus voluntarium, est exitus consequens protectionem, & casus visus in rem consequẽs palpebrarum apertionẽ. Ac etiã si præcessissent res, quæ præpararent, ꝙ ex eis fiat aliqua res, illa itaq; res erit in futuro, sicut ꝙ si cœlum occuparetur nubibus, in futuro itaq; pluet. Et alius locus est, ꝙ si res, quæ est propter aliquem finem, est ens, illo itaq; finis est res, quę futura est. exempli causa, quia domus erit in futuro, quę est finis ipsius fundamẽti, si fundamentum iam fuerit. Loca vero, quibus constituemus maius & minus, & multum & paucum, & prẽstantius & vilius, sunt eadẽ illis, quæ numerata sunt in vtilibus & eligibilibus per se: quando stabilirentur parum vniuersaliora. & hoc, ꝙ ascenderent ex capitulo vtilis in capitulum boni, quia bonum est genus cõmune tribus finibus, & trium generum ipsorum generum orationũ rhetoricarũ. & hoc, quia in consultatus est ipsum vtile, & in inhibitutis est ipsa vilitas, & in iudicialibus est ipsa iustitia. & vniuersalius loca, & ratiocinatio sũt propria & vniuersalia: adeo ꝙ possibile est ꝙ reperiantur cõmunia omnibus quæsitis, sicut declarata est res in secundo Topicorum. sed hic sumitur vtilitas de vniuersalibus, quando secum conueniunt particularia, & eis fieret ipsum commune illis. & hoc, quando vnumquodq; eorũ definiretur, & describeretur per id, quod ipsum appropriaret. quoniam finis huius artis est loquutio de particularitate, nõ de vniuersalitate vniuersaliũ: & de illis contingit sermocinatio vulgi sibi inuicem. & hoc, quia iam homo indiget in applicatione vniuersalium ipsis materijs habitu & vsu: & illud est vnũ eorum, quibus excellunt oratores. Iam itaq; dictum est de possibili & impossibili, & quando res fuerit vel nõ fuerit, & quando erit vel non erit, & de magnificatione & paruifactione.

De magnificatione, & paruificatione.

Caput Vigesimum. De complemento locorum rhetoricorum, & primo de Coniectura, & Opinione.

IAm autem remanet nobis loqui de rebus communibus cũctis verificationibus. & hoc ex his de quibus non est perfectus sermo in primo libro. & intẽdo per verificationes communes syllogismos rhetoricos, & loca rhetorica. Et dicamus ꝙ orationes rhetoricæ, sicut præmissum est, sunt duorum generum, exemplum, et inductio. Cõiectura vero est pars signi: & mastort horum parte indigebimus in cõsilijs, de quibus infra loqueremur. Et exemplum, sicut dictum est, in hac arte est simile inductioni in arte Topicæ, & enthymema est simile syllogismo in illa. Exemplũ autem in hac arte est duarũ specierum. Quarum vna est, ꝙ loquens exemplificet de rebus, quę tam fuerunt et inuẽtæ sunt, sicut est sermo dicẽtis, ꝙ regi expediat ꝙ nõ faciat tale opus, ne ei succedat, sicut accidit commisso talis regis.

De exẽplo.

Et

Et secũda species est, ꝙ orator faciat exemplum ipsum opere, & nouiter illud gignat: & aliquando fuerit prę-
missa, & aliquando longa narratio. Longa autem narratio aliquãdo est manifestæ falsitatis apud proponentem & audientem: sicut est dispositio narrationum posita rum in libro Chalcia. Et aliquando non est manifestæ falsitatis: sicut sunt plura ænigmata, quibus vtuntur Politici. Et nomen fictionis est magis proprũ præmissæ ficte apud Aristo. & exemplum est magis proprium existenti. Et prę̃missę, quibus cõsueuit vti Arabum vulgus, & alij in suis orationibus, sicut eorum dicum: facias me reminisci ratiocinatiõis, cuius oblitus fueram, & cętera, ingrediũtur hoc genus. Sed quędam eorũ sunt prę̃missę, quas inuenerat primus, qui loquutus est de eis, vt eas poneret exempla cõmunia pluribus rebus, & de quibusdam loquutũ est solum fm conuenientiam illius prę̃sentis temporis. & obseruatũ fuit hoc, & positum est exemplum plurium rerũ: sicut est sermo dicentis facias me reminisci ratiocinationis, cuius oblitus fueram. quia hęc enũciatio est famosa multitudini Arabum apud primum, qui loquutus est hoc exemplo, & causa huius etiam. Exemplum autem orationum fictarum est sermo cuiusdam antiquorum ad suam rempublicam, quando ex se, & ex viris suæ ciuitatis constituere volebant rectorem & imperatorem quendam, virum notæ fortitudinis & vigoris, & victorię, vt sibi vinceret suos inimicos. At ille eis consulebat, ꝙ non facerent hoc alicuius rei angustia, ne ex hoc procederent in vehementius malum, q̃: sit malum suorum inimicorum, quod est, ꝙ ille vir eos superaret & subiugaret. Et tulit suum exemplum, & dixit, ꝙ quidam equus dominabatur cuidã agro, & solus permanebat in eo: & ingressus est quidam veruex, et destruebat pascua agri. equus autem volẽs vindicari à veruece, petijt hominẽ si ei posset auxiliari ad vindicandum se ab illo, qui cõcessit ei dicens, bene valebo, si tu feres frenum, & gestabis me super tuo dorso tenentem virgam & corrigiam in manu. cùm autem equus obtemperasset ei, & ipse homo superequitatus esset, loco quo sperabat vindicari à veruece, redijt ad id ꝙ homo ipsum possedit, & oppressit, & subiugauit dura seruitute. & ait: intueamini ergo itaq;, & inspicite si sumatis frenum, quando illud constituetis in vestro ore versus vestrum imperatorem, & stabilietis illum ad cõseruationem & auxilium, ne vobis secum accidat, sicut accidit equo cũ homine. Et narrationes Chelile & Dimane sunt huius speciei. Aristoteles autem vocat hãc speciem narrationũ fictarum loquutiones: quia vna præmissa in eis distincta est, & posita plura verba. Et dicitur, ꝙ loquutio fiat ad tradendum rei intelligentiam, & ad ipsam apprime declarandum. hoc autem fit per assumptionem rei vniuersalis, absq; separatione. Vtilitas autem fictę loquutionis est, quia est facilior exemplo existenti. nam inuentio rerum, quæ fuerint tam similes rei, de qua est sermo in pluribus locis, est difficilis. Loquutio vero ficta est facilis loquutio. hoc autem erit, quando homo haberet vim sumendi ipsum simile & proportionabile, & sequãtur res & dispositiones, quæ ex illis gignuntur. Et hęc vis est via ad ipsam Philosophiam. & hoc, quia per assumptionem similis fiet cõstitutio vniuersalis. Vtilitas autem exempli existentis est, quia magis largitur persuasionem in cõsilijs. & hoc, quia contingentia succedentia in futuro vt plurimum, sicut dicit Arist. similia sunt præteritis. Assimilationes autẽ magis conferunt, quando faciliores sunt: & quando possibile esset homini ꝙ eas cõstitueret vehementioris similitudinis cum rebus, de quibus est locutio. Res autem præteritæ, ex quibus argumẽtatur, aliquando non sunt vehemẽtis similitudinis, sed sicut dixi-
mus sunt vehementioris persuasionis. Iam itaque dictum est, quot sint species exemplorum, & quo modo expediat ea fieri. Coniectura vero, quando notum fuerit quid sit notum, est in quibus rebus expediat ipsam fieri, & quando fiat, & de quo fiat, & quis eam faciat, & quis sit suus finis. Dicimus autem, ꝙ coniectura sit enunciatio, cuius subiectum sunt res totales non partiales. & hoc in rebus eligibilibus & remotis, non in rebus speculatiuis, quando illa enunciatio esset conclusio enthymematis & principium enthymematis alterius, ubiq; ꝙ declaretur syllogismus ipsam inferens. neq; secunda præmissa, quę secum sit pars enthymematis, neq; conclusio consequens ipsam. quia quando homo declarat duas præmissas syllogismi concludẽtis ipsam, illa oratio est enthymema. Et similiter quãdo declarauerit cõsiecturam ex parte, qua est principium enthymematis, & declarauerit conclusionem consequentem ex ea, oratio ẽt est enthymema. & hoc, quia enunciatio vniuersalis nõ euadit quin sit principium enthymematis, vel id qđ aggregat ambas res simul. Et hæc est coniectura, quando nõ declarantur præmissę ipsam concludentes, neq; ipsa præmissa, quæ secũ sit pars enthymematis, neq; conclusio, quæ sequi ex illa ex parte, qua illa est principium. Exemplum autem enunciationis, quæ quando fit conclusio syllogismi subtracti, est coniectura, & quando fit cum ratiocinatione est enthymema, est sermo dicentis, ꝙ nõ deceat, neq; sit conuectura sermo cuiusdam, licet fuerit doctor sapientię & magni nominis, qui dixit ꝙ pueros esse sapientes est superfluum, vel frustratio mundanorum negociorũ. quia si sit in habitudine ad syllogismum ipsum concludentem vel destruentem suum oppositũ, est enthymema. et hoc, sicut ꝙ dicatur ꝙ sermo illius, qui dixerit quòd pueros esse sapientes sit superfluum vel otiosum: quia sui æmuli & æmuli suorum parentũ inuenirent locum orationis ad eorum otium, qui non sit verus. & hoc, quia inuidi tam inuenirent orationem præter suũ otiũ, neq; sequitur ex esse scientiæ mortis otium, quòd homines non addiscant eam, licet non tulerit hanc orationem. Si autem ferret cõclusionem separatam, est coniectura. Exemplum autem enunciationis, quę quando fit principium enthymematis, & subtraheretur secunda præmissa, & cõclusio esset coniectura. Si aũt quod declaratur in cõclusione est enthymema, est sermo cuiusdam dicentis, qui dixit, ego non intueor inter viros huius ætatis aliquem bonum. hæc enim est coniectura, qua enunciauit, ꝙ illa sit sua coniectura, intendebat autem ꝙ eius filius sit virorum huius ætatis: virorum autẽ huius ætatis nemo est bonus: suus ergo filius non est bonus. Quando autem subtraheretur hæc præmissa, & conclusio esset coniectura, q̃n autem declaratur in conclusione est enthymema. Cùm aũt hoc stabilitũ sit de intentione coniecturæ, species itaq; coniecturæ sunt quatuor. Primæ partis est illa, ex qua diuisus est syllogismus ex parte, qua illa est conclusio demonstrationis, et principium demonstrationis. Hoc autem fit, q̃n syllogismus de illa est propinquæ euidentiæ per se, quam audiẽs haberet aliqua coniectura, q̃n loqueretur habens illam coniecturam. & hæc esset apud audientem, neq; esset in ea dubius. & hoc, quia q̃n non esset talis dispositionis, coniectura non largiretur persuasionem. Hæc autem pars diuiditur in duas partes, aut est optimo, cuius id quod difficile est prę̃batur, q̃n de ea loqtur omnibus aut pluribus: aut est optimo, cuius difficile intelligitur ab ipsis intelligẽtibus & cordatis. Secunda autem pars optimorum est, quam oportet prosequi per syllogismum & oratione roboretur. & hoc, quando optimo esset absurda, vel dubia latens non manifesta, & hęc ẽt diuiditur in duas partes, quarum vna est, quam

Coniectura quatuor species.

est, quam syllogismo prosequimur, qui eam cõcludit et & hoc, quando syllogismus est per se notus, & conclusio non est nota. Secunda autem est, quam prosequmur syllogismo, cuius ipsa opinio est pars. & hoc, qñ meminerit de opinione & eius cõclusione. & similiter, quando enthymema concludens est per se notum, & cõclusio non est manifesta. Exemplum autem opinionis, ex qua auferẽ syllogismus, & non sit pars syllogismi, neqꝫ ipsam syllogismo prosequimur ex his, quæ apud omnes sumuntur patentis argumentationis, est sermo dicentis, qꝫ bonum rerum vt puto & vt opinor, est qꝫ homo sit corpore sanus. Et exemplũ ex illis, quę recipiuntur apud intelligentes, & apud illos est patentis argumentationis, est sermo dicẽtis, mihi videtur qꝫ non sit amicus, qui nõ semper amat. Et exemplum opinionis, quę sit parua pars, est sermo dicentis, qꝫ non expediat qꝫ suscipiatur sermo illius, qui fuerit cuiusdam descriptionis, ſm quod putat & opinatur. Et exemplum opinionis, quę enthymemate ipsam concludente roboratur, est sermo dicentis, qꝫ apud me sit optimo de homine, qꝫ nõ stabilitat suam iram immortalem, cùm ipse sit mortalis. Iam itaqꝫ declaratum est ex eo quod dictum est, quot sint speçies opinioꝝ, & in quo loco sit aliqua species, & cum quo fuit. & hoc, quia quędã est optimo, quę non indiget enthymemate, qua vtimur cum vulgo, & quędã est, qua vtimur cum prçcipuis egregijs: sicut diximus illarum, quę indigent enthymemate, quędam est, qua indigeret propter audientem, quando homo veller, qꝫ largiatur persuasionẽ enthymematis concludentis, & quędam est, qua indigetur ad declarationem conclusionis, quę infertur ex ea. Quando autem opiniones sunt turpes extraneæ, expedit qꝫ eis præponatur quidam sermo, qui auferat suam turpitudinem. sicut est sermo dicentis: Ego vero ecce me presto sum, sed non facit acquirere alicui homini, neqꝫ commemorat peccata & opiniones ociosas: qa ego ecce me presto sum, non expedit ad corrigendum & tradendũ documentum prudẽtię. Quando vero opiniones sunt latentes, expedit qꝫ eis prçponatur illud quod eas assuescere faciat & exponat. aduenit autem opinionibus, qꝫ sint insinuationes & res extraneę. & hoc sicut id, quod retulit Arist. de assimilatione vitrata apud illos, qꝫ non conueniat qꝫ hominibus reimproperẽtur sua vitia, ne multiplicentur hirundines in terra. nam vtũtur hirundinibus pro viris loquacibus & fururratoribus contra homines, & vtũtur terra pro taciturnis. ac si dixissent, qꝫ non expedit nobis qꝫ blasphememus hoies cõmemorando eis sua vitia, ne permutentur qui tacent de nobis, & reddant blasphemãtes nos blasphemia reimproperante peccata, & adueñt circa nos, et exclamẽt, sicut faciunt hirundines. Hominem autem introducere in suum sermonem ipsam opinionem moris est, qꝫ significet dictionibus significantibus cõstitutionem ipsius opinari illam opinionem: sicut est sermo dicẽtis id, quod est apud me, est quod volo, aut quod puto. Id autem conuenit hominibus decrepitis. & hoc de rebus, quas experti fuerint, & comprobauerint. Cuius vero non est hæc descriptio, hoc non introduceretur ab eo. & similiter vsus assimilationũ conuenit decrepitis expertis assumptionis oneris alicuius hominis in se: sicut fert Arist. sermone de eo, qui nõ est expertus, est ignorãtiæ, & malæ educationis. Expedit autem qꝫ signum, quo vtimur in opinionibus, sit vniuersale, sicut est sermo dicentis, qꝫ veteres sint mente capti: quia illi cito dissipant quæ apud eos sunt: & mente capti cito dissipant quæ apud eos sunt. hoc enim signũ est in tertia figura, & eius prçmiſſę sunt vniuersales. Si autẽ consulẽs nõ posset ferre opinionem vniuersalem, expedit, qꝫ ipsam ferat vtplurimum. & si et possibile fuerit ferat ipsam, qua est pluriũ qꝫ vnius, & eam sumat vniuersalẽ, & conducat imaginari de ea ipsam vniuersalitatem, et si hoc necessario fuerit. hoc autem vtimur in signis in figura tertia, quia ibi infertur conclusio particularis, et putaretur qꝫ sit vniuersalis. Et expedit qꝫ in consilij tractatione in opinionibus, vtamur vulgatis assimilationibus: sicut est sermo dicẽtis, qꝫ aurora nota sit oculos habentibus, qm̃ tales assimilationes ipsę eædem sunt opiniones, & cum hoc sunt testimonia. Et expedit, qꝫ vtamur rebus prohibitis omnibus, & conueniẽtibus ſm opinionem, hoc est sermonibus qui animam delectãt, vel qui ipsam dolere faciũt & contristant, exaltãt vel vilipendunt. sicut qꝫ dicatur modus, qui aliqñ oritur versus depressionem, & aliqñ versus magnificationẽ: & sicut diceret quispiam, non tibi displiceat qꝫ iam nouerim tuos mores. nã hic sermo ferret laudem & vituperium. et tales sermones, qñ fiunt ſm modum opinionis, magis occurrũt: sicut si quispiam diceret illi, qui esset tratus, qñ nunciata illi futilẽt de eo aliqua res, qꝫ illa sit falsa ſm meæ opinionis facultatem, quia talis sermo auferret eius iram, & efficacior est, qñ fit ſm hunc modum, hoc est, ſm modum opinionis. Et moralis locutio, quando fit ſm modum opinionis, est vtilior: & illa ex moralibus, quę conuenit, est locutio, quæ conuenit virtutibus: sicut qꝫ dicatur, qꝫ non expediat nobis, qꝫ amemus ſm eam mensurã, qua odimus: hoc est, qꝫ amitia digna sit esse maior. Expedit autem, qꝫ ille sermo, quo homo sermocinatur, sit ex sermonibus moralibus ſm opinionem audientis: & ſm quod sibi placet de illo more, & in potentia cõnexus sit illi, quia per hoc esset sermo vtilior, quia constitueret cito in suo animo in actu quod est in potentia: sicut qñ videret decrepitum agentem opus pueri, & et diceret, hoc non cõuenit decrepitis: sed eis conuenties est sic, & hic, quia quãdo hic sermo succederet illi in cuius animo est cogitatio illius moris, expedit itaqꝫ qꝫ succedat motus ad illum. Si autem impossibile esset qꝫ sermocinetur moralı locutione aliquis illorum, in quibus est cogitatio illius moris, expedit, qꝫ consequatur orationẽ moralem per enthymema largiẽs persuasionem. exempli gratia, sermo dicentis apud me non expedit alicui homini, qꝫ eius amicitia sit pauca ſm mensuram eius odij: sicut quidã homines ferunt, sed oportet qꝫ semper amicitia sit maior: quoniam hæc optimo est mẽsurę, vel loci. nã hoc exemplum aggregat paruipẽsionem moris, quem descripserat, & fuit contrarij turpitudinem, cũ mentione enthymematis sufficientis ad hoc, vel sicut, si sic diceretur, hic sermo non est apud me conueniens: hoc est, qꝫ homo amet parum ſm mensuram, qua odit, sed expedit amanti, qꝫ eius amicitia sit perseuerans vehemẽs. nam expediens est, qꝫ odit prauos te ſam vehementi odio. quia quando hoc modo vsus fuerit hic, congregauerit tres res, qꝫ sit optimo, & enthymema, & mos. Illud quidem esse optimonem, qua vsus est dictione significante illam, hoc est, qñ dixit apud me morem autẽ, quia tetigit morem amicitię & prçmissa enthymematis, quod fit, est, quãdo dicitur expedit, quæ sumitur ex loco contrarij. quia si expedit qꝫ odit prauos vehementi inimicitia, expedit itaqꝫ qꝫ diligat bonos excessiua amicitia. Et vtilior locutio moralis est, qñ aggregauerit omnia hæc tria. Et vsus locutionis ſm modum optimonis habet quasdam vtilitates. Quarũ vna est, quia notitiæ et cogitationes plebis sunt ex rebus particularibus. & hoc, quia impossibile est, qꝫ suis intellectibus insint res vniuersales, sed eas imaginantur cum particularitate. & quando sermocinaremur eis de ipso vniuersali per signum particularitatis, quam comprehenderant, gauderent eo quod adeptti essent de illis rebus particularitatibus ex vniuersalitate, homines autẽ naturaliter amant perceptionem.

Quibus in rebus cõcludẽtis vtimur.

perceptionem. Hoc itaqꝫ est vnũ, propter quod prouenit opinatiua locutio. Alia vtilitas etiã est: quia cuiuslibet hominis sunt quædã res, quas eligit & cupit, & res quas non eligit, & quãdo eum oraremus pro eo non cuperet vniuersale cõmune illi, & illi quod cupit, festinat recipere ipsum vniuersale. & hoc propter indigentiam illius, & perficeretur res persuasionis eius de illa re. & si illam conduxerimus prope illud, reciperent illam, sed non occurreret nobis persuasio de illa. Exempli gratia, quia ille, qui habet prauos vicinos vel transgressores filios, susciperet dictũ proferentis, qꝫ in mundo non sit deterius qꝫ vicini & qꝫ filij. Et ex illius vtilitatibus est, qꝫ ostendat, qꝫ vnusquisqꝫ possit ex seipso ferre syllogismum constituentem illud, quem consuetum est ipsum obmitti: & constitueret audientem modo, quo in suo animo concipiat, qꝫ sit habentium necessitatem & notitiam sui syllogismi, & fieret hæc causa verificandi, & ipsum prosequeretur. Et ex suis vtilitatibus etiã est, quia quando aliquis homo oraret de aliqua re, & remisset suo responso hãc orationem, considerãs turpe esse qꝫ inclinetur oratione alterius ad rem, in qua firmata est eius animo pertinacia & peruicacitas. quando autem oraret pro vniuersali illius rei loco ipsius rei, possibile esset qꝫ non obꝺiciat illi orationi, & ipsam reciperet, postquam eum latuisset res illa, quod erat oratoris intentum. Et quinta vtilitas, quæ est magis propria, & præstantior his omnibus, est quia opinio constituit moralem locutionem. Fit autem moralis locutio in opinione: quia opinio est enunciatio vniuersalis de rebus, quæ eliguntur vel abꝺicuntur. Vniuersalis autem enunciatio de rebus, quas homo cuperet, ipsum promoueret, qꝫ induat morem illius, qui illas easdem res eligeret aut abꝺiceret. & ideo opinio esset tocunda audiẽti & oratori. Et aliquãdo ipsa eadem opinio fit moralis, si separaret absqꝫ eius materia. hoc est absqꝫ rebus eligibilibus & vetitis. qa ipsamet opinio ferret hominem ad induendũ morem illius, qui eligeret illas res. Et illæ res sunt, vt Arist. ait, in quas semper vertitur voluntas & cordis imaginatio: hoc est, in quos vertitur voluntas & anima. & illę sunt, quas homo diligeret sibi inesse vel ipsum notum de eis esse & diuulgari. Iam itaqꝫ dictum est quid sit ipsa opinio, & quot sint eius species, & qꝫ sint quatuor, & ex quibus rebus fiat opinatiua oratio, & quæ sit proportio opinionis ad res, & qꝫ illa fiat vniuersalis, & qꝫ vt plurimum fiat de rebus moralibus, & qꝫ ipsa vtatur assimilationibus, & dictæ sunt etiam suæ vtilitates, & de quo fiat.

Caput Vigesimum primum. De Enthymemate, eiusqꝫ prçmissis.

POst hac expedit qꝫ loquamur de materia enthymematum: & quibus dispositiõibus oportet qꝫ fiant, deinde loquemur de locis. Veritamen qꝫ enthymema sit syllogismus quidam, iam dictum est in prçmissis: & declaratũ est quis modus syllogismi sit. Prçmissę vero enthymematum expedit qꝫ non sint ex rebus diuulgatis nimium: econuerso dispositionis prçmissarum topicarum: quia illę vbi fuerint magis diuulgatæ prçstantiores sunt, neqꝫ etiam sint ex rebus latentibus, quæ declaratione indigent: sed oportet qꝫ sint ex mediis inter has duas species. Et illę sunt prçmissę, quę non sunt in actu apud audientem, sed illico qꝫ primum proferuntur, reciperet illas ipse audiens, & et occurreret verificatio illarum. nam propter suam diuulgationem assereremus illas. nam nullam rem facit acquirere, quæ non est apud audientem. altiora autem ignari plebis renuunt recipere ea, & quę non consueuerunt: sed loquuntur de latenti vt plurimum, & festinant loqui de talibus prçmissis. nam ipsi opinantur diuulgata, quę non sunt apud audientes. & hoc propter earum paucam necessitatẽ: & putant qꝫ id, quod est apud eos notum, qꝫ sit notũ apud omnes. Hæ itaqꝫ sunt species turpium præmissarum ipsorum enthymematum. Tertia autem species præmissarum, quibus imperiti vtuntur, sunt etiam præmissæ, quæ indigent pauca declaratione, nam periti deridentur tales præmissas, & non festinant loqui de eis, sicut iuuenes faciunt, & vniuersalius non expedit, qꝫ præmissæ harum artium sint ex omnibus, quæ vulgus nouit & putauit, sed ex rebus notis constãtibus iudicibus vniuersale illis, qui accepti sunt apud multitudinem, aut & accepti apud iudices, licet in se sint decentes. & hoc, qñ prçmiſę fuerint notę omnibus his acceptis vel pluribus eorum: & similiter omnibus acceptis his apud iudices, vel pluribus eor. Expedit autem qꝫ præmissæ enthymematum sumãtur ex rebus necessarijs, non tñ omnium: immo & ex possibilibus vt in pluribus. quia tam fiunt in Rhetorica præmiſſę necessariæ vt plurimum: quoniã vtimur in Rhetorica prçmissis necessarijs sibi notis per res non necessarias. Et expedit, qꝫ proponens sciat rem, de qua intendit loqui, & ratiocinetur per ipsam, vel in rebus consultiuis, vel de alijs capitulorum necessariorum ad ratiocinationem, hoc est inhibitiuorum vel iudicialium. & hoc qñ scientia tam comprehẽderit genus illius rei, de qua vellet loqui, vel rem illius generis de qua vellet loqui. quia nisi fuerit apud eũ notitia de illa re, non posset largiri persuasionem de ea. Quo modo enim possemus cõsulere hominib⁹ de bello, cũ nos nõ nouerimus suas copias, quę sint: hoc est, an equites vel pedites, vel arciferi, vel astarij, vel gladiatores, neqꝫ quotus sit illorũ numerus, neqꝫ qui sint eorum cõfederati, nec qui sint sui inimici, neqꝫ quibus bellis militarit essent, neqꝫ quos debellauerint, & quo modo militati essent: adeo qꝫ sciamus suam solertiã & rectitudinem in bello, aut quo modo possumus laudare viros, quorũ nescimus honores & eximios primatus. laudari enim laus fit de rebus et inexistentibus propter decẽs decus, quod suo animo inest. Et similiter qñ de aliquo enunciamus, qꝫ ipse sit consulens, vel laudans vel vituperans, aut accusans vel respondens, narraremus de illo, qꝫ ipse iam operatus sit illas easdem res, quas nos essemus operati, si nos conuersi essemus in illud opus: hoc est res, quę insunt rei, quæ per illas disponitur ſm decorum & turpe, laudem & vituperium, vt dictũ est in capitulo laudis: vel denominaretur per illas in operatione & damno in cõsilio, vel iniquitate & rectitudine in accusatione. & hoc eodem modo, hoc est per dispositiones inexistentes, quibus denominantur aliæ res qꝫ homines, sicut eis denominamus homines. quoniam hic etiã sunt aliquę res præter homines, quæ laudãtur & vituperantur. Et vniuersalius denominamus bonos et malos per operationes, quæ sunt ex ipsis, qua ipsi sunt boni vel malı, non per quãcunqꝫ rem contingentẽ, sed qua sunt appropriatæ rei, de qua est sermo singularum rerum, qua fiat persuasio per sermonem syllogisticum, siue sermo syllogisticus sit debilis vel fortis. Vnus autem syllogismus excedit alium syllogismum, quando eius prçmissæ fuerint notiores, & cõnexio partium suarum prçmissarum sibi inuicem fuerit maior, & sui termini mediꝰ fuerint propriores rei, cuius stabilitas intenditur. Manifestum autem est, qꝫ nõ expediat qꝫ enthymematum prçmissæ sumantur ex quacunqꝫ re contingerit, neque quomodocunqꝫ contigerit, sed expedit qꝫ sumãtur ſm conditiones, quæ dictæ sunt, & ſm definitiones, quæ narratæ sunt: sicut essent ex rebus, quæ inexistant rei, de qua est sermo: & qꝫ sint receptæ apud peritos sermocinantes viros, & cuius nome promulgatum est ex hoc in duabus speciebus præmissarum, hoc est in obelum, & in aeneum

& inuentarum seu de ineſſe: & ſic de reliquis conditionibus quæ dictæ ſunt. Et quando præmiſſę ſunt ex rebus, quę ſunt, hoc eſt veræ, & quę magis propriæ fuerint ipſi rei, magis traderent perſuaſionem, cū illæ quæ ſunt vniuerſaliores & pauciorꝭ veritatis. Præmiſſę autem vniuerſales inſunt pluribus rebus. verbi gratia, ꝙ quiſpiam laudet Ariſtō. quia fuerat ſapiens. nam hæc res continet Ariſt. & alios ſapientes. Illæ vero, quę ipſum appropriant, eſt itaq; ſicut ſi diceretur de eo ꝙ ipſe ſit, qui inſtituit ſapientiam, & eam compleuit. Hic itaque eſt ſermo de conditionibus præmiſſarum, quæ ſunt plurium ſpecierum.

Caput Vigeſimum ſecundum. De locis, quæ ſunt ſedes Enthymematum.

EXpedit autem, ꝙ loquamur etiã de locis, ex quibus educũtur enthymemata. Et vniuerſalius loca, quæ ſunt enthymematum fundamenta, quia poſſibile eſt nobis ꝙ inueniamus præmiſſas enthymematum per notitiam locorũ modo artificiali, quę ſunt initium ſermonis, qui expedit nobis eſſe de notitia diſpoſitionum præmiſſarum: quia loca vniuerſaliter ſunt denominationes præmiſſarum, & ipſarum diſpoſitiones, vniuerſaliores illis, quæ ſumuntur ad eſſe præmiſſarum. Et diſpoſitiones præmiſſarum, de quibus præceſſit ſermo, ſunt etiam attributa propriora cū loca. loca autem primo diuiduntur ad diuiſionem enthymematum. Et enthymematum primo ſunt duæ ſpecies, confirmans & probans, ſicut eſt diſpoſitio ſyllogiſmorum topicorum. Et cõfirmans quidē eſt ſyllogiſmus, qui concludit, ꝙ res ſit ens vel non ens, ex præmiſſis, quæ cõceſſæ ſunt. Enthymema aũt probans eſt, quod cõcludit rem ex præmiſſis interemptis denegatis: ſicut eſt ſermo dicentis, ꝙ illius ſpecies ſit vtilis illi: cui ſi eſſet vtilis, eſſet primum, ad quod conſulens feſtinaret. & hoc, quia cõſulens obmittit rem, cuius obmiſſio eſt denegata. & cũm cõpleuerimus loca ſm has duas ſpecies ipſarum ſpecierum enthymematum, illa fient nobis cõſueta: ſicut iam declaratum eſt, cũm peruenerint ad nos in actu omnes præmiſſę particulares vtiles, ſingulis rebus diſpoſitionũ particularium, de quibus diximus, ꝙ vna ſuarum conditionum ſit, ꝙ ſint receptæ apud ſingulas ſectas. Ex his itaq; locis inducemus enthymemata in conſultatiuis, quę ſunt de noxio & vtili. Et in ipſis inhibitiuis illorum, quæ ſunt de laude & vituperio. Et in iudicialibus, & his quæ ſunt ſm ius & iuriã, & affectus & exultatiões. Et dicimus, ꝙ ex quo loca ſunt trium ſpecierum, vel locus cõfirmatiuus, vel probatiuus, vel fallens: expedit itaq; nobis meminiſſe ſingularũ harum ſpecierũ per ſe. deinde poſt hoc procedemus in ſermonem de contradictionibus & oppoſitionibus, & vnde expediat ꝙ indicãtur enthymemata illarum. Et vnus locorum confirmantium eſt ſumptus ex contrarijs. Et hoc, quia expedit ꝙ ſpeculemur an contrarium prædicati inſit contrario ſubiecti: & ſi inſit ei, iudicaremus ꝙ prędicatũ inſit illi ſubiecto. ſi autem inueniremus ipſum negatũ ab eo, iudicaremus, ꝙ prędicatum ſit negatum à ſubiecto. Exempli cauſa: ſi bellum ſit augmentũ malorum cõtingentium, pax itaq; expedit, ꝙ hoc corrigat, & ipſum auferat. Secundus autem locus eſt ex ſimilitudinibus, & caſibus, qui dicti ſunt de bonis: quia caſus et ſimilitudinũ iudicium de eo quod affirmatur vel negaſ, expedit ꝙ ſit vnum. & hoc, quia ſi contingentia ſit bonitas, contingens eſt bonus. Tertius autem locus eſt ex relatiuis. quia ſi actio ſit tocũda & recta, paſſio itaq; eſt tocũda & recta. verbi gratia: quia ſi venditio ſit tocũda, emptio itaq; eſt tocunda. Et aliquando accidit in hoc fallacia, & putatur ꝙ ſi iure ſucceſſit actio in patiente, iure paſſus eſt patiens: vel econtra. Defectus autem huius loci eſt, quia quando de homine aliquo decreta ſit ſententia mortis, quia interfecit ipſum zayad. & licuit illius conſanguineis ipſum interficere. alius autem ſuperuenit, & eum interfecit: qui non erat illius cõſanguineus. deinde ille defenderetur dicens, ſi iure licuit ipſum mori, eius itaque interemptio iure licuit: dicendum eſt, ꝙ ſm legem nõ licuerit, et ideo oportet ꝙ ſpeculemur duas res, quę ſumuntur ex prædicamento relationis, an ſumptę ſint vno modo, vel duobus modis: & fiat expediens largitioni perſuaſionis huius. & hoc, quia iam perſuadet ꝙ duobus relatiuis aduenias vna res. Et hoc, quando ſumuntur vno modo, & illius contrarium etiam perſuadet: quia duobus relatiuis aduenit res diuerſa, quando ſumuntur duobus modis: & decet oratori ꝙ elgat huius vtile in ſingulis locis. Quartus autē locus eſt ex magis & minus, ſicut ſi diceretur, ꝙ quando quiſpiã percutit ſuum patrem, percutiat ſuum conſanguineum. et hoc, quia quando id eſt ens, quod eſt pauciorꝭ eſſe, id itaq; quod eſt pluris eſſe eſt ens neceſſario. & hoc, qa percuſſio parentum eſt pauciorꝭ eſſe, ꝙ percuſſio conſanguineoꝝ. In deſtruendo vero eſt huius cõtrarium: hoc eſt, ꝙ quando nõ eſt ens id, quod magis eſt, id itaque, quod eſt minus, eſt non ens. & hoc, quia quando homo non percutit conſanguineos, dignius eſt ꝙ non percutiat patrem. & quando eo vtimur in deſtructione, procedimus ab eo quod eſt magis ad minus. Alius autem locus eſt proprius Rhetoricę, qui continet cuncta loca, quæ non reperitur oratio ea continens: niſi ꝙ ille vniuerſaliter decernat propulſionem oratoris, per id, quod iam eſſet operatus, vel per id, quod operaretur, vel per aliquam rem, quam nec operatus eſſet, neque operetur. Ex quibus eſt, ꝙ deſarigat illum, qui te peterit aliquam rem, vel aliquas res difficiles tibi, ꝙ ipſe operetur quod eſt ei difficile, vel non valeret illud operari. Et ex illis eſt, ꝙ tu petas alterum, ꝙ operetur id quod ſcis, ꝙ non valeret illud operari: & quod ille non habeat ipſum, vt putet de te, ꝙ tu ſis illorum, qui habẽt illam rem. Et ex illis eſt, ꝙ tu tribueres alteri vitio rem, quam ſcis tibi ineſſe: vt putetur ꝙ id quod tu tribuis vitio alteri, non inſit tibi. & hoc, quia id, quod aliquis homo tribuit vitio aliꝭ, conducit ad putãdum de eo ꝙ ipſe illud aufugiat: cũm id quo ipſe afficeretur, tribueret aliꝭ vitio, & putaretur per hoc contrarium. Et ſimiliter ꝙ aliꝭ expedire aſſeras aliquod bonum, quod non ineſt tibi, vt putetur ꝙ tibi inſit. & huius generis eſt inculpare ſine culpa. Et ex illis eſt profecutio additionis cõditionum in aliqua oratione: adeo ꝙ reddatur ratiocinatio, vel minutionis cõditionum, donec reddatur ratiocinatio. Et ex his, quibus fit increpatio accuſantis eſt, ꝙ accuſatus declaret, ꝙ ille ſit ei cogqua lis ſm malitiam: & ꝙ ille non ſit eo præſtantior: quia coæquatio ſm malitiam non ponit alicui homini contra aliquem hominem locũ accuſationis. & hoc, quia ſicut coæquatio ſm bonum infert laudẽ à ſe inuicem, ſic coæquatio ſm malitiam remouet vituperationem à ſe inuicem. Alius autem locus ſumitur à definitione, quæ cõmunis eſt cunctis artibus. Intento autem definitionis hic, eſt quicquid recipitur ꝙ ſit definitio, vel putetur de eo, ꝙ ſit definitio, ſiue hæc fuerit vera definitio, aut deſcriptio: vel cõmutatio cuiuſdam nominis loco alicuius alterius nominis: vel notificatio rei per ſuum genus. nam omnia hæc ingrediuntur hoc capitulum. aſſumptio autem huius exempli eſt ex ea re proxima rei, quę diuulgata eſt apud nos. Et Ariſt. meminit ad hoc quorũdam exẽplorum, quę fuerunt hoſtium notorum ſuæ ętatis. Et altus locus eſt à diuiſione, qui eſt, ꝙ diuidas prędicatũ vel ſubiectum. quia qñ res ſumitur vniuerſalis, videtur ꝙ ſit recta: & vniuerſalius ꝙ ſit alicuius

Loc⁹ ex contrarijs.

Ex ſimilitudinib⁹. & caſibus.

Ex relatiuis.

Ex magis et minus.

Ex propulſione in eum qui operatus eſt.

A Definitione.

A Diuiſiõe.

ſit alicuius diſpoſitionis. quãdo autem diuiſa fuerit, patet, ꝙ ſit econtrario illius diſpoſitionis. ſicut ſi diceret, ꝙ qui nequam fuerit, ſm aliquam trium cauſarũ nequitiam cõmiſerit tali vel tali aut tali cauſa: quarũ duę impoſſibile eſt ꝙ ſint, tertia autem non putatur remota. Et alius locus eſt ſumptus ex iductiõe alicuius, qui præceſſerit. Exempli gratia, qui vellet vilipendere aliꝭ viro diſpoſitionem legis, vel ſolertem ad illam illũ redderet, & ferret ꝙ talis & talis ſic & ſic operatus fuiſſet ex his, quę legi aduerſantur: & nõ nocuit ei, imo aucta eſt eius diſpoſitio, & exaltatũ eſt eius dominiũ: vel diceret, ꝙ talis & talis obſeruauit ſui Dei legem. & fuit hoc cauſa ꝙ perſeuerauerit, & cõtinuatum ſit eius imperium, & adaptatum ſit eius regnũ. Et alius locus eſt ex locis oppoſitiõis, qui eſt, ꝙ ferat iudicium de aliqua re quodam iudicio, quia eo tuliſſet iudicium, qui eum præceſſerat, vel de illa eadem re, vel de ſuo ſimili, vel de ſuo cõtrario: hoc eſt, ꝙ iudicium de aliqua re ſit ſm contrarium iudicij de ſuo contrario: & maxime ſi illi, qui tuliſſent iudicium eſſent omnes, & multitudo, & ſapientes cum illis, vel plures illorum, et eſſet illud iudicium continuum, vel id de quo ferret iudiciũ ipſa multitudo, vel ſapientes omnes, vel quidam eorum. Et ſimiliter etiam, quando tuliſſent de illo, eſſent hi, de quibus putaretur, ꝙ non ferrent iudicium peruerſe, econtrario ipſius boni, vel econtrario vtilis, vel econtrario recti. ſicut ſunt nati cum parẽtibus, & cum magiſtro, horum iudicium ſit oratione, & aliqñ ſit opere, & aliquando ſit natura: hoc eſt, quando non fuerit ſuę aptæ naturæ res illa: ſicut eſt ſermo dicentis, ꝙ mors ſit cauſa materię: & per hoc ferret iudiciũ, ꝙ Deus excelſus nõ ſit mortalis. Exemplum vero huius de magiſtro & parentibus eſt manifeſtum. & hoc, qñ argumentantur de homine ſuis opibus & ſuis orationibus. Et alius locus eſt diuiſionis prędicati, qui cõmunis eſt tribus artibus. exempli gratia, ſicut ſi quiſpiã diceret deſtruendo, quo pacto talis debeat fuſtigari: quia ſacrilegũ vinum bibit, aut quia adulterium patrauit, aut quia ſtatuta eſt tranſgreſſus, vel quia abnegatione innotuit ꝙ detinuerit bona ſui ſocij. Alius autem locus putatur ꝙ ſit locus connexi, cuius meminimus in bonum, aut eſt pars loci connexi: & hoc, ꝙ ſpeculemur id quod boni vel mali accidit rei, & et connectatur: & vniuerſalius ex cõnexis cõuertibilibus: & hoc in tribus ſpeciębus, hoc eſt, conſultatiuis, & iudicialibus, & inhibitiuis. Verbi gratia, ꝙ diceret quiſpiã, ꝙ aſſumptione documenti intelligentię ab ipſo diſcipulo cõnectatur ei malum, ꝙ et inuideatur. id autem boni quod et cõnectitur, eſt ꝙ ipſe ſit ſapiens. Sicq; expedit ergo homini, ne ſumat intelligentiæ documẽtum, ne ei inuideatur, vel ꝙ ſumat intelligentię documentum, vt euadat ſapiens. & hoc, quando vſus eſſet cautione ab altero duorum conuertibilium, vel illius prędelectione. Hic autem locus fit in ipſis poſſibilibus, & in reliqs rebus. At ille placet ſm id quod ei eſt ordinationis duorum cõuertibilium mutuo vnũ ad aliud. Et altus locus eſt, qꝰ cõſtituat vtraque duo contraria aut duo oppoſita vniuerſaliter oppoſita duobus, aut ſimul: vel ꝙ vnum vtriuſq; aduenìat alteri duorum cõtrariorum ſolum. Primus autem eſt locus, qui ſmiſſus eſt. & hoc, quia vtricꝫ duarum rerum & aſſumptioni documenti ſuę priuationi aduenit bonũ & malũ ſimul. Quòd vero aduenìat vtricꝫ eorum altera duarũ rerum, eſt itaq; ſicut ſermo dicentis, ſi loquar dicam verum vel falſum. ſi autem dicam falſum Deus oderit me: & ſi dicam verum, oderũt me homines. Silẽtium ergo expedit, vel diceretur. ſed expedit eloquium: quia, ſi tu dices verum, Deus te amabit: ſi autem diceres falſum, amarẽt te homines. Differentia autem inter hunc locum & primum eſt, qa connexa ibi alteri duorum contrariorum non contrariantur: quia inuidia & ſapientia non cõtrariantur, ſed poſſibile eſt ꝙ cõiungantur in vno ſubiecto. hic vero connexa impoſſibile eſt coniungi. & hoc, quia Dei amor eſt iuſtitiæ, & amor hominum eſt nequitiæ. Alius autem locus eſt, ꝙ intelligat præmiſſas cõtrarias, hoc eſt, ꝙ percipiat vnum duorum contrariorum illorum, ꝙ ſit honeſtum. & ꝙ omnes ipſum concedãt manifeſte, & expreſſe. & aliud cõtrarium ſit vtile: & omnes illud concedant apparenter, & in narratione. nam quando orator apprime conſideraret in hoc loco tales præmiſſas, poſſibile eſſet ei largiri perſuaſionem alicuius rei, & ſui contrarij. & ille eſt admirandus & bonæ induſtriæ. Exempli cauſa, ꝙ quiſpiam diceret in ędes diſſuadere ad inhibitionem vini, ꝙ illud ſit prohibitum: quia illud ſit abhorrendum & delictorum tanuæ: quia ſm manifeſtum & honeſtum concederent hoc homines. Alius aũt diceret, ꝙ illud ſit homini vtile ad ſuam ſanitatem, & bonificet ſuæ diſpoſitioni & ſuo ingenio: nã cordis imaginationibus homines concederent hoc. Alius autem locus eſt compoſitus ex duobus locis locorum opinionis: quorum vnus eſt compoſitio contrariorum, & alter eſt contrarietas præmiſſarum ipſorum contrariorũ. hoc autem eſt, ſicut ſermo illius, qui increpatus eſt ferutis ſubiectionis ſui filij grandioris, quando ille diceret. Si vos ſtabiliretis grandiores adoleſcentulos in cœtu virorum, ſequeretur ꝙ viri minores ſint adoleſcentuli. quia oratio, quæ dicit adoleſcens grandior eſt vir, eſt contraria illi, qua dicitur vir minor eſt adoleſcens: cùm vir & adoleſcens ſint oppoſiti, & ſimiliter grãdior & minor. Et aliud exemplum huius eſt, ꝙ dicaſ, niſi vos ſtabiliretis illos, qui vobis famulantur abhorrendos & reẽctendos, quãdo turpia patraſſent, non leniretis continentes, nec eis famularemini. Alius autem locus eſt, quando ſunt duo contraria duobus oppoſitis, quibus annectatur vna eadẽ res, ſicut eſt ſermo dicentis, ꝙ Deus ſit creatus, & ꝙ ipſe non moriet. vel quando diceremus, ꝙ non ſit creatus, & moriatur: quia illud quod ſequitur ex vtriſq; his oppoſitis, eſt vna eadem res, quę eſt, ꝙ Deus nõ eſſet ipſe Deus. ſequitur autem illa vna res, quia non ſunt vere oppoſita, ſed per accidens: ſicut dicitur de diuulgata quæſtione, an expediẽtius ſit homini philoſophari vel non philoſophari: quia quocunq; duorum modorum aliquis vir reſponderet, ſequeretur ei ꝙ philoſophandum ſit. Et ex hoc eſt repulſio Pythagoræ à Platone: et huius loci eſt ſermo dicentis, ꝙ æqualis ſit offendẽs in Deum, & offendens in eius prophetam. Alius autem locus expedit in aſſumptione præmiſſarum contrariarum, qui eſt, ꝙ hic ſint quędã diſpoſitiones rerum, quę diſpoſitiones aduenìunt rebus contrarijs. Et quando illæ diſpoſitiones ſumerentur medij termini, poſſibile eſſet per eas largiri perſuaſionem alicuius rei & ſui contrarij. Hic autem locus contrarius eſt reliquis contrarijs: quia hæ diſpoſitiones ſunt contrariæ. verbi gratia, quia aliquis diceret apud timorem, ego non interficerem, ſed fugerem, quia per fugam euadam. & quando conſiderem, interficerem. vel quiſpiam diceret, quãdo timerem interficerem, quia homicidio euaderẽ. quando autem conſiderem nõ indigerem homicidio. In hoc autem exemplo cõſtituimus modos, ex quibus ſequuntur varij fines. quod fit quando ſpeculamur res, quæ quando fuerint, ferrẽt duos fines diuerſos vel fines plures. qa non omnino, quando ſumimus illas res medios terminos, eſſet nobis poſſibile per eas perſuadere rem & ſuum oppoſitum. & hoc eſt, ſicut quãdo diceretur, ꝙ talis non torqueat talem, quia lex ipſi decreuit illius tormentũ, ſed quia ille liuore odit illũ. Et ſicut aliquis diceret de re, quam aliquis homo condonatus eſſet alterum

Ex iudicio.

Ex diuiſione prędicati.

Ex cõnexo.

Ab oppoſitis.

Ex contrarijs.

Ex aſſumptione præmiſſarum contrariarum.

tetum, tu condonatus es illum eam rem ad ipsum vitu perandum & vilipendendum, quia carbones tu proiecis in suum caput: alius autem diceret, cp donum sit fidum amici donum. Ille autem locus sit in tribus speciebus oratorijs. Alius autem locus est continens cõtroEx cõtinente controuersias & cõsultores.
uersias & consultores: qui fit, quando speculamur res quas homo cupit, & res quas non cuperet: & dispositiones quibus fiunt res: quando illę sunt vel non fiũt, quãdo sunt priuatę. Et huiusmodi est, cp si res esset possibilis, & facilis, & vtilis sibi suisq; amicis, siue sit nocens inimicis, siue non nocens: vel illius damnum esset minus cp vtilitas eius, expediret cp fierent hæc, & similia. illa vero, ex quibus homo se abstineret, vel subtraheretur ex eis, sunt horum cõtraria. Et ex his accusant illi, qui accusant, & respondent hi qui responsuri sunt. Accusatio quidem est ex his, ex quibus homo se abstinet, & ex hoc loco. & putauit Aristot. cp sumitur oratio duorum virorum veterum diuulgatorum in oratoria apud illos. Expedit autem cp præmittę, quę fiunt hic, sint ex rebus cogitatis acceptis in mittis imaginationis, non ex rebus, quę non confirmantur: sed oportet cp sint ex his, quæ possibilia sunt, vel recipiãtur, & occurrat in eis quasi persuasio cito & leuiter. & hoc, quia res, quarum occurrit confirmatio, sunt duarũ specierum: quarum vna est illarum, quas quando homo eas audierit, confirmaret illas, & ex seipso eas reciperet. Altera autem est illarum, quas, quando homo audiret eas, reciperet propter suam diuulgatã notitiam. & hoc, quia illę sint apud omnes laudabiles. In prima autem specie occurrit confirmatio: quia putaretur esse secundæ, hoc est diuulgatę notitiæ. Et præmissæ putatę sunt duarum specierũ: quædam species est illarum, quas confirmãt, quia sit diuulgatę. & aliqua spes est illarũ, quas cõfirmãt viri, ga putant diuulgatę. & hoc, quia confirmationes sunt trium specierum, vel veræ, vel diuulgatę, vel inconsideratę. Quando autem Rhetorica oratio nuda esset ex his duabus speciebus, & nõ esset ex his, in quarum occurrit confirmatio cito, & leuiter, non est digna vt ea vtamur in hac arte. Exẽplum autem illius, in qua occurrit quasi persuasio, est quod dixerunt veteres, cp leges indigent lege, quæ eas cõferret, sicut piscis, qui est in mari indiget sale, cùm in mari sit sal: & sicut oliuæ indigent oleo oliuo, cùm in eis sit oleum oliuum. quia licet hoc nõ persuadeat, est propellud quo occurrit persuasio. quia quando et adderetur cp piscis indigeat sale, quando intendimus eius conseruationem & permanẽtiam, & quòd et stabiliatur alius sapor, & sic addatur oliuis, quando intenditur earum permanentia & saporis permutatio, hoc est, quod in eis ponatur oleum oliuum. Et si non, quoniam pacto esset quasi persuadens quòd dicatur id quod est in sale, indigeat sale: & in quo est oleum oliuum indigeat oleo oliuo?

Caput Vigesimum tertium. De locis Increpationis.

QVædã increpationis loca sunt, quando homines considerant bona & mala, quibus mẽtionem faceret de aduersario in laudem vel vituperium ex his, quę sunt extra rẽ, de qua fit oratio. & hoc siue fuerint ex his ex quibus est pronunciatio nouorũ apud homines & assueti sunt ea dicere, vel apte essent assuescere illa dicere, licet nondũ ea pronunciauerint, hoc est ex opationibus aduersarij & suis orationibus præsentibus & præteritis. & facũt hanc increpationem aduersatorum, sm quod eis res expedit, sicut si aliquis homo diceret: vos nunquã mihi dedistis aliquam rem, ego vero pluribus vestrum cõdonatus sum. Et vniuersalius perserutatio hic est de omnibus his, quorum mentionem faciunt contendẽtes simul ex his, quæ sunt extra præmissas, quibus vtuntur ad rei declarationem. Alius aũt locus est acceptus ex similitudinibus operationum, quibus homo increpat. & ex sibi similibus & similibus cõtendẽtibus viris. & hoc, quãdo ille, qui accusatus est, non posset cõstituere causam per illam rẽ. Causa autem eius, hoc est eius remotionis ab eo, adeo cp auferatur turpitudo, quę de eo est dicta. quia iam defenderet se, qui accusatus erat, quando accusator operatus esset simile illius operis, vel cp illud idem opus fuisset à similibus hominibus. hæc autem est coęquatio. orator veto vertitur ad illud, quando nequit tradere causam, quę remoueret suspitionem ab eo. Alius autem locus est, cp ipsa eadem res stabilita tur causa: & illa est vera petitio principij. hic vero largitur persuasionem propter eius diuulgatã notitiam: et plebs non putat de eo, cp sit fallatta. & hoc cum mutauerit accentum, vel in sut permutatione, non quando ferret eãdem orationem. sicut cp dicatur, cp sit ens, vel non sit ens: sed sicut dixerunt quidam veteres, quando expulerant quẽdam virum à sua ciuitate, & ex regione suæ familiæ, cùm dicerẽt cp ille erat ingenuus in sua familia, & in patria eius. quia hoc scriptum erat in capite ciuitatis: in marmoreis columnis stabilitũ est eius nomen. marmoreæ ergo columnæ sunt testes. & hoc, quia consuetum fuerat apud eos, cp scriberentur nomina habentium generositatem ciuitatis in locis publicis. & hoc erat apud eos, ac si quispiam diceret, cp prosapia talis sit talis, quia habeatur de eo testimonium in libris diariorum. Alius vero locus increpationis est, quando aliquis operatus esset, & obmisisset quod est præstantius illo, cum illius destructione. Alius autem locus est, cp consideretur an consulens faceret, sicut est dispositio illius rei, de qua consulerit, quãdo possibile et esset illud facere, qa si ipse non faceret id, de quo consulerat, cùm fuerit ei possibile, adest ibi locus increpationis ipsius, quia id, de quo consuli, si sit bonum quod deberet acquiri, aut malum quod deberet fugari, non eligeret sua voluntate, deinde bonì acquisitionem aut mali fugam. Hic autem locus est falsus, quia aliquando homo consulit de aliqua re, quam quando consuleret putaret esse bonam: postea autem et declararetur, cp non sit, & non operaretur eam & consuleret de ipsa. & huiusmodi apud nos est, cp recipiat oppositionem enunciationum, & obmittat opus sm ipsas. Alius autem locus est, cp cõsideremus ambas opationes, quas homo operaretur, an sequatur ex altera earum, quando operaretur ipsam, cp deinde non operetur alteram, & fieret sm hũc locum increpatio. sicut cp fieret mortuum, & prope accederet ad ipsum. quoniam fletus significaret eius mortem, prope autem accessus suam vitam. Et alius locus est, cp consideremus rẽ, ex qua constituitur ratio constituens accusationem, quando possibilis esset ratio ad defensionem: vel ex eadẽ re de qua defenderet, intelligeretur ratio ad accusationẽ. Hoc autem fit duobus modis. aut cp natura aliter intelligeretur hæc ratio, sicut cp reperiretur aliqs homo in media domo permanens, & diceret cp ille sit grassator: quia repertus est in hoc loco. ipse autẽ diceret, si fuissem grassator, non permansissem in media domo. Secundus autem modus est, cp in illa oratione, qua defenderet excusans se, vel qua accusaret ipse accusator, reperiretur locus, ex quo significatur contrarium suæ significationis. si esset defensionis significaret accusationem, & si esset accusationis significaret defensionem. & hoc est sicut error, qui accideret in oratione ex additione & diminutione, vel latentia alicuius suarum conditionum. sicut putatur cp aliquis homo furatus esset aliquã rem

à quadam

à quadam domo, cuius dominus contigerit cp interfectus esset in ea. ille autẽ diceret, cur ego furatus essem inde aliquam rem, cùm ego non interfecerim illius dominum? quoniã tali loco remoueretur suspitio de illo, postquam iã erraſſet, & declinasset ad respondendum ad id, quod non fuerat interrogatus. Et aliquando sunt quædam diuulgata in hac arte, quorum oratio componeretur ex hoc loco. Et alius locus est, in quo præmissę acquirere facerent nomẽ rei. & hoc aut denominatiue, aut sm translationem, aut sm accõmodationẽ. Exempli gratia, sit aliquis homo, cuius nomen sit adulter vel homicida, & accideret cp ipse in se esset adulter vel homicida, & diceretur ei tu adulter es adulter, & tu homicida es homicida. & aliquando fit translatione nominis, sicut ruam radicem eradicabo, vel defraudantem te defraudabo. Hæc itaq; est summa locorũ, quæ continent demonstrationes, & increpationes secũdum quod narrauit Aristo. Et vniuersalius increpatiões efficaciores & vtiliores sunt q̃ demonstrationes. nam illæ conducunt audientem putare rem cum suo contrario, & fieret eius conceptio perfectior & iocũdior. Ac etiam, quia increpationes propter vicinitatem suæ declarationis construuntur ex paucis dictionibus, & essent facilioris obseruationis, & velocioris dignotionis rei. Et vniuersalius ambæ illę sunt vicinæ: & sint increpationes clariores & patentiores apud audientem. & ambæ illæ operantur persuasionem promouẽtem animum: & eo magis in quibus, quando orator inciperet sua gesta, auditores essent in vltimo intenti ab illis. & vniuersalius cp ex his constituant rem connexam consequentem exordium orationis: quoniam ordine, qui est talis dispositionis, gaudent illum proferentes, quando ex illis percipitur hæc res, tanto magis ipsi auditores. Et vniuersalius hęc loca, dũ peruenerint alicui homini, possibile ei esset, cp eis acquireretur de hac arte, breui tẽpore & pauco labore id, cuius moris est cp acquiratur lõgo tempore, & maximo labore. Et sicut in duabus præmissis artibus, hoc est arte Demonstrationis & Topice, sunt duę species syllogismi, quarũ vnus est verus syllogismus illius artis, & alterius est ipse falsigraphus, de quo putaretur, cp sit syllogismorum illius artis, cùm non sit ex suis syllogismis: sic est dispositio artis Rhetoricæ, quia illius quoddam est enthymema verum, & quoddam est enthymema falsigraphũ. res hoc agentes iam numeratæ sunt in libro Elenchorum. nisi quia ipse Aristo. meminit hic de magis diuulgato illorum, hoc est de cõmuni, & de eo illorum, qui etiam est huic arti appropriatus, cùm quidam syllogismi sophistici sint communes omnibus artibus: & quidam sint qui determinent vnam artẽ, excepti aliis artibus. & hoc, quia sicut aliquando est quidam syllogismus sophisticus in arte Demõstrationis, qui nõ est in arte Topica, sic aliquando fit syllogismus falsigraphus in arte Topica. & hic erit verum enthymema: sicut est syllogismus signi, qui fit in secũda figura. Loca autem deceptoria sunt duarum specierum propter dictiones, & propter res. Enthymematum vero fallentiũ est propter dictiones. Vna suarum specierũ est, cp sint figuræ dictionum vnæ. id autem, quod significant dictiones ex illis rebus sit diuersum. Hic autem locus est principium plurium syllogismorum. quia quando hi constituuntur hoc modo, fit ex illis putatiuum enthymema: præter cp sit verum enthymema. Et quidã eorum est, qui fit ex nominis vniuocatione, & sua æquiuocatione. sicut quando dicimus, cp ille sit genere canis seu cynicus: canis autẽ est vilis. huius autem fallacia est, quia nomẽ canis dicitur de prosapia cynica, & de animali latrabili. Et alius locus est, ex sermone diuiso sepa rato, quãdo diceretur compositus: & cõpositus quando diceret diuisus, quia putaret cp esset vna res. Exempli gratia, cp verificetur diuisus, & mentiatur compositus. sicut si diceret, cp qui nouit literas alphabeti per se singulas, nouerit ipsum poema, quia poema est compositum ex literis alphabeti. Omnia autem hæc loca sophistica sunt communia tribus artibus, hoc est, Demonstrationi, & Topicę, & Rhetoricæ. Locus autem proprius Rhetoricæ est, quòd orator constituat auditores, modo quo verisimilẽ eis rem faciat; adeo quòd suo animo imprimat, cp illæ, de quo est causa, quia fecerit illam rem, quam ipse argumentatus fuerat contra illum. quoniam actor demonstraret hoc, cp ille hoc fecerit: vel in suo animo imprimeretur, cp actor mentiatur suis argumentationibus, quia reus, in quem est causa, se defenderet. Primum autem est ex his, quæ dixisset actor, vel ea egisset, sicut quòd magnificasset id, quod argumentatus esset eius aduersarius, vel tremeret ex illo, & illi adueniret ab eo timor, & angustia, et tristitia. Secundum autem est, quod ageret ille, in quẽ est actio, vel illud ageret, sicut cp fleret vel maneret percutiens eius maxillas, & apponeret cinerẽ eius capiti, vel proferret orationes, quibus perturbaret audientem vel iudicem, adeo quòd impediret & erraret in eo, quod considerareť, nec posset illud contectari. Et alius locus communis est, ex eo quod est secundum accidẽs. sicut si diceretur Mauros nobis auxiliari, ex quo sunt cõtra nostros inimicos, quia illi ruperũt cordas suorũ arcuum. Ex accidenti.
Et alius locus est cp constituat non causam alicuius rei causam illius. & hoc, quando sumeret congentiũ cum illa re, vel post ipsam causam ellendi rem, absq; quòd sit causa, quoniam oratores vtuntur illo, quod est postrem, loco eius quod est ante ipsam rem. & non oportet dicere de consilio, sicut si diceret cp regimen ipsius Binari haumar fuerit propter eius malam intentionem, quia post illud fuit bellum in Andalusia. Et alius locus est, quando rei consuetudinis esset, cp sumeretur secum dum aliquod attributum, & sumeret secundum aliud attributum. & hoc, aut ex tempore, vel loco, aut modo, vel dispositione: vel esset ex illis, quorum consuetudinis est, cp sumat secundum aliquod attributũ, & sumeretur simpliciter. Hic autem locus est cõmunis ad largiendum fallaciam in arte Demonstrationis, & Topica, & Rhetorica: licet suæ materię differant in his tribus artibus. quia largitio fallaciæ in Topica est per res falsas, in quibus quando sumeretur simpliciter, quod non est simpliciter in actu, illud est possibile, cp sit simpliciter. Casus autẽ fallaciæ per ipsum in arte Demonstrationis est per priuata, quæ sunt falsa ipossibilia: eius autẽ materia in rebus oratorijs est ex rebus expedientibus. Est autem hic locus largiens persuasionem: quia plurium rerum verificatur particulare & vniuersale, & putaretur de quocunq; de quo verificatur particulare, cp verificetur vniuersale. Cõstaret vero nobis falsitas harum præmissarum absolutarũ in his tribus naturis, quando orationi adderet conditio, qua significaretur falsitas præmissæ absolutæ. sicut quãdo diceremus de eo, qui est iustus suis diuitijs, cp sit iustus simpliciter. quando autem patefieret, cp non sit iustus ponderę, adiiciemus conditionem sm opes, & tunc verificaretur ipsa præmissa, & patefieret falsitas absoluta: & quando res esset vera vniuersaliter de aliqua re, quando sumeretur secundum aliquod attributum, & falsa, quando sumeretur secundum aliud attributum, possibile esset, quando sumeretur simpliciter, cp largiatur persuasionem oppositorum simul, & orirentur hinc orationes receptæ contrariæ rhetoricæ. Exempli gratia, cp esset quidam homo, cui accidisset aliqua dispositio, qua teneretur ad aliquam pœnarum legalium, ille autem sit æger, quia possibile esset cp dicatur de ea, cp dignus

Enthymema fallẽs ꝓpter dictiones.

Ex æquiuocatione.

Ex sermone diuiso, & cõposito.

Ex diuersis attributis, et ex sm quid & simpliciter.

gnus sit dare pœnas, & ꝙ non sit dignus. & hoc, quia quâ commiserit delictum, tenet ad pœnam: quatenus autem est æger, nõ est dignus illius. & ex hoc loco stabiliretur res pauci defectus nõ perfecta simpliciter, & res paucæ excellentiæ sumeret, quâ esset excellens simpliciter. putatur aũt ꝙ hic locus sit falsigraphus respectu artis demõstrationis, respectu vero artis Topicæ, & huius artis est quędam earum pars. nam est persuasibile, ꝙ quãdo id, quod non est ens simpliciter, nõ sit ens secundum aliquod attributum, expediens itaque est, ꝙ id quod est ens secundum aliquod attributum, sit ens simpliciter. Iam autem facta est mentio de hoc loco in secundo libro librorũ Topicę, qua ipse est quędam pars illius artis.

Caput Vigesimum quartum. De locis confutationis, quibus utitur auditor.

IAm itaq; dictum est de locis, ex quibus fiũt enthymemata vera, & enthymemata falligrapha. Expedit itaq; ꝙ loquamur de cõtradictionibus seu confutationibus, quibus refelluntur enthymemata, quibus vtitur auditor. quia illis, de quibus præcessit sermo, vtitur initians sermonem seu proponens. Et dicimus ꝙ vniuersaliter confutatio orationis syllogisticę fiat duobus modis: vel ꝙ homo confutet suã formam, ꝙ declararet, ꝙ non sit concludens: vel quando obiicere ret præmissis syllogismi, vel ipsi conclusioni. Conclusionis vero confutatio fit enthymematibus, quæ educuntur ex his locis: quia enthymemata exacta sunt ex cogitationibus: ipsis autem cogitationibus aduenit ꝙ sint contrariæ de vna re, & cum hoc concludãt contrarta: hoc est, ꝙ ex eis componat enthymema, quod concluderet contraria, & hoc etiam constituit præmissas famosas in Topica, econtrario illius, quod est dispositio artis Demonstrationis. Confutatio vero præmissarũ syllogismi est quadruplex, quæ dicta est in Octauo Topicorum: vel confutatio præmissę, ex qua sequeretur conclusio: aut confutatio orationis: vel fit confutatio secundum interrogantem: vel fit propter longitudinem temporis contentionis. Loca autem, ex quibus sumitur hic cõfutatio præmissarum, sunt quatuor. Aut ex rebus, quæ insunt rei, cuius confutatio intenditur, & hoc est sicut vniuersale & particulare. Aut ex rebus, quæ sunt deforis: hę autem sunt duarum specierũ: aut ex contraria, vel à simili. Et quarta est oppositio, quæ fit ſm opinionẽ virt famosi accepti sapiẽtis, quando eius opinio esset contraria præmissæ suppositę. Confutatio quidem, quę fit ex ipsa rei substantia, est, sicut si quispiã supposuerit ꝙ magistratus sit quid bonum, & ꝙ hominem esse gerentem magistratũ sit bonum. quia illius confutatio vniuersaliter est, ex quo homo fungens magistratu indiget alio: indigentia autem est mala: magistratus itaq; est malus. illius autem cõfutatio ſm partem est, si dixerit non quilibet magistratus est expediens: & hoc, quia victoria est magistratus, & non est bona. Hę itaq; sunt duæ species confutationis, quæ fiunt ex rebus inexistentibus rei, cuius intẽditur confutatio. Exemplum autem cõfutationis, quæ fit ex contrario, est, quando præmissa suppositа fuerit, ꝙ bonus vir sit ille, qui benefacit suis fratribus: huic autem obiicitur, quando dicitur si hoc esset verum, malus esset ille qui malefacit suis fratribus. res autem nõ est ita. Exemplum autem obiectionis & cõfutationis à simili est, si supponeretur ꝙ aliquis odit illum, à quo ei successerit malum. obiicitur autem huic, quando dicitur, ꝙ hoc non sit verũ: quia quando alicui successerit ab aliquo bonum, non amat ipsum. Modus autem similitudinis huius exempli est ſm proportionalitatẽ, & hoc, quia proportio odij ad illum, à quo ꝓuenisset malum, est proportio amicitiæ ad illum, à quo prouenisset bonum. & hoc exemplum amplexum est obiectionẽ ex duabus partibus, ex parte similis, & ex parte cõtrarij. & hoc, quia amicitia est contraria odio: & malũ est contrarium boni. Exemplum autem obiectionis, quæ fit secundum opinionem iudicis, sæpe reperitur in constitutionibus, quibus contrariantur leges, & magis hæc contrarietas reperitur inter leges vniuersales & proprias. Et intendo per vniuersales ipsas communes omnibus gentibus, & per proprias intendo eas, quæ appropriant singulas gentes. Postquam autem iam stabilitum est quo modo obiiciatur præmissis per enthymemata vniuersaliter, dicamus itaque quo modo obiiciemus ipsis enthymematibus, vel alicui specierum enthymematum, quæ fiũt in Rhetorica. Enthymemata aũt, vt dictum est, sunt quatuor. Quoddam eorũ est, quod vocatur necessariũ: quod est enthymema, quod gignitur ex laudatis, seu probabilibus cuiusque figuræ fuerit: & quod ex his fit in prima figura, vocatur similius, vel verisimile. Et quoddam eorum vocatur demonstratio: quod est enthymema, quod gignitur ex fignis in prima figura. talibus autem appropriatur nomen demonstrationis, quia ipsa sunt necessaria. Tertia autẽ species vocatur signum: quod est, quod componitur ex signis in secunda figura. Et quarta species vocatur nota: quod componitur ex signis in tertia figura. Ex quo autem enthymema, quod vocatur necessarium, est quod cõponitur ex laudatis in figuris concludentibus, impossibile est illi obiicere ex parte compositionis syllogismi, sed ex parte suarum præmissarum. Ex quo autẽ suę præmissæ sunt laudatæ, hæc autem species construitur in materijs possibilibus vt plurimum: hoc est, quæ reperiuntur in maiori parte subiecti, sicut est inuentio canitiei ipsi homini in ætate senectutis: vel quæ reperiuntur in maiori parte temporis, sicut est intentio caumatis apud ortum stellæ, quę est in dorso geminorũ, qui vocat Alhabur Kanaph: possibile est illum confutare tribus modis. Quorum vnus est, quòd illę non sint laudatæ. Et secundus est, quia id quod est vt plurimum, non est necessarium. id autem, quod nõ est necessarium, possibile itaque est quòd falsificetur. Hæc autem confutatio est falsigrapha: nisi qa fit in hac arte: quia tam putaret audiens, hoc est, iudex ꝙ quando præmissa non fuerit necessaria, quòd non sit laudata. & accideret audiẽti altera duarum rerum, aut quòd putet quòd ei non expediat, quòd iudicet de re. si vero iudicaret, hoc esset per statutum proprium in scriptis: immo per vniuersale, quod est illud, quod decernit conuenientius illi occurrenti contingenti: quoniam iudex iudicat per alteram harum rerum, aut per statutum, vel per vniuersale. Tertius autẽ modus est, quòd declaret, quòd illud quod sumptũ est, quâ esset vt plurimum, non sit vt plurimum, sed fit in paucioribus vel æqualiter. & hoc vel secundum subiectum, aut secundum tempus. exempli gratia, quia accusator si diceret iudici, hic interfecit ipsum Zayad, quia ipse permanet habens gladium in manu: aduersarius diceret, quòd licet hoc sit vt plurimum, non est necessarium. et hoc, quia non quicunque reperitur permanẽs cum gladio in eius manu, est homicida. vel diceret quòd nõ fit vt plurimum, sed æqualiter: quia ille qui est talis dispositionis, potest esse quòd sit homicida, & potest esse ꝙ sit tutator aliorum. Species vero enthymematũ, quæ componuntur ex fignis in tertia figura, cõfutatur duobus modis. Quorum vnus est, quia illud non sit syllogismus. & hoc, quia concludit particularem, non vniuersalem. Et secundus est confutatio conclusionis ad confutandum

Ex opinione iudicis.

Enthymematum spẽs quatuor.

Ex rei substantia.

Ex contrario.

A simili.

confutandum præmissas: quia præmissæ in hac specie enthymematum sunt sensatæ: sicut quando dicimus scribæ sunt praui, quia Zayad est scriba, & Zayad est prauus, quia ad confutationem conclusionis confutantur præmissę: sed non expedit, quòd vtamur in confutatione conclusionis oppositio contrario, neq; indefinito: quia quando illa fuerit vniuersalis, & confutaretur per contrarium, esset hæc confutatio falsi per falsum, & absoni per absonum: sicut si confutaretur sermo dicẽtis, omnis scriba est prauus, per hoc quòd nullus scriba sit prauus. Si autem esset indefinita, & cõfutaretur per indefinitam, esset confutatio vert per verũ, & laudati seu probabilis per laudatum siue probabile: quia verum est dicere quòd scribæ sint praui, & quòd scribę nõ sint praui: sicut est falsum, quòd omnis scriba sit prauus, & quòd omnis scriba non sit prauus. Sed expedit, quòd confutatio sit conclusionis oppositi, quod reperitur vt plurimum: quia quando secundum laudatum seu probabile concluſum fuerit oppositum primi laudati, seu probabilis, & illud esset vt plurimum, primum laudatum seu probabile esset vt in paucioribus. Expedit ergo, quòd confutaturus caueat quòd oppositum, quod inferret conclusio, quam intendit confutare vt plurimum, hoc est, quod reperitur in maiori parte subiecti, in maiori parte temporis. Est autem hic locus confutatiuus, quia quando nos verificaremus, ꝙ prędicatum insit maiori parti subiecti, & non esset hoc secundum cogitationem & imaginationem, hoc esset necessarium: vel illud paucum subiecti, cui non inest, est certum determinatum. Signum vero, quod est in secunda figura, confutatur ex parte qua non est syllogismus. Signum vero, quod est primæ figuræ, impossibile est ipsum confutare, nec ex partę suę figuræ, neque ex parte suæ materiæ. & ideo est enthymema constitutiuum necessarium. Magnificatio vero rei & eius paruipensio, licet ipsa res, quæ iam sequatur ex vtrisque sit rei delectio etusque acquisitio, illæ tamen non sunt enthymemata confutantia & constituentia. Et licet magnificatio & paruipensio sint de enthymematibus: immo si reciperetur res & verificaretur ex ipsa magnificatione, aut reijceretur & obmitteretur ex ipsa paruipensione, non est earum ipsa constitutio, neque cõfutatio per se: neque hæc est ex enthymematum speciebus, sicut locus non est aliqua species enthymematum. Ac etiam non quodcunque, quo fit confutatio, est enthymema. Et hoc, quia confutatio est duarum specierum: aut confutatio figuræ syllogismi: vel confutatio enunciationum tributarum syllogismo. & hæc etiã est duarum specierũ, confutatio ipsiusmet conclusionis, quando concluditur suum oppositum, vel confutatio præmissarum concludentium illam. Cõfutatio vero enunciationum, siue fuerint conclusiones, vel præmissæ: fit enthymematibus, quæ componuntur ex appropriatis huic arti. Constitutiuum autem hic & confutatiuum vtitur vno genere ex generibus syllogismi. Cõfutatio vero figurarum syllogismorum in hac arte, & in aliis fit per syllogismos dialecticos: hoc est, qui componuntur ex materijs dialecticis. quia in quacũque arte sunt duæ species syllogismi. quidam syllogismus qui componitur ex materijs propriis illi artis: & quidam syllogismus, qui componitur ex materijs aliarum artium. & ambæ species fiunt in omni arte. & computatio connexionis syllogismi in quacunque arte fuerit, necessario fit per syllogismum certum ex materijs dialecticis, cùm syllogismorum verificatio, & ipsorum cõfutatio sit artis Logicæ. Hic itaq; ad Dei laudem completum est, quod declarauimus ex hoc libro.

De magnificatione, & paruipẽsione.

AVERROIS PARAPHRASES IN TERTIVM LIBRVM RHETORICORVM.

Caput Primum. Præfatio dicendorum in hoc libro

REs, de quibus expedit Logico loqui in hac arte, quando vult suum sermonẽ esse artificiosũ more, sunt tres res. Quarum vna est enunciatio omnium dispositionũ, & rerum, de quibus occurreret ipsa persuasio. Secũda autem est enunciatio dictionum, quibus declarantur ipsę res, & eorũ quæ secũ fiunt, quæ suo cursu currunt. Tertia vero est, quot sint partes orationis Rhetoricę, et quo modo conueniat esse earum ordinatio, & ex quibus dictionibus, & rebus componatur vnaquæq; illarũ partium. Res vero agentes verificationem tam dictę sunt in duobus præcedentibus libris: & ibi expositum est, quot modis fiant, & propter quam rem fiat: quia tam dictum est ibi, quòd sint trium specierum. Prima species est orationum, affectionum, & morum, quibus intenditur conductio iudicum, ipsorumq; præparatio ad receptionẽ illius, quod intenderet ex verificatione rei, de qua esset largitio persuasionis. Secunda autem species est sermonum, quibus intenditur cõstitutio dignitatis loquentis: vt eius oratio sit magis largiens persuasionem apud iudicem & aduersarium. Tertia autem species est orationum, quæ primo fiunt in calu persuasionis rei, de qua intenditur inuentio persuasionis. & illæ sunt duæ species orationum syllogisticarum, quæ fiunt in hac arte: hoc est, enthymemata, & exẽpla. Nec satis nobis fuit in exactis notificatio specierum harum orationum solum, sed cum hoc notificauimus loca, ex quibus extrahuntur hæ orationes: & ꝙ quædam horum locorum sint vniuersalia, quæ continẽt enthymemata, quæ fiunt in tribus intentionibus intentis à Rhetorica: & quædam sunt particularia, quæ appropriantur singulis illarum intentionum. & est dictum, quòd res particulares, quibus constituuntur hæ tres orationes, vel sunt consultiuæ, vel inhibitiuæ, vel iudiciales. Illud autem, quod reliquum hic est, est sermo duarum reliquarum partium. & hoc, quia non de quibuscunq; rebus contingerit, accidit persuasio, neq; de quibuscunque attributis, quæ cõtingerint quibus fiant dictæ res: sed de rebus propriis & attributis propriis, & dispositionibus propriis. Et dictiones etiam, quibus exponuntur dictę res, sunt huius cõditionis: hoc est, quòd bonum trium illarum fiat propriis dictionibus sumptis secundum propria attributa singulis intentionibus ex intentionibus orationum rhetoricarum: & illa est, quã vulgus vocat eloquentiam. nam hoc nomen apud eos absoluitur pro tribus attributis dictionum. Quarũ vna, quæ est principalior in hac re, est ꝙ dictiones sint optimę ad largitionem intellectionis & cognitionis rerũ. Secunda autem, quòd sint iocundi auditus. Et tertia, quòd largiantur magnificationẽ, vel paruipensionem. Propter hanc itaque causam est necessaria Logico speculatio de dictionibus oratoriis: sed non speculatur de illis attributa propria singulis gentibus, sed ex his speculatur illa attributa, quæ communia sunt cunctis gentibus. & ideo speculatio de illis est pars artis Logicæ. Huius vero speculatio in his, quæ singulis gentibus sunt, propria, est cõditionis Oratoris constituti in singulis gẽtibus. Necessitas vero sermonis habẽdi de tertia

parte, hoc est quòd sint partes orationis, quæ nominatur rhetorica, maiores, & minores, & illarum ordo, & ex quibus componantur, & quo modo componãtur, est res per se nota. Prius autem quàm loquamur de dictionibus, expedit quòd loquamur de rebus, quę fiunt cum dictionibus secundum modũ suffragñ ad bonum largitionis intelligentiæ, & ad casum verificationis, et adeptionem intentionis intentæ, quas veterum moris est dicere vultu gestire. & hoc, quia quatenus fuit moris est inclinare audientes ad porrigendum aures, et ad auscultationem, & vultus hilaritatem, seu ad comitter se gerendum versus loquentem & mentis amplificationem ad id, quod cõstituit, ideo eis accommodatum est hoc nomen. Hæ autem res sunt duarum specierum: vel sunt figuræ, aut voces & accentus. Figurarum autem quædam sunt, quæ sunt formæ totius corporis: & quędam sunt, quæ sunt figuræ partium corporis: sicut sunt manus, & vultus, & caput: & hæ sunt maioris vsus apud orationem. Ex figuris autem vniuersaliter intenditur altera duarum rerum: vel largitio intellectionis alicuius rei, illiusq; imaginatio faciens occurrere verificationem, aut similitudinem alicuius affectus vel alicuius moris. & hoc, vel de loquente: hoc est, quòd putetur de eo quòd ipse sit illius affectus vel moris: sicut quòd loqueretur rubicundus facie apud timoris affectum, quando vellet facere intelligere, quòd ipse sit timidus: vel grauitate quadam, & animi robore conducens putare quòd ipse sit prudẽs. aut de illo, ad quem fit sermo, quando vellet illum describere secundum figuram timentis vel prudentis, vel induceret illum affectum, aut illum morem in animum audientis, adeo q̃ sit proprius ad hoc, vel secundum omnimodam veritiscationem occurrẽtem de illo affectu, vel more, aut circa actum prouenientem ab illo. Accentus vero fiunt in oratorio sermone multis modis. quorũ quidam est ad extimationem affectuum vel morum. & hoc etiam fit tribus modis. Quorum vnus est, quando loquens vellet conducere audientes ad extimandum, quòd ipse sit illius affectus vel moris: sicut quando vellet, quòd putaretur de eo pietas, leniret eius vocem: quando autem vellet quòd de eo putetur ira, incenderetur eius furor. et similiter est de moribus. hoc autem ita fuit, quia hæ voces reperiuntur, quòd educantur naturaliter ex illis, qui afficiuntur talibus affectibus. Secũdus autem modus est, quòd eius intẽtio sit promotio audientium his affectibus vel moribus, vel vt eis prouenitat verificatio prouenięs ex illo affectu, vel more, vel operatio ab illo prouenięs. Tertius autem modus est, quando enunciaret aliquam narrationem de aliquibus hominibus, describeret illos eo affectu vel more. Et quidam etiam illorum est illarum, quæ fiũt quadam specie metri sermonis oratorñ, sicut postea dicemus. Et quidam eorum est, quòd fiãt poemata in orationis exordio, & eius conclusione, & locis permanẽtiæ. Expedit autem quòd scias, quòd nõ indigetur nutu in orationibus scripturis: indigetur autem eo in coram prolatis: & q̃ Arabum consuetudinis siue vsus sit rarus. Et ideo, vt dixit Abũnazar, id, de quo exemplificat Aristote. in pluribus harum rerum, nec est intelligibile apud nos, neq; vtile. Hic autem nutus faciet est vtilis pluribus orationibus ordinatis secundum modum contentionis: quia in contentionis loco homo indiget auxilio omnium rerum largientium persuasionem, ut succedat superatio. Hi uero actus adiuuãt largitionem persuasionis secundum quòd in eis est æqualitatis dictionum, & illarum permutationis, sicut postea dicemus huius causam. & hic actus est quædã species falsigraphi & fallaciæ, quæ illius est his duabus artibus: hoc est Poeticæ & Rhetoricæ. ex quo in Oratoria intenditur occursus prędo minñ cogitationis, & in Poetica ipsamet phantasia. & ideo utił figuris, & accẽtibus ad adeptionẽ ipressionis: qui si fierent in Oratoria, esset exitus à debiti statuto.

Caput Secundum. De Dictionibus simplicibus.

POstquam autem loquuti sumus de consequentibus dictiones, loquemur itaque de dictionibus. Et dicamus q̃ sermo dę cõditionibus dictionũ, quibus fiunt perfectiores ad cognitionem rerũ, & meliores ad largiendum intelligentiam earum, fit necessarius in oratione demonstratiua: tanto fortius in orationibus rhetoricis & poeticis. & hoc, quia modus usus illarum in oratione demonstratiua est, ut per hunc sit prouentus demonstrationis intelligibilior, & facilior, & manifestior: sicut dicitur, q̃ expediat q̃ dictiones, quibus illa utitur, sint uniuocæ, non æquiuocę famosæ apud multitudinem, uel apud uiros illius artis, in qua fit illa demonstratio. & si essent equiuocæ, quòd diuidantur omnia significata, de quibus dicitur illud nomen æquiuocum: & ferretur demonstratio de singulis illorum significatorum per se. Quia autem dictionum est auxilium ad additionem uerificationis proueniens ex demonstratione: & sua uis est sicut est dispositio aliarum artium, quia inest eis auxilium ad casum uerificationis, quæ in illis fit, & si in hoc sint uariæ: et illa, quę minime indiget hoc, est ars Topica: et post eam est Sophistica: deide est Rhetorica: deinde est ars Poetica: nam hæ duæ artes maxime hoc indigent: et ideo expedit his duabus artibus, quòd compendio amplectantur conditiones, quibus quando usum fuerit in dictionibus per eas, fiunt orationes rhetoricæ perfectionis imaginationis. nam sicut secundum nutus faciet utilitas harum duarum artium est hæc utilitas, sic est dispositio dictionum: nisi quia sermo conditionum dictionum, quibus fiunt orationes harum duarum artium, sunt perfectioris actus, & maioris utilitatis, magis expedit q̃ sermo de hoc fit artificialis. Faciet autẽ nutus vt plurimum est naturalis. Agunt autem dictiones & voces hunc actum in his duabus artibus. nam illæ faciunt imaginari de re magnificationem, vel paruipensionem, & vniuersalius aliquam rem additam significato dictionis: sicut est lepos dictionis. nam eius claritas conducit putare claritatem rei: & similiter eius excellentia confert ad putandum rei excellentiam: & ipse lepos similiter facit eas acqrere hanc dispositionem. Manifestum autem est, q̃ hoc sit intentum naturaliter ipsi loquenti ſm modum harũ duarum artium, & non intenderet hoc alius loquens ſm modum Geometrię, neq; ſm modum Arithmeticæ. Illi autem, qui primo occurrerunt ad descriptionem harum cõditionum, dictionũ, & vocũ in orationibus, sunt ipsi poetę. & hoc, quia hæc res manifestissima est in orationibus poeticis: adeo q̃ constitutio orationum poeticarũ sit prior tempore cõstitutione orationum rhetoricarũ. Postquam aũt hoc stabilitum est ex necessitate sermonis dictionibus, est, q̃ appropriet Rhetoricam: & quod cõ est illis duabus artibus simul. Et dicimus, q̃ dictiones incõplexę, siue fuerint entia seu dictiones, hoc est verbum, vel nota cõnexa, diuiduntur ex parte modorũ suarum significationũ in octo partes. quædam sunt vsitatæ: & quædã permutatæ: & quædã extraneę seu inusitatę: et quædã idiomaticæ: & quædã metricæ: & quædã compositę: & quædã deceptorie: & quædã impositæ. Permutatę quidẽ sunt famosissimę illarũ & loquutio de illis facit ad ambas artes. Intẽto aũt permutationis est, q̃ significet ipsum intentũ aliqua dictio, loco cuius fieret alia dictio. Hęc autem permutatio est duarum specierum. Quarum vna est quòd vtatur quis dictione alicuius similis ipsi rei cum dictione ipsiusmet rei componatur

componatur illi aliquod signum significans in illo idiomate assimulationem. & hæc species permutationis vocatur comparatio, & est valde propria Poeticę. Secunda autem species assimulationis est, quòd loco dictionis ipsius rei afferatur dictio ipsius similis. nam dictio secum assimilationis est, quòd loco dictionis ipsius rei afferatur dictio ipsius similis, non dictio secum connexit præter quòd secum feratur dictio ipsiusmet rei. & hæc species vocatur in hac arte ipsa permutatio, quam homines nostræ ætatis vocant accommodationem & fictionem. vtraque autem species permutationis est simplex, vel compositа. Et in vtraq; harum modus connexionis est notus patens ab initio rei, vel non est notus. est autem ignotus propter alteram duarum rerum: vel quia non est notus per se apud omnes. vel apud plures gentes, sicut sunt plures cõparationes, quibus vti est moris Arabum: quoniam verisimile est q̃ plures earum non sint notæ apud reliquas gẽtes. Compositæ vero sunt propriæ Topicæ: sicut simplices sunt proprię Rhetoricę. & hoc est, sicut fecerat Abũnazar Alpharabius in compositis remotæ compositionis latentis cõnexionis in suo famoso poemate. & hoc, quia ipse posuit terræ pluuiam loco effusionis sanguinis supra eam, & sanguinis effusionem loco vehementis cladis. quia sanguinis effusio fit vehementi clade: & vehementiam cladis posuit loco eximiæ rei. hæc autem est maxima permutatio, quæ, vt diximus, conuenit Poeticæ. Vsitatæ vero sunt dictiones, quæ propriæ sunt viris alicuius idiomatis, & famosæ apud eos illis attributæ, significantes res, propter quas impositæ sunt abinitio rei sine medio. Inusitatæ vero sunt dictiones, quæ non sunt attributę multitudini hominum, nec illi vtuntur eis, sed apud singulares egregios sunt in vsum. Idiomaticæ vero sunt duarum specierum. Quarũ vna est, quòd homo vtatur in oratione specie gentis alicuius aliqua dictione, qua non vteretur illa species illius gentis, sed bene vteretur ea aliqua alia species illius gẽtis. Et secũda species est, quòd vtatur quis in oratione alicuius gentis aliqua dictione, quæ non sit vtrorum sui idiomatis: sed sit alterius idiomatis alterius gentis: sicut in idiomate Arabum reperiuntur plures dictiones ex Persarum dictionibus & dictionibus sibi vicinorum. Hoc autem fit duobus modis. Quorũ vnus est, quòd afferat illam eandem dictionẽ, absque quod permutet suam cõstructionem & compositionem. Secundus autem modus est, quòd eam permutet permutatione, qua eam propinquam reddat constructionibus, quæ fiunt in suo idiomate, & per hoc eis facile sit loqui per illas. Metricæ vero & compositę non reperiuntur in idiomate Arabico, ac etiam sunt raro, & extraneæ: sicut dicitur arcisseruus vir sagittario seruiẽs: & solisseruus ille, qui ꝓprius seruus solis existit. Deceptorię vero sunt dictiones, quarum pronunciatio est difficilis. Hoc autem accidit propter plures causas. Aut quia illæ literæ sint literæ, quarum pronunciatio sit difficilis, & si paucæ sint. Aut, quia causa difficultatis earum sit multitudo literarum, ex quibus sunt compositæ. Illæ vero, quarum pronũciatio est difficilis, aut fit propter prolationẽ illiusmet literæ, & si loquatur per eam per se, sicut sunt plures literæ gutturis. vel quia difficultas earum fiat in illarum compositione cum alijs, & hoc propter vicinitatem suæ prolationis. & hæc est causa vehementiæ grauitatis soni in Arabico idiomate, vel fit propter illarum dupliciatem, sicut quando dicitur sustuli. & nonnunquam huius causa est cõtrarietas suę prolationis. Impositæ vero sunt dictiones, quæ nouiter fiunt in idiomate alicuius generis: quas inuenerint quidam viri illius idiomatis secundum modum compositionis, quæ fit suarum literarum. Hæ itaque sunt

species nominum expedientium his duabus artibus: hoc est Topica & Rhetorica, quæ sunt illius ſicut materia, licet sint magis ꝓprię Poeticę. & ideo Aristoteles eas numerauit in libro Poeticæ. Cùm autem hoc habitum sit, expediens hic declarari à nobis de illarum dispositione est, qua harum specierum vtatur hæc ars et qua non vtaſ. & quando vtitur aliqua specie, quo modo vtatur illa, & secundum quam mensuram finiatur suus vsus: et vbi vtatur illa, qua vtitur. et vniuersalius apprime considerabimus expositionem eorum, quæ Aristoteles dixit de hoc breuius, quàm nobis possibile erit & perfectius. Et dicimus quòd ipse ait, quod dignitas Rhetoricæ orationis vel Poeticæ, & tutum bonum fiat permutatione. Et intendo hic per permutationem vsum septem specierum nominum & dictionum, exceptis vsitatis: quia in vnaquaque earum præter hanc speciem est permutatio quædam. Dignitas autem orationis, quæ fit in duabus his artibus, est secundum permutationem: quia oratio est litera significans intentionem, quæ penitus non scitur, vel non scitur scięntia perfecta. Oratio autem est huius dispositionis, quando tacet acquirere de re, quam significat, aliquam intentionem, quę nõdum fuisset apud audientem: vel si fuerit, non esset secũdum perfectionem. hæc autem est dispositio orationis, quę fit ex dictionibus permutatis: quia oratio compositа ex dictionibus vsitatis non facit acquirere aliquam intentionem additam illi, quæ fuerit apud audientem, sed facit hanc acquirere, quando est permutata per assimilationem, quam largitur dictiones permutatæ. Hæc autem res inuenitur in oratione duabus conditionibus. Quarum vna est, quòd dictiones permutatæ non sint ex numero dictionum attributarum hominibus, quæ non faciunt assimilari rei aliquam intentionem additam illi, quæ fuerat apud audientem: vel cùm fuerit pauca assimilatio, & comparatio rei ad aliquem defectum: vel sua compositio esset corrupta compositio. Secunda autem conditio est, q̃ non transeat rei minũ mensuræ, qui expedit secundum rem, cuius largienda est persuasio. hoc autem fit, vel quando non comparatur ei aliqua res excellentior, ꝑferret res, cuius declaratio intenditur: vel permutatio in ea sit non manifesti nexus. Quando autem oratio Rhetorica vel Poetica complectitur cum permutatione has duas conditiones, fit perfecti actus. & hæc est eius dignitas. & illa est oratio, quę vocatur ornata eloquentia. Testatur autem inesse hunc actum orationi permutatæ poetici sermones: quia ipsi placent quæ eis insunt comparatio & metrum, ambo autem illa sunt permutatio quædam. Dictiones vero accommodatæ constituunt orationem veridicam, & non assimilant ei aliquid additum. & ideo illę conuenientiores sunt demonstrationi, quàm aliis artibus: sed quando eis vtuntur hæ artes, expedit quod ita compositio sit compositio conformis compositioni rerum in alia. hoc est compositioni, quæ fit de eis secundum naturalem vsum. Et vniuersalius expedit quod ex conditionibus compositionis insint eis illæ conditiones, quæ postea dicentur. & quando fuerint huiusmodi eiunt, (vt ait Aristoteles) dispositionis nobilis non reiciendæ. Hęc itaq; vniuersalius est differentia vsus nominum consuetorum & permutatorum in oratione rhetorica & poetica. Dictiones vero permutatæ largiuntur de re aliquam rem additam occasione dissuetudinis earum, quia sicut accidit cuibus quod admirentur exteros eis aduenientes, & inclinant suos animos ad illos: sic est dispositio dictionum extranearum apud venientes ad porrigendum aures ad audiendum. Expedit autem illi, qui vult bonificare orationem in his duabus artibus, q̃ eam stabiliat extraneam. Dictiones autem permutatę

ſuperant ſe inuicem ſecundum magis & minus, in eo quod aſſimulatur vni & eidem rei magnificatione & paruipenſione, ſecundum exceſſum earum ad inuicem in extraneitate. Ars autem Poetica ex his vtitur illis, quę ſunt maioris ſimilitudinis. Rhetorica vero ars vtitur ex his eo, quod eſt paucum, et ſecundum mẽſuram huic conuenientem. Hæc aũt eſt mẽſura, quæ facit acquirere perſuaſionem rei, de qua eſt ſermo: quoniam hæc quoq; variatur in arte Rhetoricę ſecũdum varietatem illius, de quo eſt ſermo. Exẽpli cauſa quod narratum eſt de quodam certo rege, qui quando introduxiſſet ſuum pedem intra lim̃ina templi, vidit quendam virum, qui præceſſerat ipſum in ingrediendo: cùm ille tam promulgaſſet edictum, ꝙ nemo plebeius ingrederetur ante eum. Dixitq; illi, nonne audiſti promulgatum edictum. At ille ait: audiui. & dixit: nonne cognoſcis: at ille, nouit te. at ille dixit, quoniam pacto præpoſuiſti te mihi. cui reſpõdit ille vir: quoniam modo non præponam me tibi, iuſtum tu in tuarum rerũ initio, niſi gutta fœtens: an eris in vltimo niſi cadauer putridum? & infra hæc tempora tu es ferens priuationem aptus ad inferos. cùm autem illius ſcilicet regis animus paruifactus ſit hac oratiõe, ſubripuit ſe ab illo. erat autem illius vti ſecum aliquibus permutationibus, quæ minus permutaſſent q̃ hæ. vt quãdo dixiſſet illi, es ne tu maior q̃ rex regũ: vel es ne tu magis homo, q̃ ipſi homines: vel es ne tu magis Dei ſeruus q̃ alij eius ſerui. nam hæc ſuperant ſe inuicem in paruipenſione: niſi gaſſe non euaſiſſet pœnã, niſi tali paruifactione, qua vſus fuerat cum illo, quoniam illa eſt oratio paruifaciens, & deprimens exceſſiue. Et aliquãdo oratores in ſamoſitate ſuarum orationum vtuntur pmutationibus poeticis, hoc eſt, remotis. & ille, qui non habet euidẽtiam differentiæ inter permutationem poeticam & oratoriam, putat ꝙ opus illud proueniens ab illa permutatione ſit opus orationum rhetoricarum, cùm res nõ ita ſit. Huius autem exemplum eſt, ſimilitudo illius, qui permiſceret ſcamoniam ſyropo roſacco: & quando ille ſyropus ſolueret vẽtrem, putaretur ꝙ ſolutio illa ſit opus ſyropi roſacei ab illo, qui nõ haberet penes ſe notitiam virtutis ipſius roſę. Et ſimiliter poeta etiam aliquando conſtruit ex dictionibus conſuetis ſolitis orationem metricam, & putaretur ꝙ eſſet poetica cũ non ſit poetica. Cum autem declaratũ ſit, ꝙ dignitatis rhetoricæ orationis ſit, ꝙ vtatur permutatione, & vniuerſalius eſt declaratũ, qua menſura expediat vti illa: expedit itaque, ꝙ loquamur de menſura, qua vtendũ eſt ſingulis ſeptem ſpecieibus dictionum ſimplicium: hoc eſt, illarum, quę ſunt vltra vnitatis: quia pmutatio dicitur de illis cõmuniter, et ꝓprie. Dicamus itaq; ꝙ expediat oratori ꝙ raro vtatur idiomaticis & compoſitis. & quando eis vtitur, non vtatur ſecum his, quę aſſimilãtur rei diſpoſitione valde exceſſiua: ſicut ſunt nomina extranea ex idiomate alterius gentis, vel nominibus compoſitis ſignificantibus res, quę aſſimilare facerent rei, quam per illas ipſam ſignificarent aliquam rem addiram, & valde excedentem id, quod deceret ars Rhetorica. & præcipue in oratiõibus, quibus intenderet perſuaſionem cunctorum. quia tales orationes, expedit ꝙ componantur ex vſitatis & non æquiuocis dictionibus, quę vocantur vſitatę. & ex permutatis illis, quę ſunt proximę permutationi, ecõuerſo diſpoſitionis poeticę & econuerſo etiã diſpoſitionis orationum, quibus intenditur perſuaſio egregiorum virorum. nam magis cõuenit, ꝙ in his ſit extraneitas, & in illis nomen æquiuocum eſt magis proprium q̃ nomen vſitatum, & præcipue in oratione poetica. quia illi conuenit aggregare extraneas vndiq; & in ſummo, ſicut eſt de dictionibus ſummę permutatis, & dictionibus ſummæ extraneis & æquiuocis. Equiuocę autem magis propriæ ſunt Sophiſtis quàm alijs artibus. Orator autẽ vtitur illis ea menſura, qua vtitur Sophiſta in hac arte, ſicut ꝓmiſſum eſt. Nomina vero ſynonyma valde conuenientiora ſunt arti Poeticæ, & congruũt etiam arti Rhetoricæ. Poeta autem vtitur hac ſpecie propter quaſdam cauſas: quarum magis propria apud ipſum eſt illorum vſus ad metri, & verſus verificationẽ. Orator autem vtitur illis propter euidentiam. & aliquãdo vtitur eis ſecundum modum Sophiſtę, & complementi, & abſcõſionis multiplicationis rei illarum multiplicatione apud diuiſionem. Poeta vero expedit, ꝙ ex eis vtatur illis, quę largiuntur rei aliquam rem additam illi, quam facit aſſimilare aliud nomen: ſicut quando dicimus merum, & vinum, & nectar. nam omnia hęc nomina, licet ſint ſynonyma, tamẽ faciunt aſſimilare res diuerſas. Aliquãdo autem Orator vtitur ſynonymis, quando vellet replicare vnam eandem rem ad ipſam obſeruandam & roborandam: quia conuenientius eſt illud, quàm replicatio rei per vnam dictionẽ. Quæ vero ſint permutationes iocundæ, nobiles, conuenientes huic arti, quibus eſt vtendum, & quæ ſint frigidiuſculæ, quibus non eſt vtendum: expedit quòd præponamus notitiæ illius, quod hinc ſequitur notitiam ſpecierum permutationis & ſuarum partium: licet hoc proprium ſit libro Poeticę. quia pmutationis vtilitas expedit ꝙ in ambabus artibus ſit pauca ſecundum proportionem vtilitatis metri in vtraq; earũ. & ideo magis propria eſt Poticæ, cum metrum ſit magis proprium illi. Hæc vero ars vtitur permutatione ea menſura, qua vtitur metro: hæc autem eſt paruarum res. Permutatio autem vniuerſaliter largitur rei bonam intelligentiam, admirationem, & oblectamentum. Et permutationes ſunt duarum ſpecierum, permutatio, & exemplificatio. Et exemplificatio eſt duarum ſpecierum, vel relatiua, aut reliquorum prædicamentorum, ſicut alibi dictum eſt. Permutatio autẽ eſt, vel permutatio à ſimili, aut permutatio à cõſequenti. Conſequẽs autem eſt tripliciter, vel præcedens rem, vel coniunctum ei, vel poſterius ipſa. præcedens autem eſt duarum ſpecierum, vel cauſa rei, vel vniuerſale ipſius rei. coniunctum autem vel eſt tempus rei, aut eius locus, vel ſuæ ſpẽs diſtinctæ, vel eius quatuor oppoſita, hoc eſt cõtraria, & affirmatio & negatio, & habitus & priuatio, & duo correlatiua. Res autem, quæ ſunt cũ aliqua re per accidens, & poſterius, ſunt paſſiones rei, & partes rei: & vnaquæq; harum eſt ſimplex, vel compoſita. Compoſita autem eſt, quod permutet rẽ cum aliqua re, & loco illius rei permutet ſuum ſimile: poſtea vero loco illius ſimilis ſumat conſequens illud ſimile: deinde ſumat loco illius cõſequentis accidẽs illius conſequentis. conſtitutio autem talis ſpeciei permutationis eſſet profunda. Iam autem in præmiſſis dictum eſt, qualis ſit modus compoſitionis huius permutationis.

Caput Tertium. De Præceptis oratorijs in uſu permutatarum dictionum.

POſtquam autem hoc ſtabilitum eſt: initiemus præcepta, quæ Ariſtot. vult quòd expediat oratori vti tranſmutatione & permutatione. Et dicamus quòd Ariſtoteles ait, quòd expediat oratori vti tranſmutatione & permutatione, quæ ſint proportionabiles conſimiles illi, de quo eſſet oratio. & intendit per conſimilem, quòd ipſa eadem res poſſit trãſmutari contrarijs tranſmutationibus. proportionabilis autem eſt, cuius diſpoſitio conuenit diſpoſitioni, de qua eſt perſuaſio. Exempli cauſa, quia qui vellet magnificare rẽ illius, qui ſuratus fuerat, per conſimilẽ diceret

eeret, quòd ille militatus eſſet. qui autem vellet illum vilipendere, diceret, ꝙ ſubripuiſſet. Præterea non euadit orator, quando tuliſſet conſimile proportionabile, quin conſimilitudo illius, de quo eſt oratio, ſit patens, & perſuaſiſſet latione ſolius proportionalis: vel conſimilitudo non eſſet patẽs, & ſecum annecteretur ipſum contrarium. & hoc, quando duceret contrarium illius proportionalis & cõtrarium rei, loco cuius ſumeretur ipſum proportionale: quia contrariorũ conſimilia ſunt contraria: verbi gratia, in ſenſibilibus. quia quod putat decrepitus vir, aliud eſt, quàm quod putaret ipſe iuuenis, & ſimiliter conuenit quòd ſit res in dictionibus.

Hæc itaq; præcepta ſunt duo, quorum vnum eſt, ꝙ fiat ſimile patens: & alterum ꝙ fiat nõ manifeſtum, quando ſecum annecteretur ſuum contrarium: quia illud faceret ipſum acquirere manifeſtationẽ, & euidentiam. Permutatiões autem proportionales expedit ꝙ ſint ad id, quod eſt intra ipſum genus, nõ ad res exeuntes à genere, de quo eſt oratio. quando autem orator vellet ornare orationem, conſtitueret permutationes ad præſtantiſſimũ in genere illo. Exempli gratia, quia petitio & ſupplicatio ingreditur ſub vno genere, quę eſt ipſa interrogatio: ſupplicatio autem eſt vilior petitione, quia ſupplicatio eſt illius, qui eſt inferior: petitio autem æqualis. Quando autem vellemus ornare ſupplicationem, diceremus eam petitionẽ, & quando vellemus deturpare ipſam petitionem, eã vocaremus ſupplicationem. Et ſimiliter quãdo vellemus magnificare vnam eandem rem, nominaremus illam per maximam in illo genere. ſi autem illam vellemus paruifacere, appellaremus eam per minimum. Exẽpli gratia. quia quando vellemus magnificare diſpoſitionem illius, qui ſuratus eſſet diceremus, ꝙ ille militatus eſſet. ſi autem illam vellemus paruifacere, diceremus ꝙ ille cõmiſiſſet dolũ. & hoc, quia omnes hi actus ingrediuntur ſub oblatione opum, præter optionem dominorum illarum opum, & quando vellet, ꝙ ipſa permutatio largiretur intelligentiam huius rei, expediret quòd ferret res, quę ſunt vnæ ſecũdum ſpeciem. & hoc in rebus, quibus non ſunt nomina impoſita. qua illæ, quibus ſunt nomina, ſicut nomina illarum, ſufficit earum dignotio. Et permutatio, quæ eſt huius diſpoſitionis, cõſtituit orationem verificatam, & ſua aſſimilatio eſt pauca. Et aliquando expediẽtius locis eſt, ꝙ in permutatione fiat aliquis nutus, & figura. Et nominis lepos fit, quando illud conduceret per dictionem non abhorrendam, neq; extraneã. & hoc fit, quando nõ exprimeret nomen rei ſibi proprium. & hoc eſt, quod vocatur agnomen: quia expoſitio per nomina rerum vt plurimum diſpoſitionis eſt res abhorrenda. Hoc autem fit pluribus modis. Quorum vnus eſt, ꝙ ducatur in medium per dictionem vniuerſaliorẽ re, vel propriorem. Secundus autem eſt, quando res, quam exponeret, eſſet turpis: & conſtitueret ſermonem de illa per dictionem æquiuocam illi rei turpi, & alij rei, quæ non eſſet turpis. & illa eſt, quam Ariſtot. vocat locutionem, ingeniumq;. Tertius autem eſt, ꝙ conſtituatur ſermo de illa per ſignum ſibi proprium, ſecum conuertibile ſm prędicationem. Et hęc permutatio ſtabiliret rem expoſitam, ac ſi eſſet circa rem. raro autem fit talis permutatio. & hic eſt econuerſo rei primi modi. & hoc, quia quaſi non inueniret aliqua res, cui ſit nomẽ proprium, niſi iam declarata eſſet per dictionem vniuerſalem. Signorum vero inuentio eſt rara: ſed qñ inueniũtur, ſuus vſus eſt famoſus, & ſunt affinis ſignificationis rei. Et quartus modus eſt, ꝙ appellet rem ſuo contrario, vel per magis et minus. et hoc eſt ſic, ſi excitaret ad minus per magis, vel ad magis per minus. exempli gratia, ꝙ laudaret hominem coram aliquo qui eſſet præſtantio-

ris dignitatis eo: & per hoc teſtaretur exceſſui ſuæ dignitatis. Et aliquãdo laus cuiuſdam viri eſſet nutus vituperationis turpitudinis alterius viri: & econtra. & hoc, qñ notum eſſet ex diſpoſitione illorum duorũ vnorum, ꝙ ipſi ſint diſtincti ſm mores, & regimen, & genealogias, & reliquas res, quę ſtudioſum diſponũt. ſicut ſi quiſpiã intendens publice vituperare ſuum ſocium, diceret: ſum ne ego adulter? an mea mater ſit meretrix. Et aliquãdo fit inſinuatio vituperij per quaſi ſimile huius loci. Sed quando ſit expoſitio huius rei turpis, vſus ſimilis remoti, hic eſt cõuenientior q̃ propinqui. quia eadem res permutaret varijs permutationibus, & variaret illa res per pulchrum & turpe ſm varietatem rerũ, in quas cecidit permutatio, hoc eſt ipſarum conſimilium. Exempli cauſa, qñ aliquis deſcriberet quandam mulierẽ manu coloratam muliebri tucu, qui alhanna dicitur Arabice: & diceret de ea ꝙ ipſa ſit extremitatibus rubea pro decore: & ſimiliter qñ diceremus vueam extremis, ac ẽt diceremus vinoſam extremis, quod eſt vilius illo. et turpius q̃ hoc, eſſet ꝙ diceremus ſanguinolentã digitis: quia dicere digitis ſanguinolẽtam eſſet propinquius turpitudini, q̃ ſit laudi. & ideo variatur aſſimilatio propter varietatẽ rerum, quibus cecidit permutatio decoris & excellentiæ. Res autem ſunt cõſimiles ſm reliquã trium rerum, vel ſm conſimilitudinem reſpectus morũ, vel coloris: aut quia ſuę ſpecies vel ſua genera ſint vna: aut quia ſuę operationes ſint vnę. Ex quo autem orationes rhetoricæ & poeticę ſunt deſcriptiones rerũ inuentarum ſmo fictarum, quas poeta vel orator vt in libro Alcahle & Dhamane finxiſſet, licet fictio proprior ſit Poeticæ q̃ Oratoriæ. & ideo modi fictionis diſtincti ſunt in libro Poeticę. Expedit itaq; etiam q̃ ſciat, ꝙ eiudam permutationi ſpeciei fictionis aduenit decus & turpitudo, ſicut aduenit permutationi, quę fit de rebus inanimis. & aliquando hoc aduenit etiam vni eidem rei. exempli gratia, quod retulit Ariſt. de quodam viro illorum veterum, qui dixerat narrãs in ſuo libro, ꝙ quidam muliis gratulabatur ꝙ ipſe eſſet equi propago. quando ipſe eſſet propago ipſius aſini. & dicit ꝙ qñ dixit multum eſſe equi propaginẽ, erat illi magnificentia: & quando dicit de eo propago aſini, eſt ei vilipenſio. Et quędam permutationũ eſt, quę largitur rei excelſum paruipenſionis & magnificationis, quę appropriatę ſunt Poeticæ. Expedit autem, ꝙ in Rhetorica fiat magnificatio & paruipenſio ex intẽtione: ſicut qui diceret ex Abraham Abraim Arabice: Latine vero Abramulum, & ex Amnõ Amnonulum, & ex Bagar Bagarulu. Conſtitutio vero præter locũ conſtitutionis, vel poſitio enthymematum, quæ ſignificarent ſtabilitatem in alio à ſuo loco, eſt ẽt quędã ſpecies malę permutationis. Irrigiduſcula vero nomina, quę expediret oratori ꝙ ipſa aufugeret, ſunt quatuor ſpecierum, & ſunt ex numero nominũ, quorum, ſignificati intellectio eſſet difficilis, vel aſſimilarent ſm quandam diſpoſitionem attributis additis, eo quod opportunum eſt ex eis. Et vna quidem ſpecierũ nominum irrigiduũ eſt, ꝙ ex ſpeciebus nominum cõpoſitorũ vtamur illa, quæ eſt rei ſm aliquam diſpoſitionem non famoſam, & difficile eſſet illam conſtare, aut putaretur de ea aliquod accidens remotum. talia aute nomina non reperiuntur in idiomate Arabico. Secunda autem ſpecies eſt vſus idiomatum, hæc autem eſt duobus modis. Quorũ vnus eſt, qñ videremur illis in oratione alicuius gentis, quę eſſent præter ſuum idioma, ſed ſm idioma alterius gentis, alterius illi. Et ſecundus eſt, ꝙ vtantur in oratione illius gentis noſtris altenis exceſſiuę extraneitatis, quę reputantur in ſuo idiomate. Tertia aũt ſpecies eſt, ꝙ vtereter exnominibus impoſitis, quæ eſſent tranſlata illis, quæ non

assimilantur signis rei, ad quã essent translata propter æquiuocationem, quæ in illis est, & propter vniuersalitatem ad multitudinẽ, quæ sub illis ingrederetur: vel propterea quòd illud, quod ei assimilaretur, esset accidens remotum: vel quòd aliquando ei assimilaretur, quando non reperiretur illa res, quia omnia hæc sunt nomina frigida. Exemplum autem nominis æquiuoci translati est, quòd lac vocaretur ipsum album: quia album dicitur de rebus multis albis: & esset difficilis intelligentiæ illius, quod per hoc intenderetur: & similiter est res, cui transfertur nomen sui generis. Et Arist. refert quendam antiquum, qui vtitur talibus nominibus frigidis, & vocabat sudorem humorẽ nomine sui generis: & voluptatem vocabat tractũ in contrarium animæ: & animæ diligẽtiam vocat inuidiam. Illud vero, quod assimilatur aliquo tempore præter tẽpus rei, est, sicut significaret actum futurum, vel illud cuius esse esset præter tẽpus, quod significatur per sermonem significantem tempus. his autem speciebus non expedit vti in Rhetorica, sed fiunt in Poetica: hoc est, quæ faciunt animam imaginari aliquod accidẽs remotum.

De nominibus translatis.

Nomina autem translata in principio suæ rei sunt extranea, & tunc sunt, pprioria Poeticæ, quando aũt protraheremus tempus in eis, fiunt diuulgata, & conueniunt Rhetoricæ. Si autem augeatur sua famositas numerãtur inter dictiones vsitatas, quibus vniuersalius expedit, ꝙ vtatur hæc ars in altero duorum locorum: vel quando nõ reperirẽt rei, de qua est sermo, aliquod nomen, & transfereretur ei aliud nomẽ, licet non intenderetur in eo, ꝙ longis temporum curriculis vsitetur: vel quando intenderetur, ꝙ eo nomine illa res vocanda sit in futuro tempore secundum modum cõstitutionis statutæ ipsis hominibus. Illa autem, quibus vtendum est hic, sunt ea, quæ faciliter largiuntur rei intelligentiam, & per ea imaginetur aliquod attributum secundum mẽsuram, secundũ quam ea indigetur in hac arte, non illis, quæ sunt profundi sensus: quia non est vtẽdum sensus profunditate cum illo, cui homo intendit aperire mentem suam: sed vtendum est illa cum illo, cui vellet altam reddere rem: neq; etiã illis, quibus esset assimilare secundum dispositionem rei excellẽtioris ꝙ illa, de qua intenditur. Nomina autem composita sunt propria speciebus poematum prolixorum, quę consequũtur multitudinem litterarum, ex quibus composita fuerunt. Et inusitata sunt propria poematũ, quę dicuntur de extrẽis rebus, quibus quispiam præualeret cum confidentia & cautela, quia nomina inusitata largiuntur rei magnificẽtiam & exaltationem. Nomina vero permutata inter species poematum conuenitũt poematibus, quibus intenditur oblectamẽtum & honum largitionis intelligentiæ. hoc autem dicetur in arte Poetica. Quarta vero species frigidarũ dictionum fit permutationibus, quæ nõ sunt decoræ. Hoc autem accidit illis pluribus modis: vel quòd sint ex rebus remotis, aut ex rebus propinquis: vel ex rebus patentibus, aut ex rebus latentibus: vel ex rebus quæ facerẽt imaginari de re excessiuam additionẽ, aut excessiuam minutionem: aut ex rebus vilibus: vel ꝙ componerentur plures harum specierum. nec sunt difficilia illi, qui meminit orationum & poematum exempla harũ specierum. Et comparatio est quædam species permutationum. & hoc, quia quædam permutatio est, quæ fit exemplum, & simile. Differentia autem, quæ est inter ea, est, quia in permutatione stabilitur exẽplum loco illius cuius est exemplum: in comparatione vero fertur cum notis assimilationis. exemplum autem vniuersaliter est fictũ, vel ens. Permutatio autem exemplaris expedit ꝙ semp fit ꝓportionalis rei, quę fit loco eius: & præcipue, quãdo permutatio fit per res diuersas. Sicut retulit Aristo. ꝙ portę sui temporis vocabant Iouem crateram ferẽtem, & Martem scutiferum. & hoc, quia ex quo credebãt ꝙ Iupiter sit planeta comitatus amicitiæ & vnionis & triumphi, & societatis & pietatis, homines autem, quando sunt huius dispositionis, habent crateras in suis manibus: ideo accommodauerunt illud nomen proportionale credulitati, qua de illo crediderant hanc credulitatem. Et ex quo Mars apud eos fuit planeta bellorum & odiorũ et contentionum: homines autem in bello habent suis manibus scuta & arcus: ideo illi accommodauerunt hoc nomẽ. ambæ ergo hæ permutationes sunt proportionales, sed sunt ex rebus remotis. Aristo. autem ait ꝙ permutationes decoræ exemplares sint ex rebus, quæ vnæ sunt speciei, & hoc, ꝙ homo comparetur homini ei proportionali, sicut ꝙ pulcher assimiletur ipsi Ioseph. Si autẽ non fuerint vnæ secundum speciem, essent vnæ secundum genus proximum: sicut, quando comparamus decoram mulierem ipsi ceruę. & si hoc non esset possibile, fieret ꝼm genus remotum: sicut quando dicũt de decora muliere, ꝙ sit clara sicut Sol. Permutatio vero, quæ fit ex rebus, quæ non ascendunt in vnum genus, & si sit remotum, illa est vilior. Hæc itaque est summa illorum, quæ dicta sunt de simplicibus dictionibus, quibus vti expedit oratori. Infra autem ipse meminerit quarundam rerum de quibusdam attributis dictionum simplicium & compositarum præter eas, quę exactę sunt. & hoc, quia attributa dictionum, quorum mẽtio facta est, sunt eis attributa, qua largiũtur exemplum. Attributa vero, quorum postea mentionem faciet, sunt attributa, quę quando annectũtur dictionibus, sunt perfectioris significatiõis, & manifestioris vtilitatis & intelligentię: vel attributa, quę sunt præter hæc, & consulet de remotione illorum, & vsu horum. Primum autem, quo indiget orator, est ꝙ sit peritus in idiomate virorum, quorum idiomate orat: & ꝙ sit suo ore tritum, adeo ꝙ eius oratio sit secundum omnia eius dicta præstantiori modo, quo currit consuetudo virorum illius idiomatis.

De nominibus, quibus fit imaginatio.

Caput Quartum. De oratorijs Obseruationibus.

PRima autem rerum, quas oportet obseruare, vt oratio sit perfectioris significationis & rei adeptionis, est constitutio literarum cõiungentium in loco orationum, vbi expedit ꝙ sint. Coniunctiones autem vniuersaliter sunt literę, quibus coniungit oratio, & copulantur suæ partes sibi inuicem. Iam autem Abũnazar numerauit suas species alibi. Quarum quędam sunt, quarum semita est quòd stabilitur in initio orationis, sicut sunt coniunctiones, quæ inferunt affirmationem cuiusdam rei de aliqua re: sicut sunt literæ conditionis & possibilitatis: & sicut sunt literę largientes intelligentiam, & decisionem. Et quædam earum sunt, quarum moris est, quòd stabiliãtur in medio orationis: sicut vau & phe. id est, &, vel, & dictio hodh Arabice, id est vlterius. Et quædam earum sunt, quarum moris est ꝙ stabiliantur in vltimo orationis: & sunt literę occasionis & causæ: sicut est, si diceres honorauit Socratem propter suum bonum, quia eloquẽtius est ꝙ si diceres propter suum bonum honorauit Socratem: aut honorauit propter suum bonum Socratẽ. Hoc autem notum est in Græcorum idiomate. Decet aũt oratori, ꝙ ordinet has coniunctiones locis, quibus locutio sit eloquentior ꝼm illud idioma. Ac etiã illę coniunctiones, quæ decernunt ꝙ coniungãtur cum illa dictione, cum qua copulantur ipsæ coniunctiones alia dictio præter illam, cum qua coniungitur ipsa cõstructio, vocat decisio. Conditionis autem huius coniuncti alicubi est, ꝙ præcedat ipsam coniunctionem: & alicubi suæ

suæ semitæ est, quòd sit post coniunctionem. Expedit autem ꝙ literæ decisionis in talibus orationibus stabiliantur in locis, vbi suæ semitæ est ꝙ ponantur. & hoc aut ante dictionem constructam dictioni, cui annectitur coniunctio, vel postea. Exemplum illius, in qua dictio est posterior dictione coniuncta ipsi coniunctioni, est, quando dicis: vel Socrates ambulat, aut Plato sedet. Vsus vero orationis, quæ iudicat decisionẽ absq; coniunctionibus, expedit ꝙ auferatur. Quando autem fit hoc, in talibus expedit, ꝙ non ponatur distantia inter decisionem & decisum per ipsam in multo eloquio intendentibus huius diuulgationem. Ac etiam quędam coniunctionum est, quæ decernit, ꝙ post ipsam fit alia coniunctio. Hoc autem fit, aut suæ speciei, quando ipsamet coniunctio reperitur: sicut est dictio an, vel veruntamẽ, vel alterius speciei, sicut est dictio ym, id est an, quando prouenit post He admirantis, vel post Lamedh largientem intelligentiam. Expedit autem in talibus locis ne ingrediatur inter primã coniunctionem & secundam alia coniunctio, cuius conditionis non est ꝙ cadat inter illas: quia hoc stabiliret orationem pendentem non intellectam. Aliquando autem conuenit, ꝙ interponatur inter primam cõiunctionem & secundam in locis præstantibus raris alia extranea coniunctio, sicut est sermo dicentis, quia ego quidem propter hoc feci sic: tamen talis itaq; propter hoc fecit sic. Ac etiam conuenit, ꝙ introducatur coniunctio significãs causam, vt quando diceres: propter hoc, aut primum, vel secundum, quorum vnum decidit in alterum. Aliquando autem fertur coniunctio extranea in tali loco in vltimo orationis: sicut est sermo dicentis: quia ego faciam hoc: vel talis faciet hoc propter sic & sic, & propter sic & sic. sed est difficilis traditio regulæ notificatis, vbi expediat ꝙ ordinentur tales coniunctiones extrancæ in singulis locis partium talium orationũ. Expedit vero ꝙ apprime consideretur hic, in quo oratio fuerit perfectioris dignotionis ꝼm locutionem. Et aliquãdo etiam decet in raris locis, ꝙ stabilitamus distantiam inter coniunctionẽ & inter suas partes. Hoc itaq; est primum præceptum, quo præcepit, ꝙ qui voluerit esse peritus in idiomate alicuius gẽtis, ꝙ circa illud insistat. Secundum autem præceptum est, ꝙ orator caueat, vt sua declaratio sit per nomina vsitata, ꝓpria rei quæ dicitur: hoc est illi vniuoca non per nomina communia fastidientia. Tertium præceptum est, ꝙ locutio nõ sit per nomina ambigua, quæ faciũt imaginari rem & suum contrarium, & fallerent audiẽtem. hæc autem nomina sunt propria Sophistis: & magis propria sunt arti Poeticæ, q̃ huic arti. Vates autem loquuntur talibus nominibus, quia remoratur cõstantia suarũ orationum, quando loquũtur talibus nominibus, cùm lectant plusquam vnum significatũ. Sicut accidit cuidam viro vaticinatori cum quodam rege, qui dixerat illi, quando trænsibis talem fluuium, perdes extimũ principatum. & putauit ille rex, ꝙ ille esset principatus aliquorum suorum inimicorum. quando autem transiuit fluuium ipsum, viceruntsui inimici, & eum interfecerunt: & fuit ꝙ perdiderit principatum proprũ. Quando autem vates loquuntur per nomina vsitata, & magnificãt tempus & quantitatem, error augetur. Quartum præceptum est, ꝙ caueat figurã dictionum significantium masculinum & fœmininum, ne vtatur figura significãte masculinum in significato fœminino, neque figura significante fœminnum in significato masculino. masculinum autem & fœmininum rerum reperitur in animalibus. Præterea tã in quibusdam idiomatibus transgreditur hic terminus: & quædam enita exprimuntur per nomina, & per dictiones, quarũ figuræ sunt figuræ fœminnę: & aliqua per illas, quarum figuræ sunt figuræ masculinę, in aliquibus aũtẽ idiomatibus non reperitur masculo & fœminæ figura ꝓpria: sicut fertur ꝙ est in idiomate Persico. hoc autem reperitur in nominibus & literis. Et in quibusdam idiomatibus reperiuntur nomina, quæ sunt media inter masculinum & fœmininum, sicut fertur ꝙ ita sit in Græco. Et cũ hoc oportet in his nominibus, ꝙ suę desinentię sint illarum figurarum, quę cõsueræ sunt apud illos viros: hoc est, ꝙ sint signata signo, quo iudet vir illius idiomatis signare desinẽtias nominum huius speciei in singulis locis orationis: vel sint declinata declinatione propria illis. Quintum præceptum est, ꝙ caueat in vsu figurarum nominum significantium singulare, & dualitatem, & pluralitatem. Et caueat in speciebus nominum significantium compositionem. & hoc, quia quędam eorum sunt, quę significant compositionem: quoniam nomina nominũ sunt varia apud Arabes. & oratori expedit, ꝙ caueat in eis, vt vtatur qualibet figura eorum in suo loco, & ꝙ stabiliat suas desinentias varias in oratione: sicut diximus de varietate coniuncta apud viros illius idiomatis apud varietatem significatorum orationis, quę vocatur signatio apud Grãmaticos Arabum: & clausula seu censura apud Grammaticos Græcos. Sextum præceptũ est, ꝙ expediat ꝙ sermonis scripti sit intelligentia suorum significatorum, & quando profertur, & quando exprimitur oretenus coram sit facilis sua expositio. Lecti autem sermonis significatorum intelligentia fit facilis in eius prolatione, quando in eo fuerint literæ continuationis & pausæ. Hæc autem res nondũ constituta est in scriptura Arabica: sed reperitur in pluribus scripturis reliquorũ idiomatum. Sermo autem oretenus coram dictus, cuius significatorum intelligentia est difficilis, est sermo multarum coniunctionum, qui vocatur sermo continuatus. nam vsus coniũctionum in sermone expedit ꝙ sit mensuratus, quando omnimodus defectus illarum in sermone infert defectum intelligentię suæ continuatis: sicut illarum pluralitas inferret defectum intelligentię pausæ. Et huiusmodi est: ꝙ in oratic nibus compositis aufugiantur dictiones, quæ quando pei eas fit sermo, nescitur, an continuẽtur primæ parti orationis vel vltimæ parti, sicut est sermo dicentis, quando hic sermo esset cynicus, fieret ad virum sapientem. qua qui in do dicimus cynicum, fert, ꝙ sermo sit denominatus, adeo ꝙ huius sensus sit, ꝙ hic sermo, qñ esset cynicus, esset ad virum sapientem. Et ferret, ꝙ quãdo dicimus cynicum: sit denominatio viri sapientis ex familia cynicorum, & non sit oratio perfecta, & indigeat responso: & esset illius sensus, quòd hic sermo, quando fieret ad virum sapientem cynicum, & indigeat expressione. Causa autem harum ambiguitatum est defectus signi continuatis & pausæ. Et huiusmodi est, quando contigerit, ꝙ sint duæ res ingredientes sub aliquo genere, & vellet declarare vtranq; earum per id, quod illam appropriaret, expediret itaq; ꝙ stabiliatur oratio de vnaquaq; per dictionem, quæ illam appropriaret. Si autem vellemus facere mentionem de aggregato ex eis, fieret oratio ex his, in quibus conuenit entis exempli causa, quando vellemus facere mentionem de verbo vtionis in oratione, quę ipsum appropriaret, diceremus, vidimus: & ex verbo auditus, audiuimus. Si vellemus ea aggregare, diceremus percepimus. Si autem sermocinaremur ex verbis vtionis solum, vel auditus solũ per dictionẽ perceptionis, esset oratio vitiosa. Et ex his, quę constituunt difficilem rei eligentiam enũciationis rei, quę intendit enunciare, est, ꝙ proportio stabiliatur interponat inter enunciatione, id est [illegible], & enũciatum, id est appositum, plures vero [illegible] ꝙ diceres: Iacobus intendebat, qui loquens [illegible]

hic fic & ſic, talt & tali diſpoſitione, ꝙ agerem tali modo: hoc eſt, ego, qũ loquutus ſum, intendebam ꝙ agerem tali modo, & interpoſuiſſes talia in medio, quibus difficilis fieret rei intelligentia: ſed recipitur ex hoc vtilitas in oratione, quando orator intendit augere orationem & creſcere dictiones, & hoc, ꝙa ſi talia inutilia ipſe tuliſſet in vltimo, ſtatim declararetur ꝙ illa eſſet ſuperflua. quando autem ea tulerit in medium, conduceret audientes putare, ꝙ ſint opportuna. Quando vero intentio oratoris eſſet breuitas, nõ expediret ferre hoc ſuperfluum. Ex his autem, quę adiuuant bonam largi
De largitione & abbreuiatione orationis. tionem intelligentiæ rei, & orationis crementum, eſt, quando orator intendit vti orationibus æquiuocis loco nominum ſimplicium. quando autem eius intentionis eſt ipſa breuitas, expedit ꝙ faciat huius cõtrarium. Et aliquando orator recipit vtilitatem ex hac permutatione, hoc eſt, permutatione orationis loco nominis, et nominis loco orationis, quia quando rei eſſet aliquod attributum turpe, opportunum eſſet oratori ꝙ permuteꝛ loco illius orationis ſignificãtis illud attributum ipſum nomen. & ſic ſi nomẽ faceret imaginari de aliqua re turpitudinem, expedit ꝙ permutetur cum oratione ſibi cõæqua. Vſus autem orationum loco nominũ eſt ex his, quæ iuuant orationis cremẽtum. Orationes autem permutatę loco nominum ſunt quę componũtur ex rei exceſſu, & ex operationibus prouenientibus ſm modum declinationis. Oratio autem permutata, poſſibile eſt, ꝙ conſtituatur breuis: & poteſt eſſe quòd ſtabiliatur longa. Et permutatę orationes vt plurimum ſunt Poeticæ, & tam poetæ vtuntur eis, & hoc, ſm quod intendit de orationis prolongatione, & eius abbreuiatione. quia poeta aliquando intendit deſcribere vnam rẽ, & loco illius ponit plures orationes: & aliqñ quando intendit abbreuiationem, intẽdit deſcribere plures orationes, & ponit ſuo loco vnicam orationem: & aliquando ponit loco vniuſcuiuſq; earum vnam orationem, qñ intenderet periphraſim. Et ex his, quibus oratio ponitur abbreuiata, eſt, ꝙ conſtituatur diſiunctus ſm eius partes à ſe inuicem. diſiũcta autem oratio eſt, quæ qñ initiatur de ea, proſequitur in id, cuius moris non eſt ꝙ denominetur per illud, ſed indigeat introducere inter ipſam et inter ſubſequentẽ aliquod medium. & qñ illud medium obmittit, fit oratio diſiuncta: adeo ꝙ putatur prima oratio alia à genere ſecũdę. & hęc eſt ſpecies ſermonum, qui vocant nugatorij. & in hac ſpecie diſiuncte. nã deficiunt ſigna coniunctionum: licet vna ſpecies diſiunctæ orationis ſit ex parte omnimodi defectus ſignorum coniunctionũ, ſicut præmiſſum eſt. Oratio ergo diſiũcta eſt duarũ ſpecierum, ſpeciei defectus ſignoꝝ coniunctionum, & ſpeciei defectus medio rum, quę ſunt inter orationis partes. Aut Abũnazar. Oratores autẽ Arabum quaſi putant ꝙ eloquentię ſit vſus orationis diſiunctę. Dictionibus vero priuatis et nominibus infinitatis, & locutione ĩfinitata, & vniuerſalius oibus negationibus & dictionibus, quę ſignificant priuationem, non rerũ ſubſtantiam, expedit ꝙ vt plurimum vtamur apud inſinuationem vituperationis, & apud libitum illius occultationis & abſconſionis. Illę autem ſunt magis poeticę, qã rhetoricę, & præcipue quod fuerit extremę ſignificationis, qa illud non ſignificaret rem finitam, & ideo ſi orator illis vteretur in laudem & vituperium, non vituperaretur per rem finitam, neq; laudaretur per rem finitam: & ideo nõ fuꝛ
De oratione decora. meret de illis vtilitatem qui laudatur, neq; noceret illi qui vituperatur eo damno. Et ſimiliter etiam parũ vtilitatis eſt, quod ſuſcipitur per hoc in concionatiuis neque in iudicialibus: niſi in defenſionem, quia illa ſuſcipit vtilitatem de ea. Oratio autem fit decora, quando fuerit ex dictionibus imaginari facitẽtibus moralibus, quæ conuertuntur verſus rem intentam rectis. Intendo autem, quando dico morales dictiones, ſollicitũ facitẽtes ad virtutem: cuius moris eſt, ꝙ ex ea prouenιat ille actus, ad quem ſollicitare intendit ipſe ſermocinator. nam hic ſunt quædam dictiões, quibus homo non ſollicitatur ad mores & paſſiones animæ, ſicut quãdo dicunt, nõne ſciuiſti, ſi non audiſti. Quando autem dico quæ conuertuntur verſus rem intẽtam, ꝙ mos vel paſſio illa ſit, quæ ſollicitum reddit de eo, cuius ſemitæ eſt, ꝙ ab eo prouenιat actus intentus. Quando autem dixi rectis, intendo ꝙ non tradant oratori extimationem morum nimium excellentium ſuam cõditionem, & minueretur eius paſſio, vel quando ipſe induꝛet ex illa oratione aliquem morem, neq; mores nimis viles apud ſuam conditionem, ſed tradunt in ea ſimilitudinem morum ſibi conuenientium. Et ex his, quæ conſtituunt orationem vilem, eſt, quòd oret dictionibus conſuetis, & nõ oret ex illa vniuerſaliter, ſed per res diſtinguentes. & vniuerſalius expedit itaque quòd non ſuffriciat dictionibus, quòd ſint menſuratæ ſola ſonoritate, vel alĳs diſpoſitionibus, quæ deforis ſunt, quæ notæ ſunt faciet nutu: ſed cũ hoc expedit quòd per ſe largiantur ſimilitudinem. Morales autem orationes, quando meminerit alicuius peccati vituperĳ & defectus, promouẽt iram. Quãdo autem meminerint triſtitiarum, & rei excellentię, tranſferrent ad tremorem, & timorem, & rei difficultatem: & quòd homo ex ſe non largiretur quod quæritur ab eo. Et quando fiunt in laudem, facilẽ gradatim procedere verſus rẽ, cuius actus intenditur, & ipſum facilitant. Quando autem fuerint contrarię laudi, promouerent in triſtitiam & tremorem. Morales autem orationes largiuntur perſuaſionem, quando homo eas ſignificaret quibuſdam dictionibus ſuo regimine ſignificantibus ſollicitare mores, non dictionibus ſuo regimine nõ ſignificantibus illum morem, neque illam paſſionem. Extant autem orationes morales fortioris perſuaſionis per dictiões ſibi proprias. nam his dictionibus ſtabiliuntur animæ, & delectat illarum caſus ab eis: & putatur de eis, quòd ſint ipſa veritas, cùm proprium veritatis ſit quòd ſtabiliantur animæ, & delectet ſuus caſus ab ea, aliquando autem errat anima circa hoc, & fallit eam locus ab accidente. Præterea, quando audiens afficitur ab eo, qui ei ſermocinatur per affectum, qui ſunt deforis: ſicut ſunt affectus facies, & aliæ res, quæ nunciatę ſunt, tanto magis afficeretur, vel induꝛet aliquem morem ex dictionibus, quæ ſuis nominibus ſignificant illum morem vel affectum. Iam autem declaratum eſt ex his, quę dicta ſunt, qui mores & affectus conueniant cuiq; generi & cogitationi. Et intendo per genus, ſicut adoleſcentem & ſenem, & mulierem & virum, Arabem & Romanum. per cogitationem autem intendo rem, quam ſingulæ gentes intendunt in mundo viuentes: ſicut eſt ſcientia apud quoſdam viros, & apud alios ipſe diuitię, & voluptates apud alios, & aliæ res, quę poſſent ſtabiliri vltimus finis. Et artes etiam, & magiſteria habent impreſſionem quandam ad præparationem recipiendi ſingulos mores, & ſingulos affectus. Et expedit oratori, quòd apprime conſideret aduentẽs cuique hominum ex moribus & affectibus, & ipſum ſollicitet ad illum. quia quando hoc intenderet, eſſet ſua operatio præſtantior. Et ex his, quę expediunt et intendere, eſt quòd ſermocinetur viris cuiuſque artis per dictiones morales, quæ diuulgatæ ſunt apud habentes illam artem, ſicut quòd ſermocinetur philoſophis per dictiones morales, quæ diuulgatæ ſunt apud omnes philoſophos. & ſic in ſingulis artibus. quia huic actui eſt vehementiſſimus caſus ad perſuaſionis largitionem. Morales autem orationes non ſunt orationes

nes affectuum, neque materiæ, ex quibus fiunt, ſunt vnæ eædem: licet moralibus tam inſit aliqua res affectus, ſicut eſt ſermo dicentis: Et quis neſcit hoc omnis homo, ſcit hoc: quia hoc ſignificat ei pudendum eſſe quærere quo nam pacto hoc ſequatur. pudor autem eſt affectus quidã. Et vniuerſalius expedit, ꝙ omnis res fiat tempore ſibi conuenienti, & fiant orationes morales in loco ſibi cõueniẽti, & orationes affectuum in loco ſibi conuenienti etiam. Et ante hoc expedit oratori in his, quę infra ſe ipſum ſunt, ꝙ præponat, & conſideret vias, & modos, quibus perſuadeat audiẽtibus: quoniam per hoc fieret eius perſuaſio magis nota, & non lateret ipſum quod dicere ei libuerit. & tam Topicus præcepit tali præcepto in octauo libro Topicorũ. Nec expedit Oratori ꝙ conſtituat omnes ſuas orationes ſecundum dictiones vnius generis, adeo ꝙ omnes eſſent ſecundum dictiones accõmodatas vel inuſitatas, aut diuulgatas: ſed conuenit has permiſcere. quoniam ſm hoc oratio fit fortioris imaginationis. quia quando ferret eas vnius generis, & non eſſet in eis aliqua res inſinuata, non faceret per hoc acquirere quid extraneũ, neq; admirationem promouentẽ animam: ſed apparet exceſſus orationis imaginatę vltra orationem famoſam, quando ſecum contingeretur. & ſic ẽt eſt de oratione inuſitata. Quando autẽ omnes illas conduceret vnius generis, facerent imaginari conſuetum, & non eſſet ibi quid extraneum promouens animam. in orationibus autem affectuũ expedit, ꝙ vtamur nominibus inuſitatis, & impoſitis, & duplicibus: immo illæ ſunt conuenientiores ad hoc. & hoc, quia hæ tres ſpecies dictionum faciunt imaginari quãdam rem additam rei tenteꝛ per illas. Quando autem aliquis vir ſermocinaretur de illis ex orationibus affectuum, fecerunt in illis acquirere quandam rem additã circa rem, quæ promoueret ad affectum illum, & ſm quod adieꝛunt conditiones illi rei ex imaginatione. & expedit illas proferre apud ſuam ſpeciẽ, ꝙ vtatur orationibus moralibus & affectuum cum audientibus de actione alicuius rei vel eius remotione, ꝙ enũciet de ipſis ꝙ in futurum agent illam rem, de qua quęrũt, cum illorum promotione ad illum morem vel affectum, cuius moris eſt, ꝙ promoueat ad illam rem. & hoc, quãdo illos direxiſſet ad rei actionem: & ad illam eos ſollicitãdum in laudem orationibus moralibus, vel ad promotionem ad amicitiã orationibus affectuũ, vel ad ſe abſtinendum ab illa: & eos ſollicitare ad remotionem vituperĳ per morales, vel ad promottonem ad odium per eas, quę ſunt affectuũ. Verbi gratia, quía quando quiſpiam vir vellet promouere aliquem hominem verſus aliquam actionem per orationes morales, hoc eſſet et poſſibile per laudẽ illius, cuius ſemitę eſt, ꝙ ab eo prouenιat illa actio: ſicut ꝙ illi dicatur, ꝙ hoc operaꝛentur viri excellentium cogitationum, & eximiaꝛum progenιerum. Quãdo autem ſecum vſus eſſet tali oratione, expedit ꝙ addat huic, & tu facturus es illud, quia tua cogitatio & excellentia hoc decernunt. Et ſimiliter fit, quando promoueret orationibus affectuum, ſicut ꝙ dicatur ei, hoc faceret qui adipiſceretur bonũ nomen, & hominum laudes. tu autẽ hoc in futurum acquires. Et ſimiliter fit in remotione actionũ vituperĳ vel odĳ. & hunc actum Ariſt. vocaret pronoſticationem futuꝛorum. & dicit ꝙ Oratori expediat, quòd vtatur hac pronoſticatione, et dicit ꝙ cauſa occurſus perſuaſionis de illa eſt, ꝙ dicatur de ea ꝙ futura ſit. Retulit autẽ id de ea, quia ſuę conditionis eſt ꝙ futura ſit. & dicit ꝙ hic actus nimis cõuenιat Poeticę, quia poeta eſt ingradu prophetæ, hoc eſt, qui narrat ea, quæ futura ſunt. Quando autem illa pronunciatio eſſet cum deluſione vel deriſione, dignior eſſet, ꝙ agat in audientem.

Caput Quintum. De Temporibus partibus orationis opportunis,

CVm autem tam loquutus eſſet de diſpoſitionibus dictionum compoſitarum ſecundum qualitatem ſuæ cõpoſitionis, & illarum ordinationem & prolõgationem, & tradidiſſet vnicuiq; horum modorum præcepta conferentia, incœpit loqui de temporibus, quæ ſunt inter partes orationis rhetoricę. Et dixit ꝙ oratorius ſermo expedit, ꝙ ſit non habens metrum, neq; numerum. & quando dicit non habens metrum, intendit ꝙ non ſint tempora, quæ ſunt inter partes ſyllabarum, tempora ex quibus fiant harmoniæ, et melodiæ. & quando dixit neq; numerum, intendit ꝙ non ſint literę ſyllabarum æquales. Fit aũt oratio metrica, qñ congregauerit ambas has conditiones. Tempora aũt, quæ ſunt inter ſyllabas, aliqñ ſunt ex ſilentĳs & pauſis, ſicut eſt diſpoſitio metroꝝ Arabum: & aliquando ſunt cõpoſita ex ſilentĳs & pulſationibus, ſm quod eſt diſpoſitio metrorum reliquarum gentium.

Aut Abraham. Non duximus huius loci interpretes ſilentio prætercundum errorem magni Auerrois in hoc paſſu ex abuſu uerſuũ Arabum: qui, ut ipſe refert, metrum ex æqualitate numeri ſyllabarum conſtituunt, & tempora ex ſilentĳs & pauſis numerent. quare deuiauit nedum ab Ariſtotelis opinione, ſed ab ipſa Muſicæ natura, ubi pes ex numeroſis ãt menſionibus ſyllabarum conflat. ubi ſit comparatio ſyllabarum prolationis ad ſe inuicẽ ſecundũ Muſicam, id eſt proportionalem menſuram motus eloquendi, nullo habito reſpectu ad ſilentium uel pauſam, ſed bene ad eleuationem & poſitionem uocis per longam uel breuem ſyllabam prolatam. Vermetrum autem intelligit proportionalium pedum congeriem. & dicitur illa dimenſio numeroſa, qua modulatio conflat ex diuturnitate prolationis ſyllabarum, ſeu ex mensurationibus ipſarum pronunciationis, ſecundum quem motum partis pedis eſt pars motus alterius partis. ad uera excuſſus, quo diuturnior ſeu longa excẽat breuem, eſt parcontinens moram utriuſq; ſecundum aliquem numerum, quem exceſſum paternalium proprie dicimus, quem Arabes uocis falſo cauſam putant. Pro his lege Muſicos Antiquos.

Metrum aũt non largitur perſuaſionem inter orationibus rhetoricis pp duas reſpectũ vna eſt facere credere in animũ audientium qñã ingreſſa fit oratio aliquas artis & aſtutia, adeo ꝙ putaꝛet, ꝙ huiuſmodi perſuaſio fit propter artẽ, non pp rem in ſe. Secunda aũt eſt, ꝙ puta ꝙ in ea intẽtũ ſit ipſa admiratio, & delectatio, & prætermiſſa attentio audientium: & contingeret oratio apud illos cõmigẽtia illius, in cuius perſuaſionẽ erraꝛemus. Exquiſitem orationes cõpoſitæ ſunt trium ſpecieꝝ, aut orationes metricę, in quibus aggregaꝛi harmonię, & numeꝛus: vel orationes, inter quarũ dictiones tempora non ſunt tẽpora largientia aduentum earum apud audientem, vel nos ſuppoſuimus in aduentũ: aut orationes, inter quarum dictiones ſunt pauces non ſunt diſpones, quæ faciat eas peruenιre apud audientẽ, & eas diuidãt, & hoc vel facies, aut pulſationibus. Sed illę nõ ſunt palliationes, quę cõtinuerunt orationem metricã, qui metro perfecto participationibus ſyllabis, quæ ſunt inter ſyllabas. Per numeꝛum autem inter literę pauꝛum pedis metri ſint æquales literæ [illegible] dis. Iam aũt manifeſtũ eſt, ꝙ orationes metricæ [illegible] giant perſuaſionẽ & pareant eẽ, ꝙ orationes, inter quas non ſunt pulſationes, licet ſint ordinatę [illegible] perſuaſiõis. & hoc, ꝙ per ſe [illegible] ꝙ dictionũ, inter quas non [illegible] ſignificatorum intelligibi[illegible]

do illa ponuntur extensa in intellectum, non stabilitur intellectus ad intelligentiam vnius illorum, donec non superuenerit ei alterum: sicut accidit illi, qui vellet assuescere aliquam rem velocis motus, quia ille non stabiliretur in illa. Secunda autem est, quia oratio de illis non esset iocunda auditus: quoniam auditus delectatur pulsationibus, & pausis, quę fiunt inter partes orationis. Ac etiam cum differentiæ talium orationum sint æquales propter suam vicinitatem, ipsæ contristant: quoniam delectatio est, quando trãsgreditur de genere in genus. Sicq; cùm hoc ita fit, non relinquit, q; partes orationis rhetoricæ sint, nisi tertia pars illarũ partium, quæ est inter. cuius partes sunt pausę & pulsationes, non exprimunt orationem, q; in ea sit metrum. & vniuersaliter expedit, q; pulsationes & differentię orationis rhetoricæ sint in capitulo illius, in cuius intelligentia stabilitur animus. Hoc autem sine dubio variatur ad varietatem orationum. quoniam quędam orationum sunt, inter quarũ partes expedit q; stabilatur spatium. & quædam earũ sunt, in quibus expedit hoc facere magis. Pulsationes aũt fiunt, aut in spatio, quod est inter orationes: vel in spatijs, quæ sunt inter simplices dictiones: vel in spatio, quod est inter syllabas: vel in spatijs, quæ sunt inter literas. Illæ autem, quæ fiunt in spatijs, quæ sunt inter syllabas, decernunt metrum poeticum: & quę fiunt in spatijs, quę sunt inter literas, decernunt harmonias. Sicq; ergo illæ harũ, quę decernunt orationes rhetoricas, sunt quæ fiũt in spatijs, quę sunt inter dictiones simplices & orationes. Orationes autem sunt duarum specierum. quædam sunt breues, & quædam longæ: quędam perfectę, & quędam imperfectæ. & perfectarum, quędam sunt primæ, & sunt oratio enunciatiua, & imperatiua, & inhibitiua, & reliquæ, quæ sub eis ingrediuntur: & quædam earũ sunt secundæ, & illæ sunt rhetoricæ. Pulsationibus autẽ vtitur orator in vno trium locorum, vel in vltimo dictionum simplicium & orationum breuium, quæ proximæ sunt dictionibus simplicibus: vel in vltimo orationum breuium, q; e sunt partes orationum longarum: vel in extremis orationum perfectarum secũdi modi, vel in earum partibus, hoc est in partibus magnæ orationis. Illæ autem, quibus vtitur in vltimo orationum nimis breuium, et dictionũ simplicium, similes sunt sermoni metrico propter vicinitatem æqualitatis dictionũ simplicium, & orationum breuium ipsis syllabis. & ideo expedit oratorem, q; caueat in vsu harum pulsationum, q; constituat sermonem metricum. & hoc, quia quando cadunt inter syllabas, fit oratio metrica: quando autem cadunt inter dictiones simplices & orationes breues, fit oratio metrica metro oratorio. Sæpe autem accidit orationibus, q; hę pulsationes, vel silentia cadant apud illam gentem, quæ vtitur silentijs vt plurimum loco pulsationum inter syllabas, absq; q; hoc intẽdat, & fit ipsa oratio metrica, cùm ipse non putet. Verificatur autem oratio hæc species metri, quando ex dictionibus simplicibus & orationibus breuibus elegerit eas, quæ vtuntur, vt sint æquales ipsis syllabis. Illis autem, quibus vtitur hic in partibus orationum breuiũ, quæ fiunt p[ar]tes orationum longarum, vtitur vt significent separationem quibusdam orationis ab aliqua oratione. Hæc autem fiunt in orationibus perfectis prima perfectione vel secunda: & sunt necessariæ bonæ largitionum intelligentiæ. Hęc autem species est raro, cùm cadat in vltimis orationum quę per se existunt. & hęc, vt puto, apud Arabes vocantur loca pausæ: quoniã Arabes sæpe vtuntur locis pausarum. Tertia autẽ species fit in mutationibus termorum, & in finibus vltimis, & in finibus medijs in locis quietis harum pulsationum, quæ fiunt in his rebus, de quibus loquitur illam gentem, quæ eis vtitur: quędam sunt, quarum initium est syllabarum prędictarum, & finiuntur in syllabas breues: & quędam sunt, quę incipiunt ex breuibus, & finiunt in productas: & quædam sunt quæ sunt omnes productæ, illæ autem, quæ fiunt ex syllabis productis conueniunt in medio in loco quietis. Expedit autem, q; scias q; quando pausę constituũtur loco tonorum, redditur oratio rigida. Arabum autem vsus tonorum est rarus. Toni autem fiunt, vel cum syllabis productis, aut cum literis quæ producuntur cum tonis, & consequitur eos: sicut sunt Meim, & Nun in idiomate Arabũ. Syllabę vero breues apud necessitatem productę sunt ad faciẽdum pulsationes. sed Arabs vtitur pulsationibus tonorũ apud syllabas productas, siue fuerint in medio orationũ, vel in suis finibus. In syllabis vero breuibus non fiũt pulsationes, & toni, quando fuerint in medio orationum. Quando vero fuerint in finibus orationũ, constituunt syllabam breuem productam. & si fuerit soni ʌ, factũt ipsi succedere ʌ magnum. si autẽ per o, faciunt ei succedere o, magnum. & si fuerit per ɪ, faciunt ei succedere ɪ magnum. Hoc autem reperitur in vltimis clausularum, qui versus dicuntur apud illos. Et aliquando producuntur syllabę breues in medio orationum, quãdo quidam versus magni finiuntur in syllabas breues. Et vniuersalis syllaba breuis producitur apud pausam. Hic itaq; est sermo de pulsationibus, et quo modo fiãt singulę earum species in singulis spectebus locutionis.

Caput Sextum. De cæteris obseruandis in simplicibus constituentibus orationem.

EXpedit autem q; orationes rhetoricę sint habentes versus, vel q; sui fines sint vnius eiusdem desinẽtiæ, aut cum eo quod sunt vnius & eiusdem desinẽtiæ sui fines sunt eędem literę, vel eadem dictio repetita, vel cum hoc sint continuatę per signa connectionum. Exemplum autem verificatę cõformis desinentię est, quando dicitur: ploratur lachrymis amissa pecunia veris. oẽs enim sunt vnius regiminis: & maior pars oratorũ eloquũ non euadit ab vna harum specierum versus. Verificatum autem eloquium, quando versus finiunt ante finem significati, est dissonus auditui: quia auditus cupit finem. & accidit interloquutori de his rebus, q; pauset apud finem versuum ante finem significati, & pauset pręter quàm in loco pausę, hoc est, quando significatũ est longius versibus. quando autem interloquutor constituit fines versuum orationis secundum finẽ significati, non accidit ei hoc. Nugatio autem & repetitio orationum rhetoricarum est, quòd initium orationis & suum vltimũ sit secundum vnam dictionem, & quasi vnam. Eloquium aũt quod est talis dispositionis, quando fuerit habens mẽsuram æqualem, sit iocundum facilis intelligentię: iocundum quidem, quia est conuersio illius quod non habet finẽ & leuis disciplinę, quia facilis fit illius memoria, propter repetitionem dictionũ illius: & quia habet numerum & metrum. Metrici autem eloquij reminiscitur vnusquisq; hominum. & ideo res repetita est facilioris reminiscentię quocunq; eloquio. Expedit autem q; repetitio finiatur finitẽtibus significatis, sicut est dispositio versuum. Et expedit q; continuitas locutionis sit non nimis prope, neq; nimium remota, sed sit adeo vt facilis sit transpiratio inter suos versus & suas partes, sicut est dispositio eloquij repetiti: hoc est, q; non oporteat q; constituatur magnum spacium inter vltimam illius partem & primam partem. & ideo eloquium decentis continuitatis est oratio perfecta disiuncta per tonos transpirationis, hoc est, per pausam suorum versuum & partium. Et expedit q; versus eloquij non sint breues, neq; longi. breues quidem, quia eorum breuitas esset

esset causa erroris, & illorũ negligẽtię. longi vero quia longitudo esset causa obmissionis auscultationis eorũ, & sequestrationis audientium ab illis, & abstinentię à porrigendis auribus ad illos: sicut qui transgrediuntur finem, & procedũt longo tramite. quia accidit illis, qui secum coniunguntur, q; ab eis separentur. Orationem vero, cuius versus sunt nimium breues, ipsam audientes vilipendunt, & deridẽt eam, & eas aufugiunt. Cõtinuum vero eloquium per literas connectionum, qđam est disiunctum absq; q; inter eius partes sit cõtrarietas: sicut est sermo dicentis: talis ita dixit: & talis ita fecit. et quoddam est, quod diuiditur in res contrarias, vel quæ insunt rebus cõtrarijs: exempli gratia, de ipsis contrarijs, vt sermo dicentis: si illi sunt prudentes, sua gesta prospera succedent: si autem ignari sunt, falletur sua spes. Exemplum autem aduenientium rebus contrarijs est sermo dicentis: talis optat vtile: talis autem luxum. quia desiderium vtilis sequitur paupertatem: desiderium autem luxus sequitur opulentiam. & eloquium, quod est talis dispositionis, est nimis iocundũ. & hoc, quia res contrariæ iuxta se positę magis innotescunt. & hoc, quia ipsę innotescunt duobus modis, per se, & per additum: hoc est per earum comparationem ad ipsum cõtrarium. Sicq; etiam aliquo modo est sumptio rationis de ipsa re. & hoc pacto similes sunt sumptioni rationis de argumẽtationibus. Et quoddam eloquium continuatum etiam est eloquium consimile, cuius partes continuatę sunt cõsimiles: & hoc, vel in principio versuum, vel in suo vltimo. Consimilitudo autẽ in capitibus versuum, semper est per nomina: sicut est sermo dicẽtis: beatitudo illum mouit: beatitudo illum corroborauit. Cõsimilitudo vero in vltimis fit per syllabas, hoc est per literas, quæ sit casu nominis vel eadem vna dictione, per consimiles vero fine & casu contingit q; intelligat illas, quarum figurę dictionum continuantur. & fert q; intelligat per eas, illas, quarum dictiones sunt à se mutuem derivatæ: & vtræq; harum gignunt oblectamentum in eloquio. Illa vero, quæ sit vnius eiusdem dictionis, sæpe etiam sit: sicut est sermo dicẽtis: tua mẽs est recta: & suus intellectus est rectus. Postquam autem tam numeratæ sunt hæres, hoc est, res, quæ insunt dictionibus ex parte qua sunt compositæ, expedit q; dicamus, vnde sumantur orationes, iocundæ efficacis actus. ficut tu dicis, q; hæc ars operetur persuasionem iocundam & bonam. Et dicamus q; initium huius rei est, q; dictiones, quæ fiunt, sint bonæ intelligentiæ, iocundæ vnicuiq; hominum. Dictiones autem significant illam rem earum, quæ cùm significatione agat bonam intelligentiam & oblectamentum, illæ itaq; sunt, quæ agunt bonam persuasionem. nõ decent autem huic actui nomina, quæ sunt extraneorum idiomatum, quia sunt ignota, non bonæ intelligentiæ. Neq; etiam decẽt hunc nomina tradita diuulgata: quia licet ipsa sint bonæ intelligẽtię, sunt non iucundę. sicq; ergo nõ omnis permutatio & varietas decet hunc artificium. Illa vero varietas, quę ei conuenit, est illa, cui nest hoc additum, hoc est bona intelligentia cum oblectamento. Hæc autem permutatio est sicut sermo dicentis, q; senectus operetur bona, loco dicendi q; senex operetur bona. hæc enim est permutatio: sed est latens, quia est ipsius generis, senex operatur bona ex parte senectutis. Et operatio dictionis ad hoc similis est operationi exempli & enthymematis, hoc est, q; aliquãdo eorum inuentur aliquid, quod operetur bonã intelligentiam & oblectamentum, & aliquando inuentur aliquod eorum, quod operatur intelligentiam sine oblectamẽto. Et ideo etiam permutationes compositæ accommodatiores propter earum longitudinẽ quàm minoris oblectamenti q; illæ: quia illæ sunt longæ, hoc est, pauce in

De orationibus locũdis

tellectionis. Hoc autem, quod hinc accidit, simile est ei, quod accidit exemplo cõpositio remoto. et sicut animus non cupit exemplificationem in talibus, neq; delectatur, sic et accidit q; non delectetur accommodationibus remotis compositis. Quando autem hoc ita fuerit, opportunum est, q; dictiones decentes, quę fiunt in hac arte, & rationes decẽtes sint illæ, in quibus congregantur ambæ res simul, hoc est, oblectamentum & bona intelligentia. & ideo nõ iocundatur in hac arte opus, quod agitur, si eius enthymemata & exempla sint ex rebus notis nimium patentibus cuiq; hominum, quas neminem oportet perscrutari. talia enim numerarentur inter vilesotiones. Et similiter non expedit etiã, quòd sit ex his, de quibus iam dictum est, quod non intelligãtur vel difficilis sit sui intelligentia: sicut non expedit q; sit, quando dicitur illico notum: neq; sit ex his, quæ necessario sunt: sed sit ex his, in quibus cogitatio parum erret: hoc est, q; eius intelligentia proueniat post aliquantulam considerationem. et hoc, quia ex re, quę illico fit nota, bene fit syllogismus, sed nõ fit iocundus: sicut bene sit intelligentia ex dictionibus veris, hoc est, non accommodatis. Iam itaq; declaratum est ex hoc, q; enthymemata, et exempla, quæ sunt efficacia in hac arte, sunt quę componuntur ex talibus rebus: et dictiones efficaces sunt ipsę permutatę, hoc est, accommodatæ permutatione, quæ ageret oblectamentum, exempli causa, sicut est permutatio, quæ fit ex contrario: hoc est, quod res vocetur nomine sui contrarij ad modum sui vilipensionis: sicut est appellare bellum pacem. Sicut autem oportet fugere permutationem, quę fit ex nominibus inusitatis, sic expedit fugere permutationem, quæ fit ex nominibus æquinocis: quia nominis æquinoci intelligẽtia est difficilis, cum hoc q; illi sint huiusmodi adesse. Et vniuersalis itaq; expedit loqui de aliqua re oratorio modo, q; stabilatur rem, de qua est loquiturus, ac si ad oculũ esset cuidens, ex hoc de attributis suarum actionum occurrentium, et occurrere aptarũ. Intentio aũt, quæ conuertitur ad stabilitatem, ac si obiter ad oculũ esset, fit de tribus rebus. Quarum vna est decora permutatio. Et secunda est cõstitutio sui oppositi sub eo. Et tertia descriptio actionum occurrentium, et quę aptę sunt occurrere. Ex electionibus vero permutationibus, quæ aliis reperiuntur in hoc, est permutatio ex rebus proportionalibus: hoc est, quando hic est aliqua res, cuius proportio ad aliquam rem est proportio tertiæ, vel quartæ, & sumeretur prima loco tertiæ, & sumeretur suo nomine. & hoc, sicut dixit quidã Antiquorum, quando memini iuuenum, qui obierunt in bello, q; illi decesserunt ex cuitate ac si quidam homo eduxisset ver ex anni temporibus, & ad hoc memini plurium exemplorum ex sermonibus notis apud illos, quorum orationis intelligentia esset difficilis secundum nostrum idioma, & consuetudinem. Accommodatio autem, quæ sit huius speciei, frequenter reperitur in Arabico idiomate, et orationibus. Orationes autem, quas vtinosti idiomatis, qui studient Poeticæ & Rhetoricæ, determinant accommodationem, ingrediuntur hoc genus, & ideo aiunt, q; poemata sint accommodatio & assimilatio. Oratori autem expedit omnimodo niti tractare ad multiplicãdum partes attributa, quãdo de illa loquitur: quoniam attributorum multitudo est magnificatio et exaltatio quędã. Et hoc, sicut est sermo dicẽtis, de pacis decentia, quod pax sit ex signis victoriæ, & prosperitatis, & laudabilibus: q; bellum, quia in illa victoria & prosperitas sine quercla, & error est sine labore & angustia. Et autem ita: victoria & prosperitas post complementum laboris et operationem angustiæ, & deperditionem [illegible] et opum. Vtrumq; itaq; illorum est ex signis victoriæ,

& prosperitatis: sed vnum eorum est aptius, & citius. Expedit autem, quãdo volumus constituere rem oratione coram oculis ꝙ exponamus quid agat, et quid inferat illum affectum: hoc est, ꝙ reminiscamur rerum, quę sunt actiones & signa. Ipsa autem permutatio agit ambas res simul: hoc est, ꝙ ipsa constituat rem coram oculis, & ꝑmoueat ad id, ex quo hæc futura sit: sed non intendit commemorationem actionum. & ideo expedit, quando imaginari faceret actiones habentium extimationem & honorem, & vniuersalius actiones attributas claritati & animi gloriæ, ꝙ fiat permutatio in ipsummet genus actionis. & hoc sicut oportet in singulis locis. Quod bonum autẽ est in permutatione, quæ fit in actionibus, hoc est, quæ permutatæ denominantur, ꝙ res, quarum actiones describuntur, quando sunt inanimatæ constituantur, adeo ꝙ putetur de suis actionibus, ꝙ ipsæ sint actiones animatorum. & hoc, sicut in suis comparationibus facit Homerus. & hoc ſepe fit in poematibus Arabum, hoc est, eorum cõstitutio electionis & voluntatis alĩs q̃ animatis. Permutatio autem, quæ fit actionum, quæ sunt animatorum, fit modo proportionalitatis et coęquationis inanimatorum: sicut dicitur de obmissione pudoris ex parte temeritatis, cum apud illum sit res, cuius pudendum esset, ꝙ ille sit ad modum lapidis respectu hominis, qui quidem est contrarius primi. Iã enim talis permutatio, hoc est, quæ est per coæquationem, & proportionalitatem, fit per exempla efficacia in hac arte: hoc est, ꝙ comparemus animata inanimatis secundum modum coæquationis. sicut dicit ꝙ agricola respectu ciuitatis sit sicut fundamenta respectu parietis, & ꝙ homicidę respectu illius, sint sicut rami respectu vinearum, & ꝙ talis consequutus sit ex tali amaritudinem & dulcedinem mellis. & hoc, quia huius significatum est, ꝙ ille consequutus sit ab illo quẽdam habitum, cuius proportio ad habitum abhorrẽdum sit proportio amaritudinis ipsius aloes ad res amaras. Et vniuersalius expedit ꝙ permutatio, quæ fit i actionibus, sit, sicut est permutatio, quã narrauimus, ꝙ oporteat fieri in ipsismet rebus: hoc est, in illis, quarum sunt illę actiones. & hoc, ꝙ homo ferat dictiones vsitatas, q̃ non sunt omni notitia notæ, neq; etiam omnimoda ignorantia ignotæ, sed mediæ inter has. quia sicut vsus similis expedit in Philosophia, quãdo illæ, qui eo vtitur, intẽdit esse huius mediæ denominationis ignorantiæ & sapientiæ: sic res se habet in ipsismet dictionibus. Et aliquando occurrit iocunda persuasio secũdum permutationem, quæ fit de re secundũ modum periphrasis & excessus. Hoc autem est, quando res, ex qua fit permutatio, esset admirabilis & eximia, nisi esset manifestum mẽdacium. sicut quando dicunt de aliqua re clara sicut est Sol, & Veneris soror, vel pulchrior altro Veneris, & suptor loco Solis. Hic autem modus permutationis est vituperandus in orationibus scriptis, hoc est in hystorijs. Et aliquando fallaci, quæ fit propter permutationem, quę est secundũ dictiones fallentes, delectat, hoc est q̃n loquens intenderit per eas fallere audientem. Hoc autem fit duobus modis: quorum vnus est, ꝙ velit proferre orationem: in qua est mendacium, et accommodaretur illi nomen æquiuocum, quo diceretur de eo, & de re in qua non est mendacium. & ille notus de re, in qua non est mendacium, q̃ de re in qua est mendacium: & accideret audienti ꝙ erret circa hoc, & superaret manifestũ dictionis, et conduceret loquentem de hoc ad formam illius, qui non loqueretur de re, de qua loqueretur. Secunda autem spẽs est, ꝙ cõducat dictionem æquiuocam, quę dicatur de quibusdam rebus: quarum quędam sunt falsæ, & ab negatæ, & quædam veræ: nisi quia significatio earum per dictionem, est æqualiter, vel est manifestior, de falsis, q̃ sit de veris. ille autem intenderet de ea significatum falsum non verum: quia iam possibile est ꝙ excusetur per id, quod est sub illa dictione de significato vero, quod non intenderet. sicut si quispiam assereret vituperium principatus sapientiæ: quia principatus sapientũ non est principatus. quia si erraret in hoc, fallacia delectaret, & quãdo hoc capitulum est falsum, sua abnegatio delectat, & largitur persuasionem. Si autem proferret mendacium per dictionem, quæ non patitur varios modos, & quando vituperaretur abnegaret illam, eius abnegatio nõ delectaret, neq; largiretur persuasionem. hoc autem magis fit propter dictiones æquiuocas: & aliquando fit propter res probantes ipsas res. sicut est sermo dicẽtis illi, qui eum vituperaret: ego nõ sum adulter, neq; mea mater est meretrix. quia orationis manifestum est, ꝙ ille remouerit omnem turpitudinem à se: & significati comprobatio ostenderet, ꝙ ille eam confirmaret de suo aduersario, cùm suus aduersarius suppoſuerit eius cõtrarium. Contrarij autem vilipensio fit vel per se, aut per laudem sui contrarij. & ideo leguales aduersantur definitionis compositioni extalibus orationibus, quas illi vocant cognomina. Ex illis autem, quæ similia sunt secundum genus huic, hoc est, permutationi iocundæ, est, ꝙ cõduceret hominem ad consequẽs ex dictione corruptionis: sicut est sermo dicentis, ꝙ oporteat hominem ꝙ moriatur, antequam faciat aliquam rem culpabilem: quia secundum illam orationem esset delectabilior, q̃ sit secũdum has ipsas dictiones, cùm hæ sint vitandæ, illæ autem inuitatæ. cõueniret autem hęc species orationis, quando profertur breuiter & oppositione contradictionis. quia intelligẽtiæ largitio, quæ fit ex via oppositionis, quæ est in ea, est conuenientior: & illa quæ fit ex parte breuitatis, fit citius. Et sicut fit permutatio operationũ, sic fit nominum, & eorum sunt species permutationum, quas narrauimus: hoc est, permutatio ex oppoſito, & permutatio ex proportionalitate, & permutatio à simili, et permutatio etiam secundum speciem exemplorum. Omnes autem hæ, quando fiunt, sicut diximus, sunt efficaces ad hanc artem vehementi efficacia. Exemplũ itaq; permutationis fm modum proportionalitatis de ipsis rebus, quæ non sunt animatæ, est quando vocant scutum clypeum matris, & aream fine corda lyram fine sono. & hoc, quando hęc permutatio fit secundum modum compoſitionis: hoc est, fm modum proportionalitatis. Quando vero fit simpliciter, qui est modus assimilationis tantum, non modus proportionalitatis, dicitur de scuto ꝙ sit Martis scutum. & de arcu ꝙ sit lyra. Et aliquando aggregatur ex talibus qualis est rei forma, & eius operatio: sicut si diceretur de homine ꝙ sit similis simiæ sonanti lyram. Assimilatio autem rimis delectat, quãdo conuenit, ꝙ constituatur permutatio, vel accommodatio. Quando autem hoc non conueniret ei, hoc esset remotũ & deturpans. & ideo sæpe peccant poetæ quando cõducunt assimilationem, quæ nõ conuenit ꝙ imponatur rei fm modum permutationis: sicut est sermo dicentis, ꝙ cuiusdam virtutis sint crines, sicut aptum. Omnes autem species harum permutationem sunt exempla. & exempla, quæ proprie dicũtur sunt permutationes rerum simile, quas homo faceret de his, quę sibi acciderent bonorum vel malorum: hoc est, sicut exempla, quę continentur in libro Chelile, & Dhamane. & sicut sunt res particulares occurrentes, de quibus sermo occurrens permutatur in plures res secundum locum assimilationis. sicut est quando dicũt, facias me reminisci rationis, cuius oblitus fueram. Vnde vero humantur cõuenientes, permutationes, & qua ex causa sint convenientes, tam declaratum est ex hoc sermone. Hęc autem, quę dicta sunt, ipsa sunt loca eloquentiæ,

De oratione coră oculis.

quentiæ, & conditiones eloquentiæ. Et orationes etiã exponentes, quæ efficaces sunt in hac arte, & propter compoſitionẽ inusitatam in orationibus, sunt permutationes, hoc est, secundum compoſitionem, non secũdum dictiones simplices. Hoc autem, sicut puto, est sicut prioritas & posterioritas, et minutio & crementũ. Et ex permutationibus etiam est orationũ vltimatio, & extremus excessus, qui significant ex loquentis dispoſitione partem cordis, & morum grauitatẽ, & summam iram. sicut est sermo dicentis: & si mihi traderetur aurum, sicut est arena, quæ in littore maris existit, ego non agerem ita. & sicut quidam dixerunt: nec Veneris astrum, quod auro simile est, non æquaretur pulchritudini huius puellæ. & hæc species locutionis plurimũ fit in sermonibus Arabum, & suis poematibus.

De diuersitate orationũ, et quę conueniant.

Orationes autem non scriptæ sunt maxime propriæ huic generi permutationis. Quod vero fiant in orationibus scriptis, quæ sunt historiæ, esset vituperandum. quia non quæcunq; harum rerum conuenit orationibus non scriptis, conuenit scriptis. neq; quæ conuenit orationibus deliberatiuis, cõuenit orationibus iudicialibus. & ideo oportet ꝙ sciatur hoc. & dicamus ꝙ basis illius, qui loqueretur locutione oratoria nõ scripta, siquidẽ esset in operatione, fit quando beneficat assumptionem ostensionis & constitutionis. si autem esset respondens, ꝙ non indigeat silẽtio & persuasione. Orationes vero scriptę expedit ꝙ sint fortioris vẽrificationis & iustificationis, q̃ orationes non scriptæ, cùm scriptæ sint perpetuo permansurę: illæ autem finiunt finitẽ locutione de illis. Contentio autem & iudicium magis indigẽt nutu faciei, & illis ipse est proprior: hoc est, affectus & morales facieinutus sunt duarum specierũ, quarum vna cogit audientem ad aliquem affectum: et altera ad quẽdam morem. Illi autem, qui vtuntur hac specie persuasionis, exquirunt libros, ꝙbus constituuntur species nutuum faciei: plusq; perquirant libros, quibus constituuntur species rerum & dictionum, hoc autem est ambabus speciebus simul: hoc est, poetis & oratoribus. Orationes autem, quæ audiuntur, obliuiscitur earum, neq; confirmantur, neq; intẽditur ex eis tanta translatio, quanta intenditur ex orationibus scriptis. & ideo nõ sequitur ex illarum vertificatione illud, quod sequitur ex verificatione orationũ scriptarum. Et propter varietatem harum specierum sunt plures optimi constitutores librorum. quando autem intendunt persuasionẽ sermone, non sunt boni eloquentes. Et quidam etiam oratores sunt, qui bene persuadent absq; experientia nutuum faciei, et gestationum manibus, & cæteris suis membris. cuius causa est, quia illi non vtuntur orationibus cõtentiosis: quia orationes, quibus vtuntur in contentionibus, sunt vehementis verisimilitudinis propter nutus faciei. & ideo quando intelliguntur, apparet sermo loquentium iniquus. & hoc, quia sępe locutio illorum fit obmissis coniunctionibus, & nugatoria. Hoc autem non conuenit in scriptis, sed est possibile in nutibus: imo circa faciei nutus. Facies autem nutus, quando secum permiscetur dictionalis permutatio, fit vehementis fallaciæ ad cogitationem & persuasionem. & hoc, quia faciei nutus forationẽ coniuncta constituitur, sicut rectificans & dirigens. Ille autem, qui vtitur facie nutibus, est ille, qui valet excedere in permutatione, & ad persuasionem vsq; ad summum extremum: ad quod fuæ naturæ est excedere, quoniam faciei nutus facit inclinationem, & diuersionem. Ille vero, qui non vtitur facie nutu, est, ac si ipse conduceret ad persuasionem coactę. Et similiter locutio, quæ fit obmissis coniunctionibus, non euadit à facie nutibus, & ꝙ illæ dictiones non dicantur vno accentu vnaq; dispoſitione: sicut est sermo dicentis: inuimi ipsum: accepi ipsum: conduxi ipsum. Ex proprietatibus autem locutionis disiunctæ est, ꝙ quando iuxtadictiones fuerint æqualis prolationis: hoc est, ꝙ qualis tẽporis, putatur vna oratio ꝙ sit plures, quia coniunctiones constituunt pluralitatem vnam: & quando obmittuntur, redditur vna plures. Hoc autem expedit, quando intenditur magnificatio & multiplicatio: sicut est sermo dicentis: dilexi: dilexisti: loquutus sum: supplicaui: loco dicendi dilexerii, & loquutus sum, & supplicauit: qa quã do obmittitur coniunctio huius, putatur quòd illud sit magnum opus. hoc autẽ fit per dictiones aptas ad significati, & repetitione vnius eiusdem nominis cõiunctę. & hoc, quia quando repetitur hæc eadem dictio, putatur multitudo secundum rem. & huiusmodi est vius nominum synonymorum: quia contingit ꝙ vtamur eis obmissis cõiunctionibus. Orationes autem deliberatiuæ oportet ꝙ fiant similes corpori, quod describunt accidentia formę ante formam: hoc est, ꝙ homo colligat intentionem, de qua loquuturus est vniuersali modo & ad hoc nimium conuertuntur librorũ auctores, & oratores. Huius autem causa est: quia ad largitionem intelligentiæ oporteat, ꝙ sit maior considerationis in orationibus concionum & rerum publicarum, q̃ sit in orationibus priuatorum. quia expedit ꝙ largitio intelligentię ibi sit secundum vehementissimam intelligentiam, adeo ꝙ omnes æquales sint intelligentiæ. Persuasio vero plebis fit vilibus persuasibus, eo quod ſo dispoſitionis persuasionis præcipuorum egregiorum. Orationum vero contentiosarum persuasio oportet, ꝙ sit vehemẽtioris vertificationis & iustificationis: et eo magis, si orationes fiant apud vnum iudicẽ. quia persuasionis opus esset facilius, quia illum nõ oporteret ꝙ se oneraret tot accommodationibus et permutationibus, quot se oneraret in sermone, qui fieret coram communitate & republica. Quando autem persuasio esset sine rebus extrinsecis, vtenum esset, ꝙ veritas dignosceretur in ipsa magis q̃ in alia. & ꝙ res, de qua loquitur in ea, sit vsitata non extranea, hoc est nota nõ negata. Præterea, quia quando in orationibus contẽtiosis fiunt res extraneæ, accusator remoueretur à sua intentione. & ideo expedit ꝙ orationes contendẽtium sint propiores veritati q̃ errori. Fit autem opus oratoris efficax fm permutationem dictionum, vbi faciei nutus & significatorum insinuatio magis expedit q̃ alibi. Hoc autem fit in orationibus concionum & magnæ reipublicæ: quia in talibus orationibus non requiritur vertificatio, sicut requiritur circa priuatum iudicium. Orationum vero etiam, hoc est scriptarum, quędam sunt historię, quędam sunt, quæ scribuntur circa contentiones, quæ fiunt coram iudicibus. & illæ sunt, quæ apud nos vocantur statuta, & libri canonũ. Historiis vero propria est bona lectio: hoc est, ipsas legere sit facile bonum. Illas vero, quę fiunt circa lites, oportet, ꝙ sint sine permutatione & remota varietate, quæ constituerent ipsam locutionem profundæ intelligentiæ vel perturbatę, nisi cõtineant rem extimabilem alicuius moris, vel pacti, vel connexionis legis, quia tunc expedit ꝙ ornaretur locutio, & eleuetur, & fiat cur: sicut sunt libri canonum, qui apud nos dicuntur libri emptionis. Scriptæ vero circa lites, expedit ꝙ sint verificatæ, remotæ ab his, q̃ ipsas constituerent abominabiles, vel viles. quia libri canonum sunt nobiliores q̃s historiæ: ac ipsę sunt decoræ extimandę. si autem in eis essent plura latentia, non essent verificatiuæ. & ideo oportet ꝙ non fiant breues omnimoda breuitate, quia essent ignotæ. & ꝙ sint mediæ, quia medium semper decẽs proportionale. Ac expedit etiam, ꝙ nõ sint vacuæ ab vsu versus, neq; a permutatione, sed vtantur ex his eo, quod propinquum fit famositati & verificationi magis q̃ extraneitati & ignorantiæ;

ignorantiæ: & persuasiuæ, quę in illis sunt, componuntur ex rebus honestis laudabilibus, quæ prędictæ sunt De dictionibus vero oratorijs, & rebus tam diximus, quod satis est, quæ est res vniuersalis cunctis partibus orationū, reliq̄ vero sunt ptes orationis, suusq̄ ordo.

Caput Septimum. De partibus orationum, & suo ordine, & primo de Exordio,

PArtes autem orationum rhetoricarum necessariæ sunt duæ: quarum vna est ipsa intentio seu argumentum, quod est res, quæ intenditur per locutionē. quia necesse est q̄ cognoscatur res, de qua est oratio, & sciatur res, versus quam vertitur confirmatio vel inhibitio. Altera autem est ipsa verificatio: & est oratio confirmans vel inhibens. Pars vero, quæ vocatur narratio, quę occurrit in orationibus, est propria sermoni contentioso. In sermone vero inhibitiuo et cōsultiuo nō fit narratio. quoniam narratio fit in illo, quo tesellīt aduersarius, non in sermone extrinseco: hoc est, qui vertitur circa audiētes. Opportunitas vero partis illius, quæ vocatur exordium, & partis quæ vocatur conclusio, est magna in parte consultiua. quia illa stabilitur loco comparationis rei de qua habetur sermo, & circa quem primo intenditur, & vltimo proferur: & per illum prouenit intentum, de quo fit sermo optimo prouentu. Est aūt indigētia huius rei in hoc genere sermonis ad cōparandū inter rationes confirmātes & cōfutātes ipsum, ac etiā, vt non perdatur res per multitudinem repetitionis orationis, etusq̄ connexionis. Alī quando autem homo indiget exordio in sermone contentioso, quando esset connexus, timens ne in ipso argueretur intentio. quādo vero sermo fieret breuis, nō indigeretur illo. & similiter non indigeretur illo in consultiuis paucis, vel parum illius sufficeret in illis. Quando autem res harum partium fuerit, sicut narrauimus, partes itaq̄ necessarię sunt duæ: intentio intenta seu argumentum: & verificatio, & quicquid est, quo confutatur aduersarius est ex verificatione. Et cōclusio etiā sæpius fit in orationibus: quia ipsa est pars ipsius verificationis qua fit commemoratio rei, de qua est sermo vniuersaliter, & ad rem de qua dicitur: nō vt per illam confirmetur vel dicatur oratio, sed secundum modum commemorationis illius, quod præmissum, & dictum est. Q̄n autē imaginati fuerimus, vt partes orationis rhetoricæ essent quinq̄. quæ sunt narratio, sequēs narrationem. quæ est ipsa conclusio, cuius remittitur in verificatione & argumento. & est narratio præcedens narrationem, quæ est descriptio intentionis præcedens intentionem. et descriptio verificationis præcedens verificationem. & est oratio cōfirmatiua, vel inhibitiua. Sed expedit, q̄ his quinq̄ rebus quando differunt imponantur nomina, sicut faciunt artifices: hoc est, q̄ prima pars vocetur exordium, & secunda argumentum, & tertia narratio, et quarta verificatio seu probatio, et quinta conclusio. Exordium autem est initium sermonis, & est ex quo oritur sermo: cuius proportio ad ipsum sermonem est proportio initiorū rei ad ipsam rem, sicut sunt incunabula psalmorum ad ipsos psalmos, & quæ his similia sunt. quia exordia sunt initia rerū, quæ eis succedunt, & directiones ad ea, quæ post ipsa succedunt. Et incunabula psalmorum similia sunt exordio sermonis inhibitionis: quia sicut tubis psalliē.es, quando volunt psalmum ornare, primo sonant quodā tocundo psalmo, deinde in vltimo recolligunt & concludunt ipsum psalmum, sic expedit q̄ faciat sermocinans constitutiuo & inhibitiuo sermone: hoc est, q̄ quando velit fucare suam orationem, declaret de quo sit loquuturus: deinde succedat ipse procedat per reliqua sua verba, & colligat & coniungat. & sic inuenimus q̄ faciunt omnes oratores simūl. Demōstratio autem incipiendi hanc rem ipsi exordio: hoc est, q̄ ipsum sumat intentionem seu argumentum de quo est oratio, & magnificat illum, ad quem est sermo. Et quæ eorum, quæ famosa sunt, sint fucantia sermonem. & hoc, quia q̄n orator hoc faceret, non esset ei possibile declinare dextrorsum & sinistrorsum ab intento, cuius meminisset, & prouenireret eius sermo totus æqualis. Et similiter aliquando vtitur exordio ipse sermo deliberatiuus ex laude vel vituperio. Et similiter exordia, quę sunt consultiuarum, sunt etiam pars ipsarum consultiuarum: sicut quando homo vellet intueri hominum honores, incipere, & dicere, q̄ expediens sit honorare bonos. quando autem vellet speculari vituperationem vtlium hominum, inciperet promulgans, et dicens, q̄ non expediat laudari homines, qui penitus non sunt efficaces. quia non educitur ab eis aliqua res bona, quare de eis appareat aliquod bonū, et aliqua virtus. Et similiter in cōtentiosis fiunt exordia illius speciei sermonis, quę inclinare faceret aurem audientium, nō aduersarij. Indiget autem homo exordijs, quādo sermo est multus. vel quia res de qua est sermo sit miranda: vel quia sit difficilis: vel propter cautelā à peccato aliquo, quod in illa esset. sicut est sermo, qui fit ad gratificationem indultus. & hoc, sicut esset sermo dicentis in initio orationis indultus nūc relinquitur, quod fuerat, & omnia fiunt cassa. Et vniuersalius sermonum exordia vel fiunt in consultiua, & fiunt itaq̄ ex laude & vituperio: vel in consultiua, & ex obmissione & non obmissione: vel in cōtentiosa, & fit itaq̄ ex accusatione, ad quam audiens porrigeret aures. Expedit autem, q̄ exordia sermonū sint insolita vel solita. vbi ut est, ut puto, q̄ illud de quo oritur oratio, sit exemplum notæ conuenientię rei, de qua est sermo: vel exemplum famosum, sicut ordiuntur orationes, quibus datur consilium sumendo secundum comparationem sumptionem rei confidenter & solerter decenti consideratione. Et exordia expedit etiam, q̄ fiant in sermone contentioso, quia in eis reperitur opus, quod agerent exordia historiarū, & poematum. Nam exordium vniuersaliter est quędam initiatio sermonis intenti, qua intenditur q̄ audientes præcognoscant de quo loqui turus est sermocinans, & q̄ nō suspēdatur cogitatio super locutionis in cognoscendo rem de qua loquatur. sicut accidit ei locutione confusa indeterminata, quæ fertur. & ideo sermo, qui est talis denominationis, hoc est, cui non est initium, non significat illud, sicut sermo qui succedit suis initijs, habens intuitionem constructam de eo. Nec agūt hoc solum oratores, sed etiam ipsi poetæ, & qui vtūtur laudatione, & qui sunt altarum specierum poetarum.

Opus autem proprium exordiorum, quod eis inest necessario, & est eorum finis & perfectio, est q̄ innuat rem, de qua est loquēdum, quæcunq̄ fuerit, adeo q̄ sit audientibus quędam notitia de illa re. Quando autem res ita fuerit, id, de quo est paucus sermo, non indiget exordio. Aliquando autem præponuntur sermonis de aliqua re quidam modi ingeniorum, quos diximus in præmissis, qui sunt propriī nō vniuersales. Illorum autem modi ingeniorum, quidam sunt qui sumuntur ex ipso loquente, & quidam ex audiente, & quidam ex re de qua fit sermo, & quidam ex aduersario. Illi quidem, qui fiunt ex loquente et eius aduersario, in accusatione quidem est laus & magnificatio sui ipsius, & depressio sui aduersarij. Loquens autem & respondens in exordijs sermonis talis dispositionis non sunt vnum. nam respondens expedit q̄ incipiat respondere per abnegationem accusatori. accusatori vero expedit q̄ incipiat in initio locutionis ab accusatione. quia tam accusator impediuit respondentem ab innuitione in initio sui ser-

mo-

monis de ipsa intentione: & ideo non indiget exordio locutionis. Et vniuersalius expediens respondenti est, q̄ festinet auferre à se accusationem, & remoueat omnia impedientia, & non negligat hoc, & illas res, quæ sunt astutię, et directiones suorum iudicum postponāt vsq̄ ad vltimum suorum verborum. Accusatoris vero quærela expedit, q̄ fiat in sermonis initio: hoc est vsus exordij, vt audientes magis reminiscantur ipsius rei. Ingenia vero, ex quibus debet incipere ex his, quę sunt versus audiētem, sunt inductio miserationis eius, & sui amicitiæ, & iræ in suum aduersarium: & hoc cōstituat ei, q̄ sit inter eos affinitas, vel q̄ inter eos sit dependentia alicuius habitudinis, vel econtra. Et hoc, qa non confert vbiq̄ constitutio affinitatis, et communitatis genealogiæ: immo aliquando hinc fieret derisio & delusio. sicut si hoc argumētaretur, quādo esset ignotum, quod argumētaretur. Id autem, quod largiretur directionem audientium, est illorum societas, & suus luxus. Et hoc, quia societas & luxus sunt ex his, de quibus recipitur vtilitas apud omnem nobilem virum & diuinum principem. Expedit autem illi, qui vellet constituere, q̄ sit bonus & laudandus, q̄ intendat coram illis, inter quos & ipsum est affinitas, vel consanguinitas. Et similiter corā hominibus, apud quos ipse esset acceptus, vel vsu iocundus. Si autem ipse non sit apud illos vllus horum, expedit ne se impediat in rebus, quę exterius sunt. Et si sit respondens, constituat, q̄ res, de qua ille conquestus esset de illo, sit vtilis non noxia. Si autem sit accusans, declaret q̄ sit noxia & abominanda excessiue. Omnes autem hæ res sunt extra rem, de qua fit sermo, quę omnes vertūt versus audientes: hoc est extrinsecæ astutię, et exordia. & ideo quando oportet loquētem vti exordio ad sermonē, expedit q̄ exordium sit secūdum mensuram sermonis: quoniam exordium debet esse sermonis, sicut caput est corporis. Oratorum vero constitutio consanguinitatis est communis cunctis partibus oratorij sermonis. Hoc autem fit, quandocunq̄ audientes noscunt ipsam consanguinitatem, & non dubitant ea. Ea autem, ex quibus expedit q̄ sit opus ad vtilpensionem, est, q̄ vtatur exordio per res difficiles ipsis animis auditu abhorrēdas: & eo magis, quando audiētes experirentur, vel meminissent illius, quod huiusmodi esset, sicut est sermo dicentis: Enreferam vobis quandam historiam, qualem nunquam audiuistis ita extraneam, vel excessiuam vltra modū. Et huius speciei, cuius meminit, fiunt plura initia poematum Arabum, suarumq̄ orationum. Illæ vero harum rerum, quæ fiunt versus audientes sunt notæ. & illæ quæ fiunt versus rem ipsam, est manifestum patens ex his rebus. Illi autem, qui frequētant exordia & astutias versus audientem agerent hoc, quando ad eos verteretur sermo, & minueretur persuasio, aut propter eorum ignorantiam, vel propter eorum defectum virtutis, vel propter ambas res simul. & ideo mali, de quibus extimatur malitia, agunt hoc: quia semper sua directio & series rerum, de quibus loquuntur, deuiant à recto. Et hinc est q̄ serui non loquantur de aliqua re, quā interrogantur: sed loquuntur de rebus, quæ sunt extra rem, quam interrogantur. Vnde vero contingat animorum audientium attractio, & eorū societas, vel fiat astutia ad suorum animorum attractionem, & suæ societatis acquisitionem de his & aliīs affectibus conferentibus audiētibus, & quo modo fiat huius operis bonum, iam declaratum est hoc in secundo libro huius libri. Oportet autem hominē in rebus, quibus aliquis laudatur, procurare vt audiens comprehendat rem illam, quam intendit constituere, & obuiet ipsam facere suæ cogitationi. et cum hoc, expedit q̄ laudet hominē, vel in sua præsentia, hoc est in sua ciuitate, vel coram suo genere, vel coram his, qui ei sunt connexi: quia illi magis festinarent ad suscipiendum suam laudem. quia sicut Socrates ait, non est difficile Athenienses laudare coram Athenīensibus: sed difficile esset eos laudare coram Lucanis, hoc est suis inimicis.

De exordijs consultuis

Sermo autem consultiuus similis est sermoni contentioso: quoniam vt plurimum homo non indiget in eo sermonis exordijs, et vsu exordiorum: quoniam audiētes nouerant iam rem, de qua est sermo, nisi indigeret sermonis exordio propter se ipsum, vel propter considerantes ipsum sermonem, quando noscerent rem, de qua fit sermo: nisi per suam imaginationem vellet, q̄ res inde prouenientes non sit ei propria: neq̄ minor vniuersalior & præstantior, vel q̄ sit huius contrarium, hoc est, vtilis & parua. Id aūt, quo necessario indigetur in lite, est oratio cōstitutionis accusationis, et inducto rationationis ad illam, ac eius pertificatio et magnificatio. Expedit autem, q̄ speculemur res, quæ in orationibus rhetoricis ponuntur ad modum ornamēti & fuci, et hoc sicut fit in rebus fictis, de quibus putatur q̄ sint cuiusdam dispositionis, cùm non sint ita secūdum veritatem. Hoc autem fit in laude: & fit similiter in defensione ab accusatione. ad accusationem autem aduenit persuasio, quādo homo constitueret de illis, de quibus conqueritur malam opinionem vel malum regimen. Ille autem, in quem est accusatio, oportet q̄ constituat q̄ non sit differentia, siue induxeris illam accusationem, siue non conduxeris illam. & hic est vnus locorum, quibus respondere habet ille, in quem est accusatio. Et quādo non concederent q̄ res fuerit vituperiq̄ aduersarij simul, tūc esset lis inter eos: vel q̄ res nō fuerit, vel q̄ ipsa fuerit, sed non noxia neq̄ iniqua: vel q̄ opus non fuerit secundum hanc dispositionem, quam dixerat accusans: vel q̄ non fuerit illius mēturę, quam prædixerat: vel q̄ non fit vehemens, vel q̄ non sit turpe, aut q̄ eius non sit culpa. Circa hæc itaq̄, & consimilia fit lis, & contentio inter litigantes & contendentes. & ex his locis fit defensio. Primo q̄ concedat q̄ nocuerit: sed non intenderit illud, neq̄ vacaret ad illud, sed intenderat pulchrum, vel vtile, non aliud. Alter vero locus est, q̄ concedat, q̄ nocuerit: sed vi non mente sit abita, & electione, et sponte. Alius autem locus est, q̄ insinuat, q̄ accusans tā ante meminerit turpitudinis accusationis hominis non extimandi, vel q̄ ille esset notorius in accusatione, et reminiscēria turpitudinis. Et vniuersalior huic locus est, q̄ respondens declaret q̄ non sit confidendum in accusatore, & quòd illius sermo de eo non sit verus. Alius autem locus est, qui sumitur ex ratiocinatione varietatis interioris ab exteriori propter aliquam virtutem, quam conduceret per actum exteriorem, qui fit q̄ ratiocinetur, q̄ in illo actu non conueniret interius cū exteriori: & q̄ ipse vacabat alicui virtuti, quam hoc cōduceret, sicut q̄ mendacio iuratus esset, & ratiocinaretur q̄ in hoc suum exterius non conueniebat suo interiori: & q̄ per hoc ipse vacabat superiori intentioni. Quintus autem locus est, q̄ ratiocinetur q̄ illius operis sit aliquod intentum vel iudicium, vel aliquid aliud q̄ putauerit accusator. et hoc, quando describeret, quo pacto contigerit ille actus. Alius autem locus est, q̄ pudeat eum rei, quam dixerat accusator: qui fit q̄ parum laudet, & multum vituperet. quoniam accusatio, quando contingeret, nō est vacua ab angustijs, uel retet ai multas utrutes de illo, postea uero ipsum vituperet ex parte suorum vitiorum. Et sic agūt uiri superantes, & malarum cogitationum & uertutum: nam illi intenderent nocere bonis uiris, quando eos denominant secundum ambas res simul: hoc est, secundū bonum & secundum malum: quia possibile est q̄ malum contingat ex bonis viris. Si aūt solo malo eis denominarent:

Que ponant in orationibus admodū ornamēti, & fuci.

minarent: hoc nõ putaretur de illis. Locus autem sumptus ex eo q̃ homo vacet operi, est communis illi quẽ pudet, & illi qui defenditur simul, quia cõtingit q̃ vna res fiat varias propter causas: & ille quem pudet, ponere suam mentem ad malum, ille autem, qui defenditur, stabilit suam mentem ad bonum. Narratio vero est partis inhibitionis. Et expediens est, cùm narratio sit verificatio quædam, ad quam homines conuerterentur propter velocem sui casum, ante verificationem perfectam, q̃ non ducatur secundum ordinem & compositionem, quæ fit in orationibus verificatiuis, sed duceretur simplex sine ordine. Expedit autem q̃ declaremus esse operum, ex quibus fiũt significationes rerum, de quibus intenditur constitutio. Horũ autem operum, quædam sunt, quę constituant per res extrinsecas: & quædam sunt via artificiali: & quædam sunt, quæ oratione constituant. Quia autem constitutiones differunt, quædam earum sunt implicitæ, procedentes per implicitatem rei secundum plures gradus, qui misunt laudato, vel q̃ res quæ est insit, sit quidam dlorũ, vel q̃ quæ est insit sit quidam numerus illorũ, vel q̃ quæ est insit sit omnis res illorum: ideo decet q̃ narratio harum rerum non fiat secundum ordinem: quoniã constitutio, quę sit secundum ordinem, est difficilis cõseruationis memoratu: sed expedit q̃ harum narratio fiat absq̃ vniuersali ordine. Quando vero fit ex quoddam attributo, fit separata secundum vnum gradum: sicut q̃ sit sortis, vel sapiens, vel expertus scriba. constitutio itaq; talium est simplex. Primavero erat implicita et nõ simplex, ac si diceretur q̃ narratio laudis simplex non differt in constitutione secundum priuationẽ compositionis & ordinis: sed differt per hanc in constitutione compositæ, cùm narrationis moris sit q̃ proue mat simplex non composita: hoc est, q̃ sit significatio simplex breuis non composita neq̃ ordinata: siue constricto sit ex his, quæ indigent compositione & ordine, siue non indigeat. Nec conuenit tradere rationem de rebus notis. Et ideo in laude plurium hominum non indigetur narratione: & illi sunt viri, quorum excellẽtia est communiter nota. Id autem, quod ignotum esset apud audiẽtes, esset suarum dignitatum distinctio. quoniam narratio confirmaret de eis rem certam: in talibus autẽ nõ oportet impediri per actionem narrationis vniuersalis ante constitutionem distinctuam. vt si quidã vir vellet laudare Abubechir & Socratem, non indigeret ad eos laudandum, declarare q̃ ipsi sint excellentes, antequam incipiat constituere suas dignitates distincte: nisi iudex & audiẽs esset ignari ipsius laudati, hoc est, extraneis: qa talibus indigeretur vsu narrationis. Quoniam autem laus est quædam res constructa ex dignitatis excellsu, expedit q̃ laus fiat de rebus exterioribꝰ, quæ non sunt arbitrariæ secũdum modum verificationis, quæ accidit per operationes: quia laus fit per operationes: vsus autem rerum, quæ exterius sunt, fiunt secundum modum remotum ad laudem prouenientem per operationes. sicut esset sermo dicentis post constitutionem dignitatum quòd iure sit talis: quia expedit quod ex bonis prouenant bona: & quòd qui tali educatione sit educatus, ille sit talis dispositionis. Aliquando autem aliquis homo laudatur, & si nulla eius operatio referatur. & hoc, quando tam intellectus esset casus verificationis, q̃ ille esset felix, vel hilaris, vel studiosus. Hæc autem laus per operationes fit, vt per illas sumatur indicium a dignitatem. et dignitatis laus est, vt per eam sumatur iudicium ad felicitatẽ, et gaudium: quia proportio operationum ad dignitate est proportio dignitatis ad felicitatem. aliquando autem sunt quę dam loca communia laudi & consilio simul: & conuertuntur ad alteram duarum specierum pauca varietate, quæ fit in eis. & hoc, quia id, quod expedit hominem facere, est id quo est laudãdus, quando illud operatur: & qui nouerit quod est dignum fieri, nouerit quod sit id, quod dignum sit, vt eo laudetur. Quãdo autem hoc ita fuerit, ille haberet vim ad ambas operatiões simul, hoc est ad laudem & consilium. Et hoc, quia res, quando conducitur secundum modum consilij & sollicitationis, quando pauca mutatione variatur & commutatur redditur laus. exempli causa, quãdo quispiam diceret q̃ non expediat q̃ laudetur: quia res nobiles excellẽtes sint illæ, ad quas homo peruenit per felix fidus & eufortunium. sed q̃ res excellentes sint, quæ prouenium diligentia & solertia & bono iudicio, quia quando dicitur sic, fit oratio consultiua. Quando autem permutatur, & dicitur q̃ talis peruenisset ad res excellentes sua diligentia & eius solertia, non sua fortuna, esset laus. & res, qua fit consiliũ i his rebus, est qua fit laus. & aliquãdo oratio est composita ex laude & consilio. Et hoc, quãdo orator permutatur ab vna illarum duarum in alterutram, vt si diceretur, Tu peruenisti ad res excellentes tua solertia & sollicitudine: nõ es tibi auxiliatus his quę eufortunio & felici fidere fiunt. Et expedit, q̃ narratio sit facilis non longa, sed sit modo quo illico concipiatur secundum significatum, quo intenditur q̃ concipiatur: & hoc vel fallacia orationis, vel submisse aut mediocriter: sicut conuenit singulis locis. & similiter expedit q̃ exordium sermonis non constituatur longum, nec in eo referantur verificationes. quia sic fieret, sermo non esset ornatus. & similiter oportet etiam, q̃ non sit breue: sed sit æqualit modo directum. & hoc, quando in eo referretur res, ad cuius inuentionem illud fuerat constitutum ex damno vel iniquitate, vel alĩs, ex quibus fit oratio. Præterea orator aduertat q̃ sermo sit secundum modum illarum rerũ, de quibus est sermo, & secundum suam mensuram non differens ab illis, neq̃ maior neq̃ minor eis. Et ex conferẽ tibus homini in narratione sunt orationes, quæ significant suam dignitatem: vt huius sermo magis largiatur perfusionem, & q̃ ex his vtatur ea, cuius casus sit iocũdior iudicibus. Respõdens vero expedit, q̃ minuat narrationem, quando his esset q̃ res, quam argumenta tur præponens, non contigerit vel non fuisset noxta, vel non fuisset in ea iniquitas, quando non esset secundum dispositionem cuius memmerat. & hoc, quia non conuenit respondenti, q̃ contẽdat cum suo aduersario circa id, quod in ipsum argumentatus esset: nisi sit in illo et vtilitas quædã. & hoc, sicut q̃ concederet q̃ ipse egerit illud, sed q̃ opus non fit iniquum. veruntamen expedit respondenti q̃ neget opera, quæ quando non essent acta, nõ annecteretur ei pœna, vel esset causa, vel expediret ad indultum. Et expedit, q̃ narratio fit contracta: hoc est vsitata nota, non negata. & hoc fit, quando proponens permisceret secum orationes, quæ promouerent hominem ad bonum morem, & sollicitant ipsum ad bonum opus, quæ sunt orationes morales. Fiunt autem orationes morales ex rebus voluntarijs practicis, non ex rebus theoricis: quia mores sunt principia operum, quę sunt versus finem aliquem non principia opinionum. & ideo non vtimur orationibus moralibus i rebus mathematicis, neq̃ his huiusmodi quibus vtuñ Socratici. Orationes aũt morales sunt, q̃ cõponũtur ex annexis moribus, hoc est, quę quãdo sunt, reperiuntur illi mores. & ideo aliquando contendens vtitur talibus ad significandum morem sui aduersarij: vt si diceret q̃ ille sit præceps & instabilis: cuius signũ est, quia ipse loquitur ambulãs: quia hoc significat motus velocitatem, & parum mentis maturitatem, quod est contrarium orationis dicentis: talis certe loquitur considerate & arburio: quia semper præeligit præstantius,

De Narratione.

De quantitate orationis.

tius, vel apud virum prudentem, aut apud virum bonum. & hoc, quia prudens eligit vtile, & bonus eligit honestum. Quando autem nõ occurrit verificatio rei, expedit inducere causam inferentẽ illam rem. vt quando dicti, talis est sicut talis, quæ diligebat suos fratres plusq̃ amabat eius virum suosq̃ filios: quia posset acquirere tales, quales sunt hi, si deficerent: sed fratres nõ acquirũtur, si deficiant. Expedit autem si sermocinans vtatur nutibus faciei, & inducat ad verificationem ea quę deforis sunt, q̃ constituatur, et dicatur ei, q̃ hoc sit opus eius, cui non conueniat sermo: & opus illius, qui est magis bestia, q̃ sint bestiæ naturaliter. Et expedit, q̃ narrãs permisceat suis narrationibus aliquas orationes affectuum, quę essent consequentes & conuenientes: & illæ sunt, quæ componuntur ex rebus, quæ eis insunt, vel sibi annexis: quia hæ res sunt apud eos notę vsitatę, hoc est, q̃ hæ res sint, quę inferãt amicitiam et cõmiserationem illi cui insunt. sicut si diceretur, q̃ hic sit ipsemet intellectus, & res addita ipsi intellectui. & sicut diceretur de aliquo, q̃ in quocunq̃ imponit eius manus, sit excellens, hoc est, pro vt puto ex aptitudine rerum ad ipsam, & eam esse promptam ad illas. & hoc sæpe reperitur i poematibus Homeri, hoc est, tales orationes afficientes, quæ inferunt rei extraneitatẽ & eius admirationem: quod frequẽter inuenitur poematibus Arabum, & suis orationibus. Et aliquando est aliqua operationum, quę infert affectum, & illę sunt operationes, quę prouenium ex aliquibus hominibus, qui sunt secundum dispositiones inferentes inclinationẽ ad eas, sicut agunt qui amouent lachrimas, in eorũ oculis suis manibus: quia homines commisei ãtur illorum, qui apparent talis dispositionis, & inclinãtur ad illos. Et ideo contendens, quando est huius dispositionis, fallit iudicem. Et tam contendens significaret receptionem vtilitatis per hunc affectum, quia hæc dispositio adiuuat eum cum delectio quod ille confitetur, tanto magis, qñ illud negaret. Sæpe autem sermocinans indiget onere vsus narrationis illius, quod futurum est, & aliquando non indiget hoc. Sermo vero consultiuus non continet aliquam narrationem omnino: quia non conuenit narratio illi, quod futurum est: sed narratio est illius, quod iam fuit vel est præsens: sed reminiscuntur rerum præteritarum in consilio secundum modum demonstrationis: hoc est, q̃ per eas declaremus esse rerum futurarũ. & ideo quanto magis consulens cognoscit res præteritas occurrẽtes, tanto dignior est ad bonum consilium illius, quod posterius erit. Dispositio vero laudis & vituperij est ecõuersio huius: hoc est, q̃ in eis reminiscitur rerum præteritarum & præsentium secundum modum narrationis. in consilio autem non est narratio, nisi orator ex consilio transfereretur in laudem. quãdo autem res, quam enunciat fuerit ex his, quæ non verificantur suo casu, et expedit q̃ inducat causam rei, cuius casum enunciat: deinde postea loqueretur de consequentibus illũ casum. Verificationes vero expedit q̃ sint orationes constitutiuæ: quia constitutio est res propria verificationibus secundum omnes species sermonis oratorij. Res autem, quibus fit contentio in lite, quarũ oportet inducere verificationem, sunt quorundam modorum. Quorum vnus est, q̃ loquatur nõ præsentialiter. et hoc est, quando non comparet aduersarius eo existẽte: hoc est, q̃ ei oppugnet. & ideo quod expedit accusatori est, q̃ inducat ad esse illius rei demonstrationem, hoc est exemplum. Secundus autem modus est, q̃ res sit noxta vel innocens. & hoc quando aduersarius confiteretur, q̃ illa tam fuerit, sed abneget et illam esse noxtam. Tertius est, quòd illa sit iusta vel iniusta. & hoc, quando confiteretur q̃ sit, & q̃ noceat, & abneget ipsam esse iniquitatis. Quartus autem est, q̃ contendens confiteatur q̃ illa sit noxia & iniusta, sed argumentetur, q̃ contendens tuitet ei causa quatenus præcellerit sua iniquitas. sicut qui confiteretur q̃ ipse iratus esset in aliquem virum, sed responderet q̃ ipse hoc egisset propter iram præcedentem ab illo in eum, ipse autem hoc fecit, vt vindicaretur ab illo. hoc autem quasi redit ad ratiocinationem ipsius iustitiæ. Quando autem contendens confiteretur q̃ illarum sit ei damnum, sed q̃ eius aduersarius tuitet causa illius, manifestum est, q̃ tunc his esset, an eius aduersarius iuuet causa necne. & quando his fieret in illo, an liceat illi, qui affectus est iniuria, q̃ ipse afficiat iniuria secundum eam mensurã, qua ipse est iniuria affectus, absq̃ q̃ offeat hoc iudici: sicut est disceptatio de hoc apud iudices gentium Maurorum. Talis autem his confert accusatori, & nocet respondenti: hoc est, quando respondens contetus est, q̃ ipse esset iniurius: & iniuriatus esset, q̃ illius causa esset eius aduersarius. Alij vero modi & præcipue q̃ res non fuerit, magis conferunt respondenti q̃ accusatori. inhibitiuis vero plurimum vtilitatis recipitur de illis, & vsu similis, & orattone comparatiua: hoc est, ad declarationem ipsius esse illarum operationum. quando vero illę operationes sunt pulchræ, vel vtiles, sumptio significationis ad hoc est ex ipsismet rebus. et saltem iuuatur ratio ad hoc per exemplum, quod Artifex vocat demonstrationem huius artis. vt plurimum autem indigent vt exẽplo, qñ res essent non verificatę sim esse, vel ibi esset causa impediens verificationem sui esse. In oratione vero constitutiua sit constitutio, sed declaratur q̃ res nõ erit, vel q̃ erit in futuro, vel q̃ si illa fuisset: nõ esset turis, vel non esset ex illis, ex quibus non sumeretur vtilitas, vel q̃ nõ sit digna vt sit talis dispositionis. Et expedit considerare mendacium loquentis in confutuis, & illius vsus rerum quæ sunt extra res, magis q̃ sunt reliquarum specierum. Signis autem licet sint falsa secundum partem, vt dictum est, ipsis vtitur hæc pars Rhetoricæ, sicut eis vtuntur reliquæ partes. Exempla autem sunt magis propria cõsiliorum, & priora in illis. Enthymemata vero sunt magis propria contẽtionum. nam consilium fit per rem optatam. & ideo oportet q̃ ad illam inducatur demõstratio ex his, quæ iam fuerunt, illud autem est exemplum. Eis vero fit, q̃ res sit eius. & ideo cõstitutio in ea fit ex rebus necessarijs, quę interunt illam rem. quia illius quod iam fuit cõnexum, est necessarium secundum esse. hoc est, eius in actu, non possibile esse. Rerum vero futurarũ connexa sunt possibilia esse. & ideo exempla sunt in eis magis propria q̃ enthymemata. Non expedit autem inducere præmissas enthymematum, secundum ordinem artificialem, sed expedit eas ad tenuem permiscere. & si non, tũc impedirent se mutuum. Et autem introducere secundi ordinem artificialẽ, qui est ordo, qui putatur q̃ sit syllogisticus: hoc est, plusq̃ alia, sicq̃ nõ est inuentu, q̃ hoc fiat in omnibus enthymematibus, sicut faciebant quidam viri Philosophi. Quando autem vel es facere erationem afficientem, non facias ex ea enthymemata, qa si ita faceres, vel propelleres ipsam affectum, quam facere intenderas, vel enthymema esset frustra: quia tu poneres partem offendendam alteri parti, quando autem aggregarentur simul vna earum corrumperet alteram, vel ipsam remitteret. et similiter etiam, quando introduceres sermonem moralem, non conuenit q̃ introduceas enthymemata & cõstitutionem cum illo. quia non est constitutionis, q̃ afficiat audiẽtem vel mouet, sicut ipsum adhærent orationes morales, sed expedit q̃ in orationibus moralibus fiãt orationes efficaces, & in narratione orattones verificatiuę. Exemplum autem orationum moralium est termo dicentis, tu cognoscis hos, & non conuenit q̃ eos instituas, seu

Sermonẽs cõfutatiuum nõ conuenit alij quam narrationem.

De Verificatione.

liberes.

liberes. Exemplum autem afficientium est sermo dicē tis, hi sunt iniurati, & non sunt angustiandi. Verificatiuæ vero fiunt, qua hoc est iurtis, & hoc vtile. vt plurimum autem consilium est debilius q̄ lis: quia consiliū est futuri, & lis præteriti. illud autem, quod est præteritum, est notius q̄ id quod est futurum. & ideo vaticinium præteriti est facilius q̄ futuri: sicut aliquis dixit de quodam, q̄ ille esset vates præteriti, & non esset vates futuri, hinc est, vt puto, suus defectus.

Oratio autem exemplaris est rerum nimium manifesti iudicij. & facilis est inuentio demonstrationis de re per ipsam, & illius verificatio. & non est in ea disceptatio magna plusq̄ de ipsa re: sicut q̄ aduersarius consequantur illius vilipensionem, vel suus animus conqueretur eius excellentiam vel constitutionem iudicis in affectum: nisi sermocinator deuiaret, seu declinaret à via per illud: hoc est, q̄ hac de causa magis proprium est consilij. Expedit autem dubitanti circa propositiones sumptas à lege, q̄ faciat de illis, quod faciebat Socrates cum oratoribus Athienſium, qui quadā pauca deturpatione deturpabat illas, propositiones: hoc est, vt puto quando vtebatur opinione. nam vsus opinionis est deturpatio orationis. In inhibitionibus vero expedit, q̄ vtatur laude sermonis constituti: sicut agebat Socrates in suis laudatibus orationibus. ipse enim introducebat in suam constitutionem initium sermonis. Sermo autem constitutiuus, quando eo fit laus, est conditutiuus moralis simul. & si non fuerit ibi oratio moralis, sicut est sermo illius, qui post̄q̄ tulerit ipsam cōstitutionem, dicit q̄ sermonem iustificatum verum non intelligāt nisi illi, qui sunt excellētes, excessiue boni. Probantes itaq; sunt efficaciores, q̄ constitutiuę. Intendo autem per probantes, illas quæ sunt secundum oppositum modum propositionum quas cōsitetur aduersarius: per constitutiuas autem ipsa enthymemata, quę sermocinator ferre ad confutandum orationem ipsius aduersarij ex se. Probantes vero sunt efficaciores: quia notum est q̄ ipsæ probantes superāt alias orationes per rem, qua sunt orationes syllogisticæ: hoc est, quia illæ sunt magis syllogisticæ, q̄ aliæ: quia illæ constituuntur ex præmissis oppositis, vel ex illis, quæ sunt suæ potestatis. contrariæ autem, quando ad se mutuo componuntur, magis expedit q̄ pateſiat earum mendacium. Sermo autem cuius obiecta sunt versus aduersarium, non ne ex alia specie, q̄ ex orationibus verificatiuis. Quarum quædam est, cuius oppositio est secundum dictum aduersarij: & illi sunt syllogismi qui fiunt ex præmissis oppositis, vel ex illis quarumuis est vis oppositarum, et rerum ad probationes. Et quędā sunt, quæ fiunt ex ipsamet re, & illi sunt syllogismi rectu, seu ostentiui categorici. Expedit autem in consilio & contentione simul, quando loquens incipit sermonem, q̄ primo memineris verificationum, quę constituant tuā orationem: deinde post hæc intendat destruere oppositā, quæ aduersarij tuę orationi. & hoc, quando ea, quæ et aduersantur, fuerint pauca, vel paucæ persuasionis. Si vero essent plura vel fortis persuasionis, tunc expediens esset, q̄ præassumat & destruat illas orationes. Et quando conduxerit putare illarum impossibilitatem, potest introducat constitutiones, quę verificēt suam orationem. Et vniuersalius expedit loquēti, qui vult loqui contra sermone illius, quo loquutus sit alius, q̄ suo animo corrigat orationem illius, & repellat suum sermonem. et eo magis, quādo sermo, quo loquutus fuerit ille alius, esset efficax, hoc est largiens persuasionem. hoc autem variis modis, vt si diceret eius aduersario, tu me nimis eloquio, & vales ad illud, & constituis omnem intentionem, quam constituere vis: et de omni re largiris persuasionem, q̄ ipsa sit necessaria, & q̄ sit excellēs, & q̄ sit vtilis, vt credatur maiorem partem tuæ orationis esse veram & iustificatam, & si non sit iustificata apud omnes, & apud ipsam veritatem. Et aliquando per hoc fit vehementissimum vituperiū sermonis, & vituperium loquentis: sicut quando ei diceretur tuum eloquium est vehemens dolus, & vanitatum vanitas: sicut verba hominis, cui non est stabilitas. Talis autem locus, cuius meminit, redit in vituperium eloquij aduersarij, vel ex parte latētis, vel ex parte manifesti. Vituperium autem ipsiusmet aduersarij, aut eius eloquij est oppositum laudis secum-loquentis sui eloquij. Meminimus autem harum rerū hic per modum directionis: & si non iam præcessit sermo de illis. Expedit autem aliquando q̄ corroboremus enthymemata p orationes morales, sicut diceret orator, quādo consulerit de pace & rerum reconciliatione, q̄ expediat prudentibus stabilire suam mentem ad pacem & reconciliationem. & vniuersalius oportet oratorem in se suscipere onus, quæ enthymemata sint fortissima illorum, quæ possibile est inesse illi rei de qua loquatur. quia quotiēs enthymemata, quæ introduceret orator, essent efficaciora, ille dignior est, vt suā oratio suscipiatur: & q̄ magis pateat, q̄ sermo sui aduersarij: sicut q̄ enthymemata, quæ ipse introduceret ad acceptationē pacis, sint fortiora q̄ enthymemata, quæ suus aduersarius introduceret ad repulsionem pacis, & consilium ad bellum.

Caput Vltimum. De *Præceptis interrogationum rhetoricarum.*

INterrogatio vero, q̄ expedit q̄ fiat in huius artis ribus locis. Quorum vnus est, quando interrogator scit, q̄ siue ipse respōdens respondeat ad illam, siue non sequatur illum vna eadem res, quam loquens intenderat inferre. sicut quādo interrogaret: Nō ne acceptus es prope interfectum habens gladium in latere: qui si dixisset sic, diceretur, ergo tu illum interfecisti. si autem dixisset non, diceretur, tu eum interfecisti, ideo fugisti. Secundus autem locus est, quando scit q̄ si non responderet ad rem, de qua illum interrogaret, tam dixisset absurdum. sicut est sermo dicentis: Non ne scitisti q̄ tributum sit iniquum, quia si ille dixerit nō, esset absurdum. si autem dixerit sic, diceretur et: tu autem tollis tributum: tu itaq; es iniquus. Tertius autem locus est, quādo proposito, quam eum interrogat, sit patentis veritatis: id autem, quod ex ea sequitur, non sit patens apud respondentem, quia in tali loco oportet interrogantem, q̄ contēterur vnica propositione solum, & non interroget secundam præmissam. sicut quando quispiam interrogaret quēdam Romanum: Nō ne patres & filij sunt vnius generis: & quādo respondens diceret sic: diceretur his, si ergo nō est ita, certe possibile esset, q̄ hæc præmissa lateat propter suam euidentiam & distantiam sui consequentis: & ipsa est latens vt plurimum: hoc est in initio opinionis respondentis ad hāc interrogationem. Quartus autem locus est, quando interrogator scit, q̄ si ille responderet ecōuerso illius, qđ ipsum interrogaret, posset ei inferre absurdum. differentia autem inter hunc locum & secundū est. quia absurdum ibi est contrarium illius, quod ipsum interrogaret: hic autem interrogator infert illi absurdum per syllogismum. Quintus autem locus est, quando res, de qua est interrogatio, cogeret illum respondere per contradictoria simul. quia ad illum sequeretur probatio, quam faciunt Sophistæ: sicut q̄ cum sequatur per interrogationem respondere de re per sic, & per nō, quādo tunc et proueniret vilipensio & ira, sicut faciunt Sophistę. Sextus autem locus est, q̄ interroget interrogationem continentem plures res. responsio autem ad eā

distinguatur

distinguatur ad respondentem: quia si ille responderet per hanc rem, quā intēdebat interrogator, sequeretur ipsum illa res. Si autem stabiliret suam mentem singillatim illas res destruere, & responderet ad illas per singula responsa, audientes vulgares propter eorum imbecillitatem inferrent, q̄ ille esset perplexus, & q̄ eius responsio sit perplexa: cùm videat q̄ veridicus, quando interrogatur, respondeat vnico responso non pluribus responsis: quoniam hęc esset perplexio, & perturbatio responsi. Respondēti vero expedit in hac arte, q̄ neget consequentiam enthymematum, quando nequiret negare propositiones, quas esset interrogatus. Et quando possibilis fuerit ei negatio, nō neget dictionem ferentem plures significationes, quæ cōmunior est q̄ illa res, cuius est fallacia, neq; magis propria. Expedit autem ei præscire præmissas, quæ efficerent syllogismum de re, quā intenderet eius aduersarius cōstruere, hoc enim esset ex his, quæ facilem redderent illius notitiam, ex rebus quæ dictæ sunt in secūdo Topicorum. quia aut omnes illę res, vel quædā earum conueniunt huic loco, & recipitur ex ipsis vtilitas. Si autem perfectus esset syllogismus de illa, oportet illum asserere q̄ causa conclusionis sit alia à causa, quā dixerat aduersarius. sicut quando ille concluſisset ei, quòd ipse subripuisset suas res, at ipse diceret, verū est quòd eas subripui, sed occasione conseruationis, non occasione ire, seu malo animo. Interroganti autem expedit q̄ non interroget de præmissis remotis, neque de proximis ipsimet conclusioni: sed expedit q̄ interroget de præmissis, quę sunt ad conclusionem secundū mediam dispositionem remotionis & propinquitatis. Quia autem orationibus, quibus fit derisio & delusio, indigeē in litibus, expedit itaq; q̄ ingrediātur orationes, quibus fiunt lites. Et ideo quidam dixit, q̄ expediat, quòd destruas iustificationē per suum contrarium: hoc est, per orationem susurrationis: & susurratio destruatur per suum contrarium: hoc est per iustificationem. hic autem sermo est satis conueniens. Iam autem dictum est in libro Poeticę, quot sint species susurrationis. Ipsius autem susurrationis species quædam est, quę conuenit viro nobili, quæ est susurratio, qua credatur dicere rem legalem, & insinuare vituperationem turpis, immo quod conuenit susurrationi est substantia rei, qua intenderet insinuare vituperationem turpis, & ideo dicitur q̄ locus sus sit hilaris in loco, & patefaciat tibi ea, quę habet in animo. Ille vero, qui innuit vituperationem, fallit te, & te deuiat, & conducit te ad putandum, q̄ ipse loquatur de aliqua re, cùm ille, quasi sagittator sua susurratione vertatur versus aliam rem turpem. Iocus ergo conuenientior est nobili, quia ex se ipso profert veritatem. Innuitio autem vituperationis magis conuenit vili, quia ille quasi sagittator vteretur dolo & odio. Et vniuersalius rerū, ex quibus cōstituitur sermo oratorius, & maior sua pars sunt quatuor res. Quarum vna est, q̄ apud audiētes ex se constituatur verificatio: & ex eius aduersario cōstituatur suspitio. Secūda autem est magnificatio rei, de qua fit sermo, & eius parui ficatio. Et tertio sunt orationes affectiuę & morales. Quarto autem sunt orationes, quę vertuntur versus rem, de qua fit sermo. omnes autem hę res sunt cōmunes omnibus partibus orationis. Nos autem iam loquuti sumus de locis, ex quibus sunt omnes res. Summatim itaq; iam cōpleuimus omnes res, quarum meminisse promisimus in principio huius libri. meminimus itaq; de his rebus in rei initio, vt id de quo fieret sermo, esset notum nō ignotum, sicut est dispositio operis volentium docilem reddere doctrinam: hoc est, q̄ determinent primo intentiones, & res, de quibus vellent loqui. Hic autem in vltimo fecimus de illis mētionem, vt sciatur q̄ iam nos perfecerimus, quod de his promiseramus. & hæc est adeptio conclusionis, quę appropiat loquentem: hoc est, q̄ notificet, q̄ iam perfecerit id, cuius meminisset. quę vero appropriat audientes, est reminiscētia. Comparationes itaq; expedit esse vniuersaliter, modo quo ex eis intelligat res: cuius loco sumpta fuerit ipsa cōparatio, & ex suo contrario eius contrarium. Hoc autem fit, quando illę duę res essent notiores de ipsa comparatione q̄ sint de ipsa re, loco cuius vsum est comparatione: hoc est q̄ ipsa sit notior exemplificato, & eius contrarium sit notius q̄ contrarium exemplificati. quia quando comparatio non sit ita, aut nihil conferret, aut conferret rem, quæ iam stabilita esset: & hoc vel per aliud exemplum, vel quando ipsa esset naturaliter nota. Et similiter est dispositio cognitionis contrarij ipsius rei, hoc est: q̄ quoddam est per se notum, & quoddam est notum per exemplum. Cōclusiones vero orationum expedit q̄ sint separatę ab ipsa oratione, non commixtæ secum, neq; continuæ, sicut exordium: sed conuertantur versus exactum sermonem: sicut esset oratio oratoris consultiuis orationibus: sic est meus sermo, sicq; est mea intentio: aperite oculos: & intuemini: & aures porrigite: & iudicium quod vestra est, vero iudicio iudicate. Hic itaq; completæ sunt res huius tertij libri & declarauimus itaq; id ex eis, cuius intellectio peruenit ad nos: & nostræ cogitationi apparuit esse illius intentum orantes coram Deo, vt gratis nobis præstet spatium ad perfectationem originis suorum dictorum de his rebus præcipue, cùm ad nos nondum peruenerit expositio alicuius viri acceptı ipsorum commentatorum. Sicq; completa est huius libri expositio, tertio mense, 510. anni æræ Maurorum, ad laudem Dei, cui nihil est occultum. Amen.

Paraphrasis Auerrois in libros Rhetoricorum Aristotelis finis.

Epilogus.

FRANCISCI PHILELPHI

PRAEFATIO IN ARISTOTELIS RHETORICAM AD ALEXANDRVM REGEM.

CVm superiore anno Bononiæ docerē, clarissime Pater, q̄ ea in urbe nemini maioribus aut honoribus aut præmijs unquam contigit, cœpere nonnulli & nobiles et magni uiri dare operā Græcis litteris, quippe qui iam animaduertissent, si secus facerent, ne pro dignitate ad Latinū eloquiū enitere tur. Quare cùm Aristotelis p̄cepta illa his Græce legerē, quæ de ciuilibus causis ad Alexādrū Regē cum pro authoris more doctissime, tum, ut semper, disertissime scripta sunt, summis à nobis precibus contenderunt id efficerem, ut ea Latine loquerentur. Censebant enim prudentes uiri, q̄ longe plus et utilitatis & ornamenti ex his Latinis à me factis, q̄m & illi Latine loqui q̄ Græce mallent, q̄ si Græca essent, assequerentur. Non enim eo Græcas litteras tantopere oēs discere studemus, quo his apud Athenienses Byzantios ue utamur, sed ut illarū subsidio atq; ductu Latinā literaturā atq; eloquentiā melius teneamus & lautius. Præterea nescio quo pacto qui minus & diu & multum Græcos codices pertractarint, & sese illis totos dediderit, nusquam incredibilē illū ac prope diuinū lactei Græcorū eloquij leporem atq; dulcedinem neq; apud oratores neque apud poetas neq; apud philosophos percipiunt: quo fit ut nostri ferè omnes, qui aures delenire concupierint, malint initio Græca Latine, q̄ eadē Græce lectitare: ignorantes hi quidem & utilius admodum fore uolētibus Græca discere, ut Græcæ uoces Græcis cōcentus illorū auribus die noctuq; obstrepāt: & quēadmodum grauitate Latinos Græcis, ita nobis suauitate illos & quadā quasi dictionis ambrosia ac nectare mirum in modum antecellere. Id igitur ita familiaribus à me illis efflagitantibus, obstinatissime refragari cœpi: tum quia uidebam rem à nobis peti, cum sua natura difficilē (est enim in arte uerbū sæpius è uerbo exprimendū: quod ne absurde fiat, laboris nōnunquam maximi, interdum autē propter sermonis uel dissimilitudinem uel angustias, uota est) tum quia nō eo me pollere ingenio su'ue intelligerem, qui maiestatē Aristotelicæ dictionis Latinæ interpretationis filo exprimerē. Proinde nolebam aut ineptus apud aliquos, aut temerarius iudicari. Sic igitur pro uiribus parte refragātibus nobis, clarus uir, mihiq; amicissimus, & tui nominis eximius prædicator Albertus, is qui per id temporis Bononiæ quæstorē pro summo Pōtifice gerebat, idē cœpit, q̄ illi antea consuessem, studiosissime à nobis contendere. Qui tametsi pro suo iure omnia apud me posset, eo tñ facilius persuasit, q̄ unā hanc rem fore diceret, quā præcipue gratificari mansuetudini tuæ quirem. Aiebat enim te unum esse, qui pro regia ista & innata tibi animi magnificentia generositateq;, & inaudito quodam splendore, magnitudineq; ingenij, cùm reliquas omneis illustres disciplinas, insigneq; uirtutes maximi penderes, tū basce elegantiores artes in primis. Id mihi uir ille & amicus & grauis persuasit haud difficulter, utpote quē uera loqui nō minus nosse quàm uelle, iam pridē animaduertissem. Quod quidē cum alijs multis rebus de illo expertus sum, tū in ijs laudibus quas de tua felici & augusta illa Bononiēsi legatione diēs noctesq; prædicabat: eas enim ita ponebat ante oculos, ut nihil postea Bononiensiū Reipub. acciderit, quod nō multo antè impēdere uel lapides ipsi præuiderint. Et profectō si tua sequi uestigia, quibus ea res erat in manu, uoluissent, neq; ipsi excidissent, neq; tāta tamq; præclara urbs in tātas calamitates ærūnasq; decidisset. Sed de his aliàs. Cùm hāc igitur traductionē nō ingratā tibi futurā intelligerē, ut amicissimo homini morē gererē, id est ut me ipsum tuo nomini cū Alberto meo dedicarē, oblitus sum nostri, (omnia uincit amor) rē difficillimā, et meis imparē uiribus sūm aggressus. Audētes fortuna iuuat. Potuit Homericus ille Aiax Hectora, quē neq; Vlysses neq; Nestor in prælium prouocantē excepisset, sola audacia et aggredi, et singulari certamine superare. Potuit & Troas idē ab incēsis iā nauibus, fusis Achiuis omnibus, arcere. Potuerimus fortassis etiā nos etsi minus orationis Aristotelicæ nitorē, at ipsa certe sensa Latinis uerbis explicare. Verū ne id unū omiserim, nos à Fabio Quintiliano nōnullis in dictionibus interpretatione discrepasse, idq; non incōsulto factitatū: ut quod ille δ῾ωμᾳγοῤῥινὸν, uerbū è uerbo exprimēs, cōcionale genus, & προκατάληψιν præsumptionē dixerit, nos ufitatiore uocabulo deliberatiuū, & præoccupationē, nō absurdē (ut arbitror) exprimere maluimus. Sic & alia pleraq; inuenire contigerit. Nā quāuis perdoctus ille quidē & acutus uir fuit, ueluti certe est, uoluit tamē in nōnullis uerbis & rebus magis se sui, quàm Ciceronis similem dici. Nos autem & M. Tullij, & Horatij Flacci, et Eusebij, & Hieronymi, qui latinissimi simul & eloquētissimi extiterit, testimonio et authoritate freti, in id maxime studemus, ut quæ à Græcis trāsferimus, nihil aliud quoad eius rei fieri possit, quā latinitatē sapiāt. Proinde ex hoc præsentis operis ad numerū characterā ac figurā pro uiribi parte traduximus. Suscipies igitur præsens hoc quicquid est munusculi magnifice pater: quod, si quidē authorē ipsum tecū reputes Aristotelem, nō te minus è regia prosapia genito magnanimo principe, q̄ Alexādro Macedonū rege dignū existimes. Si uero nostram in te obseruātiā, si nostrā in Albertū & in præclarā omnē Albertorū familiā, dilectionē, amorēq;, cōsideres, & eximiū certe id, in primisq;, deuorū. Cæterū si hisce te rebus delectari intellexero, efficies ut ppediē huic quasi præludio maiora fortassē quæda ualētioraq; certamina subnectā. Interea uero hūc Aristotelē lectitabis, intueberisq; magna ex parte quæ a maioribus nostris de bene dicēdi scientia & tradita uobis & relicta sunt, ab Aristotelico fonte præcepta illa quæq; emanauisse. Qua quidem ex re eo magis eorū impudentia miranda est, qui cùm se Aristotelicos dici uolunt, & loquendo & scribendo absurdissimi simul & infantissimi planè reperiuntur.

ARIST-

ARISTOTELIS RHETORICA AD ALEXANDRVM,

Francisco Philelpho interprete.

ARISTOTELES ALEXANDRO S.

Liber hic, q̄ Aristoteli sit a gerit (vtnō nulli credūt) est a scriptus: et⁹ forte fuit cuiꝰ & liber de Mōdo ad Alexandrū.

CVm tuis literis factus certior, nonnullos sæpe ad nos misisse, qui vt ciuilium causarū præcepta ad te perscriberē, à me peterent. Ego vero haud negligentia quidem vlla in hoc usq; tēpus rem distuli, sed vt quærerem ita diligenter de his ad te scribere, vt alius certe nemo qui hisce in rebus elaborasset, diligentius vnquam scripserit. Hæc igitur recte mihi fuerat sententia. Nam quemadmodum uestium decore atque magnificentia cæteris hominibus præstare maxime studes, ita etiam dicendi inuentionē, ac vim eam vt accipias nitēdum est, quæ pulcherrima sit, apprimeq; præclarissima. Longe enim pulchrius est, ac regale magis, animo esse bene constituto, quàm habitum corporis uestibus ornatum pulchris intueri. Absurdum enim est, eum qui rerum gestarum gloria cæteris antecellat, uidere humillimis quibuspiam in dicendo cedere: præsertim cū non sis nescius eos qui in populari principatu uersentur, res omneis ad populum: qui uero sub vnius imperij ductu constituti sint, ad rationem oratio nemq; referre. Quemadmodum liberas ciuitates communis lex, quæ ad honestissimum aliquem finem ducat, dirigere cōsueuerit, eodem modo & oratio tua queat eos quos imperio tenes, ad id agere quod conducibile sit, et vtile. etenim lex (vt ita dixerim) oratio q̄dā est, q̄ cōi ciuitatis consensu definita iubet quo pacto vnumquodq; agendum sit. Accedit ad rem, quod neq; tibi obscurum existimo, solere nos laudibus eos perinde atque honestos & fortes prosequi, qui & ratione vtuntur, & omnia ea duce agere pergunt: qui vero absq; ratione & oratione quicquam faciunt, tanq; atroces immanesq; odimus. Qua quidem re factum est, vt & malos eorum vitium ostendētes male affecerimus, & bonos eorum virtutem declarantes quasi beatos, admirandos imitandosq; voluerimus. Sicq; & quomodo futuras calamitates euitaremus, bonisq; instātibus frueremur, adinuenimus. Proinde et imminentes difficultates effugimus, et absentes vtilitates comparauimus. Nam veluti vita quę nulli mœrori subiacet, eligēda, ita prudens est oratio diligenda. Neq; id te pretereat oportebit, quòd hominum plurimis alijs quidem lex ipsa, alijs vero tua tum vita, tum oratio exemplo datur. Vt cūctis igitur tum Græcis tum Barbaris antecellas, omni tibi studio annitendum est: quò ijs qui versantur in his exemplis, ita horum imitationem per virtutis elemēta pulchre effingant, vt haud tibi deteriora consulant, sed eius se participes fieri et cupiant & exoptent. Rerum est præterea humanarum augustissimum, consultatione vti. quare nec in superuacaneis vulgaribusq; rebus studium tibi terendum est, sed pro uiribi potius parte elaborandum, vt ipsam belle cōsultandi artem & perdiscas, & teneas. Quis enim sanæ mentis dubitarit, si quis inconsulto quid egerit, amentiæ quidem: sin autem ratione duce, sapientię signum esse? Intueri etiā licet eos omnes qui optima inter Græcos republi. vtuntur, oratione prius q̄ rebus conuenire: itemq; apud eos qui inter Barbaros dignitate præstant, orationē rebus anteire: quippe qui probe norint eam quę ratione oratioq; perspectio utilitatis cognitioq; fit, esse quandam salutis arcem, & eiusmodi certe arcem, quæ non manufacta, verum & inexpugnabilis quidem sit, in primisq; secura opinanda. Sed vereor hac de re pluribus ad te scribere, ne fortassis ostētare meipsum videar, hisce præsertim in rebus quæ probatione non indigent, sed planè patēt & in promptu sunt omnibus. Quamobrem hæc omnia missa faciēs, illa dixerim solum, de quibus in omnem vitā dicendum est, hoc vnum esse quo cæteris animalibus præstamus, præclarum quoddam ab immortali Deo adepti videamur. Nam si quidem & cupiditate & ira & alijs huiuscemodi affectionibus vtūtur etiam reliqua quæq; animalia, oratione autem homo duntaxat: abfūr dum profecto maxime omnium ecdat, si qua vna re bestijs antecellimus, eam bene viuendi ducem præ negligentia reliquerimus. Proinde te iampridem tua spōte incitatum etiam atque etiam hortor, vt dicendi philosophiam omni studio complectare. nam veluti corpus bona valetudine, ita & animus disciplina et traditione q; seruatur. huius eni ductu haudquaquam tibi in rebus gerēdis aberrare contigerit, quin potius omnia (vt ita dicam) quæ tibi iā parta sunt bona, planè tuebere. Quòd si præterea oculis videre, iucundum est: animi luminibus cernere, penitusq; perspicere, admira-

bile certe plurimum. Rursus autem quemadmodum imperator sui est seruator exercitus, ita etiam eloquentia, quæ sapientiæ coniuncta sit, humanæ est vitæ gubernatrix. Sed hæc omnia atq; his similia operæpretium puto vt missa hoc tempore faciamus. Monuisti autem tuis literis, ne quis oino mortaliū hunc librum accipiat: quippe qui non sis nescius, si cuti parentes quos ex se genuerint, magis q̄ ij quibus supposiri sunt, partus amare solent: eodemq; modo ij qui præclarum aliquid ex se inuenerint, maiore ad id studio afficiuntur, q̄ quibus eo vti contigerit. Non secus enim pro inuentis atq; pro liberis emori pericliten tur. enimuero ij quos Parios vocant Sophistæ, quoniam nihil ipsi pro inerti quadam negligentia pariunt, ne diligunt quidem, sed acceptis pecunijs ab se dimittū. Hanc igitur ob rē te vehementer moneo & exhortor, ita hęc dicendi præcepta ſerues, atq; tueare, vt cùm & ipsa adolescunt, nullius opibus violentur, sed honeste tecum decoreq; vna viuant: & cū in adultam ætatem euaserint, immortalē gloriam nanciscantur. Adsumpsimus autem (sicuti nobis Nicanor exposuit) si quid hisce de rebus apud cæteros artis scriptores expolitū elimatumq; inuenimus. Impendes autē operam etiam hisce duobus libris, quorum alter meus est, eas continens artes, quas ad Theodecten scripserā, alter autem est Coracis. Reliqua vero omnia, quæ siue ad ciuilia præcepta siue ad iudicialia pertinent, separatim hoc in libro scripta sunt: quapropter ex hisce ad te commentarijs ad ea consequenda abunde tibi adiumenta suppetent. Vale.

Summa libri.

De tribus Causarum generibus, Probationibus oībus, Elocutione, & Orationis ptibus, tū in uniuersum, tum singillatim in unoquoq; causarum genere.

De genere Deliberatiuo. Cap. I.

RIa sunt genera ciuilium causarum: deliberatiuum, demonstratiuum, iudiciale. Horum autem species sunt septem: suasio, dissuasio: laus, vituperatio: accusatio, defensio: & quæstio aut ipsa secundum sese, aut ad aliud. Species igitur, in quibus omnis versatur oratio, hæ sunt numero. His autem vtimur & in consultatione ciuili, & apud iudices, & circa alicuius certæ personę dictionem: de quibus quidem omnibus ita poterimus apte dicere, si sigillatim vnuscuiusq; speciei vim & vsum & exercitationem numero cōprehenderimus. Et primū qdē de suasionibus est, dissuasiōibusq; dicēdū. ipsarū. n. vsus in demonstratiuo deliberatiuoq; genere locū in primis habet. Vt igitur summatim dixerim, suasio est ad aliquid eligendum aut dicēdum agendum'ue exhortatio. Dissuasio vero, ne quid eligatur aut dicatur agatur'ue, dehortatio. His autē ita definitis, suasor ostēdat oportet hæc ad quæ exhortatur, iusta, & legitima, & vtilia, & honesta, & iucūda, & facilia factu esse. quòd si minus id poterit, demonstrandū erit cùm ad laboriosa & grauia quædam exhortatur, hæc factu & possibilia esse, & quàm necessaria: dissuasor autē ex contrarijs dehortetur oportet, vt neq; iustum, neq; legitimum, neq; vtile, neq; honestum, neque iucundum, neq; factu possibile hoc sit, vel saltem & laboriosissimum id esse, & minime necessarium. Omnes autem actiones harum vtriusq; sunt causarum participes. quare dubitandum non est quin oratio harum alteram cōtineat. Quę igitur suadētes dissuadentesq; desiderare cōueniat, hæc sunt. Definire autem iam aggrediar vnumquodq; horum quid sit: demōstrabiturq; vnde ea nobis in dicendo suppeditemus. Iustum igitur est, hominum plurimorum non scripta cōsuetudo, honesta turpiaq; determinans: id vero est honorare parentes, amicis benefacere, et beneficijs gratiam referre. hæc enim & his similia non iubent scriptæ leges hominibus faciunda, sed consuetudine non scripta, & communi quadam lege legitimum fit. iusta igitur hæc sunt. Lex autem est communis ciuitatis cōsensus, qui scriptis præceperit quomodo vnumquodque agendum sit. Vtile vero est præsentium bonorum conseruatio, aut absentium comparatio, aut malorum instātium propulsatio, aut futurorum incommodorum inhibitio. Hoc autem diuidas oportet, priuatis quidē hominibus in corpus, & animū, & res extrarias. corpori enim est vtile robur, formæ dignitas, bona valetudo. animo vero fortitudo, sapiētia, iustitia. extraria vero sunt amici, pecuniæ, possessiones. his autem contraria inutilia sunt. Ciuitati autem vtilia talia quędam sunt, concordia, vires ad bellum, pecunię, & prouentuum copię, sociorum virtus, atq; multitudo, ac summatim reliqua his similia vtilia esse ducimus: quæ vero his contraria sunt, inutilia. Honesta vero sunt ex quibus splendor aliquis atq; illustris honos in eos qui aliquid gesserint, emanaturus sit. Iucunda aūt, quę afficiunt gaudio. Facilia vero sunt quę breui tempore & minimo labore impensaq; absoluūtur. Possibilia autē, quæcunq;

Suasio & dissuasio quid.

Iustum quid.

Vtile.

Honesta.

Iucunda. Facilia.

Possibilia.

Necessaria.

quæcunq; fieri natura possunt. Necessaria vero, quæ vt fiant, arbitrij nostri non est, sed tanquam ex diuina quadam aut humana necessitate omnino fiunt. Iusta igitur, & legitima, & vtilia, & honesta, & iucūda, & facilia, & possibilia, & necessaria hæc sunt. De his autem dicere abūde poterimus & ex antedictis, & his similibus, & ipsis contrarijs, & ab ijs quæ iudicata sunt aut à Dijs immortalibus, aut à claris hominibus, aut à iudicibus, aut ab aduersarijs nostris. Cuiusmodi igitur iustum esset, declarauimus. Simile autem iusto est huiusmodi. nam quemadmodū iustum existimamus obtemperare parentibus, itidem conuenit filios parentum res gestas imitari: & veluti beneficis benefacere iustū est, ita & ijs à quibus mali nihil suscepimus, iusto simile est non nocere. Hoc igitur modo simile iusto capiendum est. Ex contrarijs autem opus est exemplum ipsum perspicuum faciamus. Nam velut iustum est in eos animaduertere qui aliquid perperā patrauerint, ita ijs qui nos beneficio fouerint, referre gratiam decet. Id autem iustum quod ab aliquibus claris viris iudicatum fuerit, sic erit accipiendum. Verum neq; nos soli odio hostes insequimur, maloq; afficimus, sed & Athenienses, & Lacedæmonij iustum esse iudicant inimicos multare. Iustum igitur hoc modo crebra exercitatiōe accipies. Legitimū vero quale etiam ipsum sit, antea nobis definitum est. Oportet autem vbi vsui sit, vt is qui sententiam dicit, legem etiam adsumat: deinde simile legi scriptæ. esset vero huiusmodi. Nam sicuti legumlator maximis animaduersionibus fures plectendos voluit, ita & seductores maximopere sunt multandi: etenim hi furantur eius quem deceperint hominis mentem. & veluti legumlator hæredes eos statuit qui genere proximi ijs essent qui sine filijs interissent, eodem modo & huius pecuniarum rerumq; liberti me nūc dominum fieri decet. nam cùm ijs, qui ipsum liberarint, hac luce orbatis, proximus ipse sum cognatione, iustus certe sum qui illius res oēs domínio teneam. Legitimo ergo simile adsumitur hoc modo. Contrarium vero sic. Siquidem lex prohibet publica priuatim distribuere, perspicuum est eos qui illa distribuunt, iniuria omnes afficere à legumlatore iudicatos. nam si eos leges ornari iubent qui honeste rebus communibus iusteq; præfuissent, nequaquam obscurum est quin & publicarum rerum dissipatores multa dignos existiment. ex contrarijs igitur ita legitimum clarum fit. Ex iudicatis autem hoc modo. Neq; ipse solum præsentem legem harum causa rerum à legumlatore positam dico, sed etiam antea ipsi iudices authore Lysitida, æque atq; nunc à me dicitur, sentētiam de hac re protulere. Legitimum igitur hoc modo tractantes, multipliciter demōstrabimus. Vtile autem quale sit, antea definiemus. Assumendum est autem in dicēdo etiam si quid ex vtili inciderit: eodemq; modo tractandum quemadmodum in iusto legumlatorq; iudicemus: & sic crebris in locis ostendēdum. Inest autem vtili simile huiusmodi. Sicut nanq; in bello conducit eos qui plurima valent animi magnitudine, primos facie ordinare, eodem modo in rebus pu. permagne vtilitati est prudētissimos multitudini iustissimosq; præesse. et quemadmodum hominibus in bona valetudine cauere ne in aduersam incidant, vtile est: ita etiam pacatis vrbibus, concordiaq; vētibus cōducibile est sese ab omni sedītione custodiant. Similia ergo vtili hoc modo crebro tractanda sunt. Ex contrarijs aūt vtile sic perspicuū fit. Nam si conducit eos ciues qui q; qui & boni sunt, honoribus prosequi, ita punire improbos, vtilitatis plurimum adferret si quidem inutile est nos solos aduersus Thebanos bellum gerere, vtile erit vt Lacedæmonios socios nobis adsciscamus, itaq; aduersum illos belligeremus. Ex contrarijs igitur sic vtile clarum efficies. Vtile vero à claris viris iudicatū hoc pacto adsumes. Nam & Lacedæmonij, vbi Athenienses bello superassent, vtui liberto re existimarunt, ne eorum vrbem in prędam verterent: et Athenienses rursus cùm possent Spartam funditus euertere, conducere sibi arbitrati sunt si Lacedæmonij superessent. Et iustum quidem & legitimum & vtile sic tibi tractandum est. Honestum vero, & facile, & iucundum, & possibile, & necessarium quomodo & hęc superiora te tractare cōueniet, & de his quidē & hisce dicere cōmode poterimus.

Quæ sint consultanda. Cap. II.

RVrsus autem definiemus quantum, & quale, & quid, tum in curia, tum in concione consultabimus. nam si horum singula plane tenuerimus, res ipsæ pro vnaquaq; nobis consultatione verba suppeditabūt. Communes aūt species quas diu ante nouerimus, facile in vnamquanq; causam inducere poterimus; quapropter ea sunt nobis diuidenda, de quibus vulgo consultant omnes. Vt summatim ergo dixerimus, eæ de quibus orationem habemus, propositiones septē sunt numero. necesse enim est nos et cōsultare, et oratore tum i senatu, tum apud populum, aut de sacrificijs, aut de legibus, aut de apparatu ciuitatis, aut de societatibus ac fœderibus aduersus

alias vrbes, aut de bellis, aut de pace, aut de pecuniarum prouentibus. hæ igitur propositiones sunt, de quibus omnis est nobis et consultatio, & oratio. Harum autem vnamquanq; diuidamus, cõsideremusq; quibus modis oratione in his vtendum fuerit. De sacrificijs autem abunde dicere necesse est. Aut enim dicimus præsenti in statu ea seruanda esse, aut vt magnificentius, aut vt in his humilius quodammodo agendum sit. Cùm igitur dixerimus in præsenti statu ea seruanda esse, causas inueniemus, ex iusto quidem dicentes, iniustum apud omnes esse, præter consuetudines patrias quicquam agere, quodq; omnia vaticinia hominibus iubent patrio more sacrificia esse faciunda, & quòd eorũ qui vrbes primo condiderunt, & templa dijs immortalibus erexere, diuini cultus maxime sunt, diuq; obseruandi. Ex vtili autem dicemus quòd ad rei pecuniariq; impẽsam, aut priuatim aut publice cõducet, vbi pro patrio more sacrificijs sit indultum: & quòd ad ciuium audentiam ea res confert non mediocriter, quippe quòd grauioris armaturæ peditibus equitibusq; ac velitibus ludos celebrantibus ciues ea ambitione delectati audentiores fient. Ab honesto autem dicemus, si hoc modo celebritates pulchras spectari contigerit. A iucunditate vero, si & varietas quædam circa Deorum sacrificia ad spectandum accesserit. A possibili autem, si in eiusmodi ludis nihil fiat neq; parum, neque nimis. Cùm igitur in rebus diu constitutis consultatio nobis habetur, cũ hæc tractamus, operæpretiũ est de antedictis aut de horum similibus consideremus, & ea pro rei natura edoceamus. Cùm vero consultemus vt ad splendidiorem quendam apparatum sacrificia traducantur, eæ sunt causæ nobis adferendæ, quibus merito consuetudines patrias mouere videamur, dicitantes, addere præsentibus quicquam, id haud esse soluere, sed augere potius res antea constitutas ac firmatas, deinde quòd & consentaneum sit Deos immortales beneuolentiores in eos esse, à quibus magis venerẽtur. Item quod neq; maiores ipsi eundem semper modum in sacrificijs obseruabant, sed pro tempore, proq; secundis rebus & priuatim et publice Deorum cultum legibus sanciebant. postea vero quòd veluti in cæteris rebus omnibus cõsueuimus, ita & respublicas, atq; priuatas domos administramus. Dicas enim opus est, siqua his ita constitutis vtilitas ciuitati, aut splẽdor, aut voluptas futura est, quæ quidem omnia ita tractabis, veluti in superioribus dictum est. Cùm ad humilius exhortamur, primum quidem

De sacrificijs.

temporibus est accommodanda oratio, dicẽdumq; quibus in rebus deterius nunc habeãt quàm antea habuissent. deinde vero quòd neconsentaneum quidem sit Deos sacrificantiũ sumptibus, sed pietate potius gaudere. item quòd eos qui supra vires quicquam faciunt, & Dij & homines quàm stultissimos iudicãt. demum vero q; nec in hominum arbitrijs publici sumptus modo, verum & in secundis aduersisq; rebus existunt. Has igitur causas & harum similes in sacrificiorum propositionibus habebimus. Vt autem & quæ ad optimũ sacrificium pertinent sciamus, & exponere et sancire hoc etiam definiam. Est enim id vnũ omnium quidem optimum sacrificium, quod aduersus Deos pie ac diuine, ad sumptus vero moderate, ad bellum autem vtiliter, ad spectacula vero splẽdide habuerit. Aduersus autem Deos habebit pie, si patriæ cõsuetudines institutaq; non soluantur: moderate vero ad sumptus, si non quęcunq; ad pompam missa fuerint, consumantur. Ad bellum autem vtiliter, si equites et milites vna composite ludos agant: ad spectacula vero splẽdide, si & auro, & ijs huiusmodi rebus quæ haud consumuntur, magnifice quis vtitur. Quæ igitur aduersus Deos seruanda sunt, perpulchre ex his cõstituemus. Ex ijs vero quæ antea dixerimus, plane scire poterimus qbus modis oratio de vnoquoq; sacrificandi genere haberi possit.

De legibus, & ciuili constitutione.

De legibus aũt deq; constitutione ciuili rursus eodẽ modo tractem⁹. Etenim leges sunt, vt summatim dixerim, ciuitatis publici cõsensus, qui scriptis terminant atq; imperant quid vnumquodq; agendum sit. Eę vero leges colendę sunt quibus magistratus parui quidem ac multi ex sortitiõe, id quod seditione vacat, maxime autem ex totius multitudinis suffragijs in popularibus principatibus designentur. ita enim et ipse populus, quoniam in ipso sit eos donare honoribꝰ quos voluerit, haud quaquam accipientibus inuidebit, & clariores magis magisq; probitati studebunt, vtpote qui intelligãt vtui sibi futurum apud ciues se probari. Quæ igitur circa comitia in populari dominatu sanciri oporteat, hęc sunt. Quę vero ad reliquam administrationẽ pertinent, sigillatim exponere operosum admodũ fuerit. Verũ vt breuiter dixeri, id obseruari oportet, vt multitudini leges impedimento sint ne locupletũ rei insidientur: diuites autem inducãt vt vltro ad publica ministeria munificẽtissimi sint. Hoc aũt assequi poterunt, si locupletes pro ea quam in publicũ munificẽtiam exhibẽt, statutis qbusdam honoribus ab ipsis legibus donentur, sicq; & agricolas pauperibus

& nauium

et nauium gubernatores vectoribus anteponant. sic enim & locupletes non inuiti reipubli. inseruient, & plebes non calumnię sed ministerijs studebunt. Opus est præterea in conditis legibus seueritatem inesse, qua neq; agrũ ad egestatem redigere, neq; mortuorum substantias publicare fas sit: & magnos ijs cruciatus inscribere qui hæc obseruare neglexerit. Decet autem aliquem ijs honestum sepulturę locum ante vrbem dari, qui pro patria bellando perissent, & eorum filios ad pubertatẽ vsq; publicis alimentis enutriri. huiusce modi igitur leges in populari principatu ferendæ sunt. In oligarchijs vero, quæ paucorũ dominatu administrantur, magistratus æque iunt in omnes illius ordinis viros distribuendi legibus. Horum autem plurimi quidẽ ex sortitione, maximi vero magistratus occulto suffragio & iureiurando & magna cum diligentia atq; studio decernendi sunt: in eos autem qui vlla in ciues vti contumelia perrexerint, maximæ sunt pœnæ constituendæ. plebs nanq; non ita ægre patit q; magistratibus caret, quã grauiter & moleste fert q; afflicitur contumelia. Ciuium autem controuersias perbreui dissoluere, neq; in tẽpus trahere conuenit. Neq; vulgus in vrbem ex agro est congregãdum. nam ex huiusmodi conuẽtibus plebes turbãtur, paucorumq; principatus rescindunt. Vt paucis igitur dixerim, debent in popularibus principatibus leges cohibere plebem, ne locupletiorum bonis inhient insidiẽturq;, in paucorum vero principatibus auertere illos qui rempubli. gerunt, & ab imbecillorum contumelijs et à calumnijs insimulationibusq; in ciues. Quæ igitur & in legibus & in omni constitutione ciuili desiderãda obseruãdaq; sunt, ex his cognosces. Is autem orator qui quicq; lege suadere voluerit, hanc ostendat oportet æqualem esse ciuibus, & reliquis legibus consentaneam, ciuitatiq; conducibilem ad quietẽ & concordiam maxime, vel ad ciuium probitatẽ, aut ad publica tributa, aut ad ipsius reip. gloriam, aut ad vrbis potentiam, aut ad aliud huiusmodi aliquid vsui cedere. Aduersarius vero primum considerabit an minus lex illa communis sit omnibus, deinde an reliquis legibus non consentiat, sed aduersetur potius quodammodo, præterea an ad horum quę ante dicta sunt conductura sit nihil, sed cõtra nocitura potius. De legibus igitur, deq; constitutione ciuili ex his & contendendo & orando nobis facilius aditus fiet. De socijs autẽ, deq; aduersus alias vrbes fœderibus dicere incipiemus. Fœdera igitur atq; eorũ ordines necesse est publicis conuẽtionibus fiant. socij vero

De socijs aduersus alias vrbes fœderibus.

pro ea temporũ sunt conditione faciundi, cũ aliqui suis viribus infirmi sunt, aut bellũ aliquid videat impẽdere, aut eo est cũ aliquibus meũda societas, qd bello quondam à se defecturos putent. Hę igitur sunt causę huiusq; consimiles, qbus plures nobis adsciscimus socios. Necesse est aũt cùm ineundam societatem persuadere volueris, eam maxime tempestiuam ostendas, declaresq; eos socios apprime iustitiã colere, & bene antea rempublicã affecisse, essecq; potẽtissimos, & in proximo residere. q; si minus hęc omnia potueris, quę subeunt, oratione complectere. Cùm aũt societatem dissuasuris, primum ostẽdas oportet haud nunc eam facere opus esse: deide q; nec; hi usti sunt, postea vero q; & male nos prius affecerint. sin id minus poterimus, dicemus eos à nobis porro habitare, neq; facultatem his esse quò nobis opportune adsint auxilio. Ex his igitur huiusq; similibus circa faciundas aut non faciũdas societates, & dissuadendi suadendiq; vsum facile cognoscemus. Rursus autẽ & pacis & belli faciundi maxima nobis argumenta capiantur. Causæ itaq; bellãdi aduersus aliquos sunt huiusmodi. Par autẽ est de ijs tempestiue nũc vltionem capiamus, qui nos antea iniuria lacessiuerũt: vt nunc iniuria prouocati, pro nobis ipsis, aut pro cognatis, aut, q; ijs qui benefici erga nos fuerint, aut quò auxilio simus inuisę affectis socijs, aut publicæ vtilitate, aut ad gloriam, aut ad opes, aut ad vires, aut ad aliud quippiam huiusmodi bellũ suscipiamus. Cũ igitur ad bellũ voluerimus auditores exhortari, debemus ex his causis quamplurimas dicendo complecti, ac demum demonstrare eorum plurima, quibus bellãtes superiores hãt, ipsis auditoribus adesse. Superiores etenim omnes fiunt aut Deorum beneuolentia, quã bonam fortunam appellauerimus, aut corporum multitudine atq; robore, aut pecuniarũ affluentia, atq; imperatoris prudentia, aut virtute sociorum, aut opportunitate locorũ. Ex his igit & similibus quæ maxime rei cõgruit, bellum sumi oportere exhortabimur, aduersariorum partes deprimendo, nostras autem augendo atq; amplificãdo. Quòd si futurum bellum impedire studuerimus, primũ ex causæ inueniẽdæ sunt, quibus demonstretur aut oĩno nullam, aut partas humilesq; molestias afferri, quibus ad bellũ rapiamur. Deinde q; bellum minime conducit: eritq; percurrendũ quę hominibus bello solent accidere calamitates. Ad hoc item ostendẽdum, quę victoriã solent in bellando efficere, ea hostibus magis adesse. hęc autem sunt quæ paulo ante cõmemorauimus. Futurum itaq; bellũ ex ijs rebus

De pace & bello.

dissuademus. Quòd si ab instanti bello quiescendum esse cohortabimur, si quidem consultores superiores fuerint, hoc ipsum primũ dicendum erit, decere eos, qui mente valent, haud operiri quoad casum eant, sed cùm vincunt, pacem faciundam ijs esse. Deinde quoniam ea belli natura sit, vt & plerosque ex eis qui secũda in eo fortuna primum vsi sunt, ad postremum perdant: pacis vero contra, vt & victos seruet, & victoribus rerum bello adeptarum fructum adferat. Exponẽdum etiam erit eas quæ in bello, cum multæ, tum variæ mutationes fieri solent. Qui ergo superiores in bello fuerint, ex huiusmodi rationibus ad pacem exhortabimur: eos autem quibus aduersæ in bello res extiterint, tum ex ipsis casibus exhortabimur: tum vero à quibus iniuriã ante susceperint, suis calamitatibus admoniti irritare eos ne pgant: tum ex ijs periculis quę antea quàm pacẽ noluissent, perpessi fuerint: tum deniq; quòd satius partem aliquam suarum fortunarum potioribus ipsis cedere, q̃ bello periculosè decernere, quo ipsi vna cum sua re pereant. Summatim autem id sciamus oportet, tum solere omnes homines bellum inuicem soluere, cùm aut iusta hostes rogare arbitrentur, aut cùm aduersus socios vlla fuerit exorta contentio, aut bello defatigati sint, aut aduersarios timuerint, aut ipsi inter sese dissideant. Quamobrem quę ex his omnibus atque horum similibus commodatissima in rem tuerint colligẽs, quàm facillime & de bello poteris & de pace disserere. Reliquum est vt de pecunijs comparandis iam loquamur.

De pecunijs cõparandis.

Primum igitur considerãdum erit, si quid ex vrbis possessionibus neglectũ est, quod neq; redditum afferat, neq; Dijs immortalibus dedicatum sit: veluti sunt quidã publici loci iam neglecti, ex quibus aliquis prouentus, vbi ij priuatis hominibus aut venditi aut mercede exculti fuerint, ciuitati fiat. huiusmodi nanq; census omniũ maxime cõmunis est semper. Quòd si nihil sit huiusmodi, necesse erit prosingulorum copijs tributa inferantur: vt paupertibus quidem indictum sit corpora, locupletibus autem pecunias, opificibus vero arma præstent aduersum pericula. Summatim autem oportet cum qui de huiusmodi prouẽtibus narret, dicere eos equales ciuibus, et diturnos ac magnos esse: hostibus autem secus. Propositiones igitur de quibus in deliberatiuo verba faciemus, & harũ partes de quibus orationem & suadẽdo & dissuadendo constituemus, ex antedictis cognoscemus. Rursus autem propositiones de laudatiua, vituperatiuaq; specie deinceps dicere aggrediemur.

De genere Demonstratiuo. *Cap.* III.

Laudatiua igitur species (vt compendio vtar) est et voluntatum, & rerum gestarum, & verborum illustrium amplificatio, & eorum quæ absint accommodatio: vituperatiua autem contra illustrium horum extenuatio, obscurorum vero exaggeratio. Et digna quidem laude ea sunt quę iusta, quę legitima; quæ vtilia, quæ honesta, quæ iucunda, quæ facilia facta sunt: quæ quidem omnia cuiusmodi sunt, & quo pacto ijs abunde vtamur, in superioribus dictum est. Oportet autẽ eum qui laudat, oratione ostendat in hoc, seu homine, seu i rebus huius aliquid inesse, quod aut ipse gesserit, aut per ipsum manarit, aut ex hoc cõtigerit, aut huiusmodi gratia factũ fuerit, aut quod sine hoc patratum non sit. Eodem vero modo et vituperator ostẽdat oportet horũ cõtraria inesse i illo quẽ vituperatũ velit. Quòd ex hoc cõtigerit, hoc modo. Ex studiosa corporis exercitatione victoriæ cõtingunt, & ex otio in ægrotationẽ inciditur. item ex philosophiæ studio homines circa prudentiam sunt acriores, & ex negligentia sunt rerum necessariarum indigentes. Quòd huiusmodi gratia factum fuerit, hoc modo: Vt à ciuibus coronentur, permultos labores permultaq; pericula mortales perferunt: & vt ijs quos diligunt gratificentur, aliud curant nihil. Quòd autem sine hoc patratum non sit, hoc modo. Neq; sine nautis naualium pugnarum victoriæ, neq; sine potu ebrietates fiũt. Hęc autem atq; ijs similia peride vt superiora percurrẽs, & laudare & vituperare abunde poteris. Amplificationes vero extenuationesq; ac talia simul quoq; hoc modo tractabis. Primum quidem ostendes (veluti modo docebamus) ab hoc multa vel bona effecta esse. Vnus igitur amplificandi modus hic est. Secundus autem modus est, cùm iudicatum aliquid tranfers, si quid laudes, bonum: sin autem vituperes, malum: deinde conferas oportet quod abs te dictum sit, & adinuicem compares, ex tuis maxima, ex aduersarij vero dictis minima enarrãdo, & hoc modo magnum illud iudicatum ostẽdas. Tertius modus est, vt ad illud qd abs te dictũ est, minimũ qd ex ijs quę sub eandem speciem cadunt cõpares: sic enim quod abs te dicitur, maius apparebit. veluti mediocri statura hoies maiores apparẽt, cùm ad minores comparãtur. Amplificare autem poteris hoc modo. Si magnum sit hoc bonum iudicatũ, magnum appareat malum necesse est, vbi cõtrarium huic aliquid narraueris. Eodem vero modo, si magnum malũ existimatur, vbi huic contrariũ dixeris, magnum bonũ apparebit.

Primus amplificãdi modus.

Secundus.

Tertius.

Amplificabis autẽ & hoc pacto vel bona vel mala, si eum gradatim ostenderis, q̃ prẽmeditatus iamdiu fuerit, q̃ de industria multa gerere aggressus sit, q̃ per multum tempus gesserit, quibus cũ nemo alius, quòd sponte, quòd hos post quos alius nemo, quòd hos post quos alius nemo, quòd sponte, q̃ ex sententia: quòd si omnes pariter atq; hic fecerimus, profecto bene beateq;, aut contra male miserecq; vixerimus. Oportet autem & consequẽti continuatione vti, & rem alteram tanquam in alteram properando amplificare, hoc modo. Cuius vero amici curę sunt, hunc recte cõsentaneum est suos etiam colere parẽtes: qui autem suos parentes colit, hic profecto volet etiam patrię benefacere. Summatim autem si multarum siue bonarum siue malarum rerũ eum causam ostenderis, eę magnę videantur necesse est. Considerandum est etiam qualis res ipsa videbitur, eam suis partibus diuidendo, singillatimq; narrando, quæq; maior visa fuerit, eam hoc modo explicare conueniet. Amplificando igitur vbi hoc pacto tractaueris, & plurimas facies & maximas. Extenuabis autem in dicendo & bona & mala, si contrario modo tractaueris, sicuti i magnis dixeramus: & tum maxime, cùm nullius eum rei authorem demõstraris: vel si id minus, quòd minimarũm & paruissimarũ. Quomodo igitur & laudando & vituperando amplificabimus atq; extenuabimus quæcunq; volueris, scire ex ijs poterimus. Amplificationũ autem causæ in alijs quoque speciebus vtiles sunt: sed plurima ipsarũ vis in laudationibus vituperationibusq; cõsistit: de qbus qdẽ ex ante dictis planè adiumẽta nobis suppeditabimus.

De genere Iudiciali. *Cap.* IIII.

Rursum autẽ simili modo accusandi defendendiq; speciem, quæ circa iudicialem versatur causam, quibusq; rebus constat, et quomodo ijs vti conueniat, diuidamus. Accusatio quidem est (vt breuiter dixerim) iniuriarum delictorumq; expositio. Defensio autem est delictorum & iniuriarum, quæ vel in accusationem vel in suspitionem venerint, dissolutio. Cùm vtraq; vero species hãc vim habeat, accusatori quidem dicendum est, quandoquidem improbitatis aduersarios crimineturi, eorum facinora & iniusta & iniqua esse, ac ciuium multitudini perniciosa: cùm vero stultitiæ crimine tur, quòd & ipsi agenti inutilia ea sunt, & turpia & iniucunda, & quæ perfici nullo pacto queant, hę & ijs similes aduersus improbos vanosq; argumẽtationes sunt. Est preterea & hoc accusatori obseruandum, aduersus cuiusmodi crimina supplicia sunt à legibus cõstituta, & circa quę ipsi iudices mulctas definiunt. Cùm lex itaq; pœnam definierit, hoc est quantaxat accusatori considerandũ, vt demonstret tacitus patratum esse. cùm iudices autem crimen admissum sciunt, crimina illa quæq; aduersariorumq; delicta augeri cõuenit, ac maxime quidem demonstrari sponte illum & de industria, nõ forte quadam sed dedita vehementer opera iniuriam intulisse. q̃ si minus hoc fieri abs te potuerit, putasq; potius ab aduersario demonstratum iri, te modo quodam deliquisse, aut quòd hæc agere probe meditate tibi, minus prospere successerit, debes veniæ apud auditores aditum intercludere, inquiẽs nequaquam aduersarios decere, vt post gestum negotium se imprudenter errauisse dicant, sed ante potius verere q̃ gerant. Deinde quod quamuis ille imprudẽter gesserit, aut ei aduerse successerit, oportet ipsum tam ob casus atq; imprudentiam longe multari magis, quàm qui horum neutrum perpetrasset. Præterea quòd etiam legumlator eos qui imprudenter deliquissent, nõ pœnæ immunes, sed iudicio obnoxios fecit, ne omnibus errando nocent. Dicendum eti etiam, quòd si talia respondẽtem admiserint, nonnullos fiunt habituri ad iniuriam quam promptissimos. nacti nanq; occasionem, quę cunq; voluerint efficiẽt. si vero aberrauerint, rem in fortunam reijcientes, supplicio se liberabũt. Accusatori igitur ex huiusmodi rebus veniæ locus auferendus est: sicuti antea dictũ est. Multorum malorum causæ, aduersariorũ facinora per exaggerationes demonstranda sunt. Species igitur accusandi perficiẽ ex his partibus. Defendendi autẽ species tribus præceptis constat. Aut enim defensor ostendendum est se nihil eorum quorum accusatur patrasse, aut si cogatur latere, enitẽdum est vt gestum à se negotium, et legitimum, & iustũ, & honestum, & publicę vtilitati esse esse ostẽdat. si hoc autem ostendere nequiuerit, aut in imprudentiam aut in fortunam gesta negotia conferẽs, & iacturas ab his protectas quã minimas ostẽdens, vt sibi ignoscatur operam dabit. Iniuriam autem & imprudentiam & casum ita definias, quod ex meditatione malum fit quippiam, ad iniuriam ponere, inquiẽs oportere pœnas maximas in huiusmodi rebus capere. quod vero per ignorantiam detrimenti quid agitur, imprudentiam esse dicendum est. quod aũt non sponte, sed aliena potius vi aut fortuna quadam nihil eorũ quę rectis cõsilijs administrata sunt fieri, catum esse ponẽdũ est. dicitoq; iniuriam inferre, malorum esse hominum proprium: imprudenter vero de-

Accusatio quid. Defensio.

Accusandi præcepta.

linquere,& circa rem gerẽdam aduersam fortunam pati,non esse sibi priuatim modo, sed commune & ipsorum iudicum,et aliorũ quorunq; hominum. Coactus autẽ ex huiusmodi causis quid fateri, vt tibi ignoscatur precabere, & vt per imprudentiam casumq; delinquere tibi cum auditoribus ipsis cõmune esse ostendas,studebis.Oportet autem defensorẽ vndiq; intueri quibus i criminibus leges supplicia iussere. Iudices vero ipsi pecunijs puniãt.Et cùm lex supplicia fusserit demonstrãdum erit aut omnino nihil patrauisse ,aut legi time iusteq; fecisse.cùm iudices vero constituti fuerint punitionis æstimatores, rursus eosdem modo haud dicendum est ꝙ hæc nõ egerit, sed elaborandum est potius vt ostendat se paruo detrimento aduersarium affecisse,et in uitum deliquisse. Ex his igitur atq; similibus accusando, defendendoq; verba suppeditabimus:reliquum est vt iam quæstionis speciem pertractemus.

De Quæstione. *Cap.* V.

VTigit̃ summatim dixerim, quæstio est voluntatẽ vel rerum verborum ue adinuicem aut ad aliam dissentientem vitam demonstratio.Oportet autem quærentem quę rere sicubi aut vel bũ cius quem quæret, aut actiones aut voluntates inter se discrepãt.prę ceptum vero hoc sit: Considerandum erit in prẽterito tempore,si cui quis antea amicus cũ esset,rursum inimicus,& iterum huic ipsi amicus effectus fuerit, aut aliud quid cõtrarium, aut quod petulantiam & flagitium ferat, gesserit,gesturus ue sit,liquando ipsi detur occasio,quod antea actis rebus eius contrarium sit. identidem quoq; intuere,siquid dicendo contrariũ nunc ijs dicit,quæ prius ab eo dicta fuerint,aut si quid ijs quę dicũtur, aut quæ antea dicta sunt,contrarium dixerit.Eodemq; modo si quid dicere voluit ijs cõtrarium quæ ab ipso ante dicta sunt, aut velit opportunitate oblata.identidem vero assumẽdæ sunt etiam ad alia præclara studia eius qui quærit vitę cõtrarietates.Quærendi ergo speciem si hoc pacto tractaris, nullum reliques quæstionis modum. Harum autẽ omnium specierum,quas superius partiti sumus,oportet etiam diuisim qualibet pro commodo vti,et vna ipsarũ proprietates commiscere. hę nanq; differẽtias habent maximas. enimuero communis earum est adinuicem vsus. & idem quod & hominũ species patiuntur.hi nãq; partim similes sunt, partim vero dissimiles tũ aspectibus,tum etiã sensibus.Sic autẽ determinatis speciebus,rursum quibus indigent,cõmuniter enumerabimus,& quomodo his vti cõueniat quęrem⁹.

Quæ communia sunt omnibus generibus. *Cap.* VI.

PRimum igitur & iustum, & legitimum, & vtile,& honestum,& iucundum, reliquaq; deinceps, quemadmodũ ab initio sum partitus, speciebus omnibus sunt cõmunia: veruntamen in suadẽdo maxime his vtimur. Secũdo autem loco amplificationes extenuationesq; præ cęteris omnibus vtiles sunt. harum vero vsus in laudem ac vituperationem maxime cadunt. Demum autem probationes sunt, quibus etsi circa omnes causarum partes vtendum est, in accusationibus tamen defensionibusq; quàm vtilissimæ sunt. his nanq; plurimæ controuersiæ indigent. Sunt præterea & pręoccupationes,& postulata, et iterationes,& orationis prolixitas,& prolixitatis modus,& breuitas,& interpretatio. hæc enim & his similia speciebus oibus sunt communia. Quoniã igitur de iustis & legitimis, ac de his similibus prius determinauimus, & eorum vsum enarrauimus,& de amplificationibus quoq; extenuatiõibusq; diximus, iam de alijs declarabimus.

De Probationibus. *Cap.* VII.

VTigitur à probationibus primum incipiamus,duo sunt earum genera. fiunt enim aliæ quidem ex ipsis verbis & negotijs & hoibus, aliæ vero appositæ sunt ijs quæq; dicuntur,& quæ gerũtur.nam icota, & exempla,& coniecturę,& commentationes, & sententiæ,& signa,& argumẽta, & probationes ex ipsis verbis & hominibus et negotijs sunt: appositæ autem probationes,testes,iuramenta,& quęstiones existunt. Opus est autem harum vnamquanq; probationum intelligere qualis sit, & vnde idonea in eam verba abunde nobis suppetent, & quid demum eæ inuicem differunt. *εἰκὸς* igitur, quod probabilem propositionẽ dicimus, illud est quod cùm dixeris auditoribus, in mentibus eius exempla tenent.Dico autem, veluti si quis inquiat vel le patriam magnam esse,& necessarios rebus secũdis vti, aduersis autem inimicos. atq; his similia summatim probabilia videantur.Qui libet enim auditorum qui huiusmodi desiderijs teneat̃, ipse sibi de hisce deq; similibus rebus conscius est.quamobrem hoc nobis in dicendo semper suadendum est,si rei de qua loquimur,conscios auditores perceperimus.hi sce enim rebus par est credere eos maxime. Vis ergo,pbabilis est huiusmodi: ipsum vero in tres distribuemus species.vna qdẽ est q̃ eas pturbationes accusando aut defendẽdo verbis cõprehẽdit,qb⁹ hoies natura afficiunt̃: veluti si quẽ aliq; floccipẽderint,aut timuerit,aut

εἰκὸς, probabile fortasse licet, quid.

eandem

eãdẽ rẽ sępissime fecerint,aut iterũ voluptate vel dolore vel libidine affecti fuerint, aut cupiditate vacarint,aut diuitijs abundarint, aut aliam huiusmodi perturbationẽ siue animis, siue corporibus, siue aliquo illorũ sensuum, quibus homines afficiũtur, passi fuerint. hæc nãq; & his similia,quæ cõmunes sunt humanis ingenijs perturbationes, auditoribus nota sunt.Quæ igitur fm naturam hominibus fieri consueuere,quæq; dicendo comprehẽdenda dicimus,sunt huiusmodi. Altera vero probabilis pars est mos, quem pro cõsuetudine singuli facimus. Tertia vero species lucrum est. nam sæpe lucrãdi gratia naturæ vim adferentes,consulto mores inducimus.His autem ita determinatis in suadendo quidem ac dissuadendo demonstrare pro quęsitis oportet,vt hoc negotiũ ad quod ipsi exhortamur, vel cui aduersamur, ita sit sicuti ànobis dicitur, vel vt ea quæ huic negotio similia sunt, hoc modo fiant quo nos dicimus, aut plurima,aut omnia. Contra res igitẽ hoc pacto probabile est capiendum. Cõtra homines verò, in accusationibus quidẽ,si potueris, demonstrabis aduersarium hoc idem negotium sępe antea patrauisse.sin id minus poteris, huic similia demonstrato. ostẽdere autem elabora, quòd hæc facere conducibile ei fuerat. hominum autem plurimi quoniam ipsi vtile omnibus rebus anteponunt, itidem etiam alios omnia gerere huius genera facile putant.si quidem igitur ab ipsis aduersarijs probabile cape potueris,ita illud inducito. sin id minus quiueris,à similibus tibi quæ homines cõsuetuere,inferẽda sunt.Dico autem,vt huiusmodi:uenis est quem accusas,quæ ij qui id ętatis sunt agunt,hæc ipsum fecisse dicito.Nam pro similitudine etiam,quæ aduersus hũc dicuntur,facillime credẽtur.Eodemq; modo si eius socios tales ostenderis, qualem hũc esse dicis.Etenim ob eam quæ huic cum illis consuetudo est, videbitur ijsdem rebus indulgere,quibus amici solent. Itaq; probabile accusatoribus hoc pacto tractãdum est.Defensores autem maxime ostendant oportet, vt minime prorsus omnium quicquam antea earum rerum quarum insimulãtur, neque ipsi, neque amicorum aliquis,neq; ipsorum similium quis vnquam egerit,vtq; nihil in ijs vtilitatis consequi potuisset. Quòd si liquidum sit hoc idem te antea patrauisse, causam in ętatem reijcies,& aliquam huiusmodi aliam afferes causam,qua tũc non absurde erraueris. Dic autem nec ea tempestate,dum hæc gesseras,cõduxisse tibi,nec etiam nunc conducere potuisse. Sin autẽ nihil huiusmodi abs te patratum sit: sed ex tuis amicis aliqui talia quædam fecerint,dicẽdum est haudquaquam iustum esse te ab illis calumnia affici. eritq; demonstrandum, eorum socios qui tibi consuetudine iuncti sint, & moderatos & honestos esse,sic enim insimulationem ambiguam reddes. Quòd si similium aliquos demõstrarint eadem patrauisse,absurdũ esse inquies,si propterea ꝙ alij quidam deliquisse appareãt, creditum eant te eorum aliquid quibus in iudicium arcesseris,fecisse. Siquidẽ igitur insimulatus tueris haud ea fecisse quorum accusaris,sic te per probabilia respondere oportet. ita nãq; accusationis verisimilitudinem infirmabis. Si vero fateri compellaris, ex multorum consuetudine similitudinẽ negotijs tuis vindica,q; maxime inquiẽs vt plurimi vel potius omnes & hoc & similia agãt,sicuti etiam abs te factitatum sit. Quòd si hoc demonstrari nequeat, confugiẽdum est ad casum, & ad imprudentiam, & vt tibi ignoscatur enitendum, omnesq; hominum perturbationes quibus ratione deficimur, complectendæ: hę autem sunt amor,ira, vinolentia, ambitio, & ijs similia. Itaq; ijs præceptis probabile pulcherrime tractabimus.

De Exemplis. *Cap.* VIII.

EXempla autem sunt res his quæ factæ sunt similes, & his de quibus nũc loquimur contrariæ.Iis vero vtẽdum est, cũ quod ipse affirmas,vbi minus verisimile sit,id te per spicuum facturum dicas. nam si minus fidei per probabile præstetur, vbi didicerint rem aliam ei similem de qua loqueris. ita habuisse vtà te dicitur, magis crediderint verbis tuis. Sunt autem exemplorũ duo genera:res nanque partim ratione, partim præter rationem fiunt. quæ vero ratione fiunt, facile creduntur:quæ autem præter rationem,nõ creduntur.Dico aũt sicuti si quis ait diuites esse pauperibus iustiores,adducitq; iustas aliquas vitorum diuitum actiones,huiusmodi exempla fm rationem videntur esse:plurimi enim putant diuites pauperibus iustiores.Quòd si quis rursus enũtiet diuitum quosdam ob pecunias iniuriã intulisse, eo vsus exẽplo quod præter rationẽ sit,planè efficiat,quò locupletibus fidei minus adhibeatur.Identidẽ etiam, si quis earum rerum exemplum afferat quæ rationi similes sunt,Quoniam Lacedęmonij quãdoq; aut Athenienses freti essent magna sociorum manu, hostes expugnauere, & sic auditoribus suadet socios multos esse factum dos.Huiusmodi ergo exempla fm rationem sunt. omnes enim existimant in bellis multitudinem

tudinem non parum momenti ad victoriam ferre. Si quis autem ostendere voluerit non hanc esse viuendi causam, earum rerum vtatur exemplis, quæ præter rationem factę fuerint, inquiēs, Vt Athenarum exules cū quinquaginta primū viris dūtaxat, & tribu assumpta etiam aduersus eos qui admodum plures in vrbe fuerant, quāquam Lacedæmonijs scijs vtebantur, bello in vrbem rediere. Thebani autē Lacedæmonijs atq; omnibus prope Peloponnesijs in Bœotiam impetum facientibus, hi soli ad Leuctra cōmisso prælio, Lacedæmoniorum vires perfregere. Diō vero Syracusanus cū militibus tribus millibus Syracusas nauigans, Dionysium longe maiore vi fretum debellauit. Itidem autē & Corinthij cùm in Syracusanorum auxilium nouem triremibus iissent, Carthaginēses qui cētum & quinquaginta naubus in Syracusanorum portus appicuissent, atq; vrbem omnem præter arcem haberent, nihilo tamē minus expugnauere. Summatim vero hęc ātq; ijs similia, quæ præter rationem sint gesta, ea in consultationes improbare cōsueuere quæ pro ratione fiunt. Exemplorum igitur natura est huiusce modi. His vero vtroq; modo vtēdum est. Nam cùm res quæ ratione fiunt dixerimus, ostēdemus vt plurimum hoc pacto negotia perfici. Cum autem quę præter rationem fiunt loquimur, afferemus quæcunq; temeritate videtur facta, rectissimo fine conclusa. Cum aduersa autem hæc dixerint, oportet ostendere hæc perinde ac fortunato casu alicui quo accidisse: eruntq; dicēdum eiusmodi res q̄ raris̄ime cōtigisse: quæ vero á te narrarētur, q̄ sæpissime. Exemplis igitur ita vti cōuenit. Enimuero cùm ea quæ nulla ratione sunt facta, in medium attulerimus, opus est eorum quamplurima cōplectamur, dicarhusq; nihil ea magis quam hæc fieri consueuisse. Exemplis vero non ex ijs solum, verumetiā ex contrarijs est vtendum: sicuti si offenderis auare quosdam vsos socijs, & propterea ipsorū solutam amicitiam, & asseras, Nos vero si æqualiter ac pro cōmodis erga ipsos rem gesseris mus societatem multum temporis conseruabimus. & iterum, si quos alios, quoniam imparati descendissent in bellum, deuictos superatosq; ostēderis, ita dixeris, si instructi bellum aggredi voluerimus, meliores certe spes de victoria habuerimus. Multa vero assumes exempla tum ex præteritis, tum etiam ex instantibus negotijs: plurimę nanq; res partim similes partim dissimiles inuicem sunt. quam ob rem ob id causæ exemplis abundabimus, & quę ab alijs dicuntur, haud difficile refellemus. Exemplorum ergo genera, & quomodo ijs vti oporteat, & vnde multa capienda sunt, ex antedictis cognoscere possumus.

De Coniecturis. *Cap.* IX.

Coniecturæ autem sunt, quęcunq; hisce rebus de quibus omnis habetur dictio, repugnarint, & quibus ipsa sibi oratio aduersatur. auditorum enim plurimi ijs contrarietatibus, quæ dicendo agendo'ue cōtinguntur, coniectant sani inesse nihil neq; in dictis, neq; in factis quidem. Multas autem capies coniecturas, intuens siue ipsa, siue aduersarij cōtradicit oratio, siue res ipsa est dictioni contraria. Coniecturæ igitur huiusmodi sunt, & ita vti vbertim poteris.

De Commentationibus. *Cap.* X.

Commentationes vero sunt non eę modo quæ orationi atq; negotio aduersantur, sed & alijs rebus omnibus. Assumes autem multas, easq; tractabis, quemadmodum in quærendi specie dictum est. Considerabis etiam sicubi ipsa sibi dissentit oratio, aut si gesta negotia iustus, aut legi, aut vtili, aut honesto, aut possibili, aut facili, aut probabili, aut mori dicentis, aut rerum consuetudini aduersatur. huiusmodi igitur cōmentationes sunt contra aduersarios assumendę. His vero contrariæ pro nobis dicēdæ sunt: quippe qui offendamus & negotia & verba nostra iniustis, & ex legibus, & inutilibus, & improborum hominū moribus, & summatim ijs qui nequam cēsentur, maxime aduersari. Oportet autem harū singulas breuiter & nominibus q̄ paucissimis eloqui. Cōmentationibus igitur hoc modo copiosissime vti, optimeq; poterimus.

De Sententia. *Cap.* XI.

Sententia vero (vt summatim dicam) est aduersus res omnes opinionis propriæ declaratio. Sententiarum autem duo genera sunt: alterum quidē credibile, alterū vero incredibile. Cùm ergo credibile dixeris, nullæ sunt reddendæ causæ. nam neq; quod dicitur ignoratur, neque nō creditur quidem. Cùm vero incredibile dixeris, causæ paucis sunt dicendæ, vt & dicacitatem & incredulitatem effugias. Sententiæ autem ex temperaturę. Sententię ex propria natura.
dæ sunt, quæ sint rebus præsentibus q̄ cōsentaneæ: ne quod dicitur, incōcinnum, violentum'ue appareat. Eas autē multas faciemus, aut ex propria natura, aut ex suplatione, aut ex similitudine. Sententiæ autem ex propria natura huiusmodi sunt. Nemo mea sententia rerum imperitus grauis imperator esse potest.

Altera

Altera autem talis est. Prudentium virorum certe est ex rerum præteritarum exēplis operam dare, vt incōsulta effugiāt errata. Ex propria igitur natura huiusmodi sentētias faciemus. Ex suplatione vero tales. Acerbiora mihi videntē fures q̄ latrones admittere. nam hi clāculum: hi vero palam pecunias eripiūt. Sententias igitur ex suplatione hoc modo multas faciemus. Ex similitudine autem sunt huiusmodi. Qui pecunias auferunt, idem faciunt mea sententia, quod hi solēt qui vrbes produnt, vtriq; enim crediti iniuria credētes afficiunt. Alia vero huiusmodi est. Videntur mihi aduersarij tyrannos planè imitari. nam etiam illi, quarum ipsi rerum iniurias alijs faciunt, pœnas dare indignum putant: quæ autē alijs crimini dant, vehementissime horum causa illos cruciant. & hi si quidem ipsi aliqd mihi debēt, haud reddūt: si quid vero ijs ego debeo, & id & fœnora restitui sibi decere arbitrantur. Sentētijs igitur ita tractando affatim abundabimus.

Ex superlatione.

Ex similitudine.

De Signo. *Cap.* XII.

Signum vero est alterius aliud, non quoduis cuiusuis, neq; omnis omne, sed quod aut ante fuerit, aut in ipso negotio, aut post fieri consueuerit. Est autem signum, & factum, non facti solum, sed & non facti. identidē vero & non factum non solum non facti, verū & facti. Signa vero efficiunt alia quidem opinionem, alia vero scięntiam. Id autem pulcherrimum est, quod scientiam efficit: secundo autem loco quod opinionem maxime veritimilem operatur. Signorum autem copia nobis vbertim erit (vt summatim dicam) ex eorum singulis quæ dicuntur, quæ gerunt, quæ videntur, pro vnoquoq; assumēdo tum ex magnitudine tum ex paruitate eorum quæ nobis mala bona'ue contingunt: itē ex testimonijs, ex testificatis, ex nostris, ex aduersariorum fautoribus, ex ipsis illis, ex prouocationibus, ex tēporibus, ex alijs multis. Hinc igitur signorum multitudine abundabimus.

De Argumento. *Cap.* XIII.

Argumētum autem est (sic enim Elenchon interpretamur) quod aliter habere non potest, atq; ipsi dicimus. Assumit autem ex natura necessarij, vt nos dicimus, aut aduersarius: & ex ijs quæ natura fieri aut possunt, aut nō possunt, sicuti aduersarij dicunt. Natura igitur necessarium est, sicuti viuos cibis indigere, & ijs similia. Vt vero nos dicimus, necessarium est affectos verberibus ea confiteri quæ cædentes iusserint. Natura autem fieri non potest puellum argenti tātum furto subripuisse, quantum ferre nequeat, & id ferentem abijsse. Vt autem aduersarius dicat, fieri nō poterit, si quidem dixerit quibus temporibus Athenis debiti tabellas nos fecisse: ipsi autem possumus auditoribus demonstrare, vt ea tempestate ad aliam quandam vrbem aberamus. Argumenta igitur ex ijs atq; similibus faciemus. Prorsus vero & ex ipsa conditione, & ex negotijs, & ex alijs probationes omnes transegimus. Consideremus etiam quid item inuicem eæ differunt.

De Probabili, & differentijs supradictorum. *Cap.* XIIII.

Probabile igitur ab exemplo hoc differt, q̄ probabilis ipsi auditores notionē habent, exempla vero ex contrarijs & ex similibus fieri possunt. coniecturæ autem solum ex dictionibus actionibusq; contrarijs constant. Verum cōmentatio à coniectura hanc habet differentiam, q̄ coniectura quidem circa dictionem actionemq; contrarietas quædam est, cōmētatio vero & circa reliquas species contrarietates excipit: aut q̄ & coniecturam nō est in nobis assumere, nisi circa res & verba repugnantia quædam fuerit cōmentatio vero è multis locis trahi dicendo potest. Sententiæ autem à commentationibus differunt, q̄ eæ solum ex contrarijs constant: sententias vero & cum repugnātijs & simpliciter ipsas fm sese ostendere possumus. Signa autem à sententijs & ab omnibus antedictis hanc habent differentiam, q̄ reliqua quidem omnia opinionem faciunt apud auditores: signorum autem quædam vt etiam perspicue hi cognoscant efficiūt. item q̄ ex reliquis nequaquā contigerit, vt ipsi plurima suppedita re possimus: signa vero plurima facile queūt fieri. Item & argumentum à signo hāc habet differētiam, q̄ signorum quidem aliqua opinionem duntaxat faciunt apud auditores, argumentum autem omnem veritatem iudices edocet. Verborum igitur rerumq; probationes eiusmodi sunt: & vnde his abūdemus, quidq; inter se differunt, possumus ex antedictis cognoscere: quę autem opponuntur eis, sigillatim percurramus. Opinio ergo dicētis est suam aduersus negotia declarare sententiam. Opus autem est earum se rerum de quibus orationem habuerit, peritum esse ostendat, demonstretq; sibi cōducere non mediocriter vt veritatem de his loquatur: aduersarium vero demonstret nullā prorsus de quibus contra enuntiet, tenere peritiam, opinionēq; identidē ostēdat. Sin hoc fieri nequeat,

dicendum

dicendum erit solere etiam rerum peritos errare nonnunquam. Si hoc autē dici nequeat, dicetur pernicioſum aduerſarijs eſſe de hiſce rebus veritatem loqui. Itaq; hoc modo dicentis opinionibus vtemur, & noſtra aſſerendo, & aduerſarijs contradicendo.

De Teſtimonio, & Teſtibus. Cap. XV.

TEſtimoniū vero eſt rei cognitæ voluntaria confeſſio. Neceſſe autē eſt aut veriſimile teſtificatum eſſe, aut non veriſimile, aut ad credendum ambiguum. Eodē quoq; modo teſtem aut probabilem, aut improbabilem, aut ambiguum eſſe. Cùm ergo teſtificatū veriſimile fuerit, & teſtis verax, teſtimonia epilogis minime indigent, ni forſitan decoris gratia, vel ſententia, vel commentatione vti paucis volueris. Cùm teſtis autem ſuſpectus fuerit, demonſtrandum erit vt neq; gratia neq; cruciatu neq; lucro aliquo hic mēdacij quicquam teſtificaretur. Docendum eſt etiam neq; conducere quidem mēdoſum teſtimonium. nā & vtilitates paruas eſſe, & arguti difficillimum: præſertim cùm deprehenſum non ſolum argento, verum & gloriæ & perfidiæ pœna leges plectendum volūt. De teſtium igitur fide ita loquemur. Si autem qui teſtimonio contradicunt, oportet teſtis moribus detrahant, ſi improbus fuerit, aut teſtificatum quærendum eſſe dicant ſi minus probabilitatis habuerit, aut horum vtriq; contradicant, & in vnum omnia aduerſariorum vitia flagitiaq; congerant. Conſiderandum eſt etiam an teſtis ei cui teſtimonium dicit, amicus eſt, aut ſi ſecum negotij alicunde eſt particeps, aut ſi ei quem contra teſtificatur, inimicus eſt, aut paup.hi etenim alij gratia, alij cruciatu, alij lucro mendacij ſuſpicioni obnoxij teſtificando exiſtunt, & falſorum teſtium legem de his legumlatorem tuliſſe inquiemus. Proinde abſurdum eſſe dicemus, quibus legumlator nō crediderit, iudices qui ſm leges iudicare iurati ſunt, teſtibus ipſis credāt. Hoc igitur modo teſtium fidē infirmabimus. Poterimus autem & teſtimonium imprudentibus aduerſarijs noſtris ſubducere, hoc pacto: Dic mihi ô Callicle teſtimonium. Per Deos immortales nullo modo ſum dicturus. nam me prohibente hæc geſta ab hoc ſunt. & ob id in ferenda ſententia falſus teſtis falſi teſtimonij pœnæ non erit obnoxius. Cùm igitur teſtimoniū ſubducere nobis cōduxerit, ſic eo vtemur. quòd ſi aduerſarij tale quid fecerint, demonſtrabimus eorum verſutiam, & ſcriptis teſtimonium dicere iubebimus. Quomodo igitur & teſtibus & teſtimonijs vti conueniat, ex his ſciemus.

Quomō teſtibus contradicēdum.

De Quæſtione. Cap. XVI.

QVæſtio vero eſt inuita cōſcij hominis cōfeſſio. Cùm nobis igitur vtile fuerit eam vehemētem efficere, dicendum erit vt priuatim quidem homines de valde neceſſarijs, ciuitates autem de maximis rebus ex quæſtionibus probationes capiūt, quodq; certior teſtibus eſt quæſtio. nam teſtibus mentiri cōducit ſæpe: quibus autem quæſtiones admotę ſint, veritatem loqui plurimum vtilitatis affert. ſic enim cruciatu celerime liberātur. Cùm vero quæſtiones improbare volueris, primum quidem dicendū erit vt quæſtionibus cruciati, ijs à quibus traditi ſunt, hoſtes fiunt, & propterea nonnihil in heros mentiuntur: deinde q̄ quærentibus plerunq; non vera confitētur, quò maturius doloribus ſeſe eximant. Erit etiam demonſtrandum nonnullos liberos homines, quò celerius ſupplicium effugerēt, aduerſum ſemetipſos tormentis affectos ementitos. Quamobrem magis conſentaneum eſſe ſeruos aduerſus dominos, quòs ſuum effugiāt cruciatum, ementiri, q̄ multos dolores & corporibus & animis tolerare, quòs cęteri nihil mali patiantē, vbi mentiri ipſi voluerint. Quæſtiones igitur ex his atque horum ſimilibus probabiles & improbabiles conſtituemus.

De Iureiurando. Cap. XVII.

IVſiurandum eſt cum diuina veneratione dictio probationis expers. Cùm igitur aut gere ipſum voluerimus, ita dicēdum erit. Nemo certe peierare vellet, cùm diuini ſupplicij metu, tum decoris apud homines. eritq; ſubdendum, latere homines poſſe, Deos autem non poſſe. Cùm aduerſarij vero ad iuſiurandum cōfugerint, ſi extenuare id voluerimus, demonſtrandum erit eorundem eſſe hominum vt male agant, & peierare non curent. nā qui ſacinoroſus Deos latere putat, hic neque peierās ſupplicium ſe ire ſortitū putat. Et iuſiurandum quidem eodem modo, quo ēt reliqua antedicta tractauimus, plane dicēdo nobis ſuppetere. Sūmatim aūt oēs probationes, quēadmodum propoſuimus, iā percurrimus, dedimusq; non eā vim ſolū, quā eārū quælibet haberet, verūetiam quid inter ſe differunt, & quo pacto his vti cōueniat, oſtēdimus. Nunc aūt edocebimus de reliquis partibus, quę & triū ſpecierum ſunt, & in oēm orationem plurimū decoris & vtilitatis adferūt.

De Præoccupatione. Cap. XVIII.

PRæoccupatio igitur eſt, qua & auditorum exiſtimationes, & eorum qui contradicturi

In deliberatiuo genere.

tradicturi ſunt verba præueniētes, obuias difficultates remouebimus. Auditorum autem exiſtimationes hoc ſunt modo præoccupandæ. Admirantur aūt aliqui fortaſſe veſtrum, q̄ ipſe iuuenis ita de rebus magnis verba facere aggreſſus fuerim. & rurſum. Nemo ſeſe mihi difficilem obuiā offerat, quòd de his ſim vobis rebus conſultaturus, de quibus alij quidam audacter apud vos eloqui cunctantur. Quæ igitur moleſte auditores laturi ſunt, ſic præoccupando, cauſas feras oportet, quibus recte facere conſultando videare: vtpote qui demōſtres oratorum inopiam, periculorum magnitudinē, aut publicā vtilitatē, aut aliam huiuſmodi cauſam, qua auditorum indignationē ſoluturus ſis. Quòd ſi nihilominus auditores turbentur, breuiter dicendum eſt, vel tanquam in ſententiæ velut in cōmentationis figura, quarum omnium abſurdiſſimum venire quidem tanquā ea hiſce de rebus conſulturos quæ optima ſint. nunc autem quando quidem volunt eos audire qui ſentētiam dicūt, arbitrari pulchre cōſulere poſſe. & rurſum honeſtum eſt, aut ipſos aſſurgentes ſententiam dicere, aut dicentes audire quęcunq; ex ſuffragijs facere ipſi cenſuerint. Deliberatiuo igitur in genere ſic eſt & præoccupationibus vtendum, & tumultibus occurrēdum.

In iudiciali.

In iudiciali aūt præoccupationibus vtemur, quemadmodum etiam in prædictis. Occurremus autē tumultibus, ſi quidem in orationum principijs fiant, hoc modo. Non ne igitur abſurdum eſt legumlatorem quidem iuſſiſſe duas orationes aduerſariorum cuiq; reddendas, vos autem iudices ex lege iudicare iureiurādo adſtringi, deinde ne vnam quidem orationem audire velle, & eam quidē orationem quæ tantū conſilij vim habet, vt in ea audienda rectiſſime ſitis ſententiam laturi: vos autem in his adeo negligētes eſſe, vt cùm neque ipſa dictionum initia pertuleritis, iā omnia accuratiſſime didiciſſe exiſtimetis? & alio modo, qui non abſurdus eſt. Legumlatorem quidem in pari ſententiarum numero imperare reo victoriam dari: vos autem vſq; adeo cōtra de ijs ſentire, vt neq; inſimulationi reos reſpondentes audiatis. & illum quidē ob maius reorum periculum hanc ipſis prærogatiuam atq; priulegiū in ferendis ſententijs impartiri: vos autem contra ijs qui vllo ſine periculo accuſatum veniunt, neq; contentioſos neq; pertinaces eſſe: eos vero qui cum metu periculoq; criminibus reſpondent, clamoribus corripere atq; perterrere? Si quidem igitur in orationum initijs turbæ fiāt, hoc pacto erit ijs occurrendum. Quòd ſi quid in dictionis progreſſu dicentem turbauerit, ſi quidem pauci quidem id agant, ei unt hi corripiendi, dicēdumq; ipſorum profecto eſſe iuſſitum, vt ſeſe nunc ad audiendum præſtent, ne aliis recte iudicandi impedimēto ſint: cùm vero audierint, vt tunc quicquid libuerit faciant. Sin multitudo omnis tumultuetur, non ipſos iudices, ſed ipſum te corripias oportet. nam ſi illis moleſtus fueris, iram in te contrahes. ſi te vero accuſaris, ac dixeris deliciſſe, vt veniam conſequare facile præſtabis. Opus eſt etiam iudices deprecemur, vt nos dicētes benigne audiant, & quarum rerum clam ſententiam ſunt laturi, iam perſpicuam mentem ponant. Vt autem breuiter cōplectamur, turbis ſummatim occurremus vel ſententijs, vel cōmentationibus, oſtendemus q̄ perturbantes aut iuſto aut legitimo aut publico vtili aut honeſto repugnare. ex hiſce nanq; maxima ſit vt auditores à tumultibus acquieſcāt. Quomodo igitur præoccupationibus apud auditores vtendū ſit, & quo pacto turbis occurrēdum, ex antedictis cognoſcemus. Quæ autem ab aduerſarijs verſimiliter dici poterūt, rurſum quomodo præuenienda ſunt demonſtrabo. Porteq; ſuam deflebit inopiam, cuius non ego quidem, ſed huius mos erit cauſa. Et rurſus, Audio ipſum & hoc illudq; dicturum. In ſuperiore ergo oratione, quæ aduerſarij dicturi videantur, ſic præoccupādo & ſoluere & infirmare oportet. etenim tametſi ſumma ſunt quorum inſimulamur, non itidē magna ijs qui iam antea audierint, videtur. Quòd ſi ſecundæ in dicēdo partes nobis datę fuerint, & aduerſarij quæ dicturi ſumus præoccuparint, ea rurſum contra anticipando, ita à nobis ſoluenda ſunt. Hic autem nedum multa de me mētitus apud vos fuerit, ſed certò ſciēs ſeſe à me redargutum iri, meam orationē occupando calumniæ dedit, ne ea quam oranti ſibi præſtiteratis, in me audiendo attentione ſitis: vel ne ipſe orationem habeam apud vos ob eam quam hic de me prius calumniā habuerit. ſed planè puto oportere vos meam dictionem ex me ipſo potius quàm ex aduerſario meo cognoſcere: & ſi hęc ab eo ſunt prius dicendo inſimulata, quas non mediocres dixerim eſſe cōiecturas, cū nihil nūc ſani dictura re. Vtitur aūt & Euripides in Philoctete pulcherrime hac ſpecie hoc modo. Dicemus ipſi, licet & hic noſtram putet iam perdidiſſe dictionem, ſuggerens iniuriam feciſſe. verum ex me meas res diſce, ſeſe pandet hic de ſe loquens. Quemadmodum igitur præoccupationibus & erga iudices, & erga aduerſarios ſit vtēdum, ex his ſciemus.

Quomodo præoccupationibus apud auditores vtendum ſit.

De Poſtulatis.

De Postulatis. Cap. XIX.

POstnlata vero in orationibus sunt, quæ ab auditoribus oratores postulant. horum autem alia sunt iusta, alia vero iniusta. Iustum quidem postulatū est, per quod ijs quę loquimur, attentionem præstari, ac benigne audiri petimus. Iniustum vero quo ſm leges nos iuuari, ac nihil præter leges in nos decerni, & casibus ignoscēdū postulamus. Si quidem postulatum præter leges fuerit, iniustū: si vero ſm leges fuerit, iustum dicitur. Postulata igitur sunt huiusce modi: ipsorum autem differentias diuisimus, quò & iustum & iniustum postulatum dignoscentes, nō inepte ijs vti possimus, & ne nos aduersarij lateāt, cùm iniustum quicquā à iudicibus flagitant. Et de ijs quidem & ex antedictis scire poterimus.

De Iteratione. Cap. XX.

ITeratio autē est breuis admonitio. Ea vero vtendum est tum circa partium tum circa totius orationis exitū. Iterabimus autem summatim, vel ratiocinando, vel interrogando vel enumerando, vel eligendo. Ipsorum autem vnumquodq; quale sit demonstrabo. Ratiocinari igit̄ est huiusmodi. Ambigo autem ipse quidem quid hi fecerint, nisi vos plane antea reliquissent: arguebatur autem aduersus hanc vrbem nostrā cum exercitu processisse: nihil vero eorum vnquam quæ spopondissent, tactitarūt. Itaq; ratiocinari est huiusmodi. Enumerare autem tale est. Demonstraui autem ipsos qui priores societatem soluere, qui primum nos sunt adorti, quo tempore aduersus Lacedæmonios bellum gerebamus, quicq; maxime studuere vrbem nostram in prædam vertere. enumerare igitur est huiusmodi. Ex electione autem admonere est huiusmodi. Recordari oportet contigisse nobis, vt posteaquam societatem cum ijs iniuimus, nihil vnquam mali ab hostibus passi sumus. Nam cùm sæpenumero nobis auxilio venissent, Lacedæmonios, qui nostrū agrum deuastarent, propulsarunt: multas & pecunias etiam hoc tēpore ad nos deterunt. ex electione igit̄ hoc modo admonebimus. Ex interrogatione vero hoc modo. Libenter autem ex istis quærerem, quid vobis pro conuentis haud soluunt. neq; enim indigentes se dicere audeant, quippe qui tantum pecuniarum ex hoc solo quotannis accepisse demonstrentur. Neq; dixerint quidem multum ęris circa rempubl. consumpsisse. prorsus enim minores impensas, & reliqui omnes insulani pertulere. ex interrogationibus igitur hoc pacto tractabimus. Ex ironia vero, quā tū simulandi tum dissimulandi cauillationem vocamus, est cùm aliud dicimus, & aliud dicere simulamus. Eius autem forma sit huiusmodi, vt in antedictis breuiter commorando persistam. Nequaquam vero dicere oportet, meas inia, vt hi qui multa se bona fecisse prædicant, malis plurimis ciuitatem affecerint: nos vero qui ab ijs ingratitudinis carpimur, & ijs auxilio sæpe fuerimus, & iniuriā nemini intulerimus. Cùm igitur aliquid simulamus omittere, eo quod breuiter dicimus, hoc pacto admonemus. Res vero contrarijs nominibus appellare ita fit. Hi quidem probi viri multorum malorum socij exutere, nos autē ignaui plurimorum fuimus bonorum authores. Ex ijs igitur breuiter admonentes iterationibus vtemur, & circa singularum partium, & circa totius orationis exitum.

De Facetijs, prolixitate orationis, breuitateq;, ac earum medio. Cap. XXI.

VNde autem facete dicēdum, & pro arbitrio orationis prolixitate vtendū sit, rursus exponemus. Hic igitur facete dicendi locus est, si quidem cōmentationes totas medias ue dixerimus: ita vt quod reliquum est, medium auditores ipsi comprehendāt, quo locis & sententijs vti conueniat. Opus est autem in totam orationem facetias hasce dispartiamus, verbaq; cōmutemus, neq; caldē semper, in eandemq; sententiā frequentes afferamus: et hoc pacto nostra comis apparebit oratio. Qui vero dicēdi prolixitate vti voluerit, opus est rem diuidat, & quæ qualibet in parte insint, quamq; naturā sapiant, edoceat, eorumq; vsum omnē tum proprium tum communē, & ipsas causas enarret. Quòd si lōgiorem quoq; voluerimus orationem efficere, pluribus nominibus circa singula vtendum est: eritq; singulis in orationis partibus iterandum, & iterationem ipsam paucis absoluendū: in fine vero orationis hæc omnia, de quibus sigillatim dixeras, cōgestim ponas, ac de rebus omnibus dicas conuenit. Hoc igit̄ modo prolixiores reddi orationes poterunt. Qui autem dicendi voluerit breuitate vti, oportet totum negotium vno vocabulo complectatur, & hoc maxime quod in ipsa re breuissimum insit. Opus est etiam paucis vti copulis, plurima vero coniungere: nominibus ita vti, vt vna dictio duabus seruiat rebus: eritq; frequens illa iteratio è partibus amouēda, & in orationum dūtaxat finibus iterandum. Et hoc quidem modo breues poterimus orationes efficere. Quod si mediocritate vti in dicēdo volueris, partium maximas deligens, de hisce

hisce verba facias oportet. Est etiam medijs vtendum nominibus, quæ scilicet neq; lōgissima, neq; breuissima, neque multa de aliqua vna re sint, sed mediocria potius. Oportet & epilogos ex intermedijs partibus neq; omnino auferri, neq; vbiq; rursum inferri. sed quę maxime auditoribus nota esse volueris, in ijs maxime ad finem iterationibus vti cōuenit. Ex hisce igitur quandocunq; libuerit prolixitate vti in dicendo, gbimus. Quòd si facetam volueris orationem scribere, permaxime tibi obseruandū est vt verborum mores hominibus similes queas reddere. Id autem efficies, si qui magni, qui curiosi, qui mediocres sunt mores, consideraris. De ijs igitur poteris hac via cognoscere. De nominum vero compositione iam declarabimus, est enim etiam hoc apprime necessarium.

De Nominum compositione. Cap. XXII.

PRimū igitur figuræ nominū sunt tres, simplex, composita, & trāslata. Eodem etiā modo positiones sunt tres. vna quidem quæ in vocalem cōnexionibus terminat. & à vocali incipit. secunda vero quæ à muta incipiens, in mutam desinit. tertia autē quæ mutas vocalibus iungit. Item ordines sunt quatuor. quorum vnus similia nomina aut inuicem collocat, aut dispergit: alius vero qui eisdem rationibus vtitur, aut inuicē mutat: tertius vero qui vno multis ue nominibus rem appellat: quartus autē ordo est, quo gesta negotia nominamus aut præterimus. Quo autem pacto pulcherrimæ orationis filū texendum sit, nunc edocebimus.

De filo Orationis texendo. Cap. XXIII.

PRimum quidē interpretationem ipsam in duas partes distribuere, deinde conuenit dilucide dicere. In duas vero partes interpretationē distribuimus hisce modis. vno q; ipse potest & hoc & aliud. secūdo q; hic quidem haud potest, alius autem potest. tertio q; hic & hoc & aliud potest. quarto q; neq; ipse neq; alius potest. quinto q; ipse quidem potest, alter vero non potest. sexto q; ipse qdem alterū potest, alius vero non potest alterum. horum autē vnumquodq; ex hisce pspicies. Quòd etenim ipse potest & hoc & aliud, huiusmodi est. Ego autem nō harū duntaxat rerum author vobis extiti, verū & Timotheo, qui aduersus vos esset expeditiones ducturus, impedimento fui. Quòd vero hic nō potest, alter autem potest, tale est. Ipse quidem non potis est qui pro vobis legatione fungatur: hic vero qui Spartiatarum ciuitati amicus est, facillime apud eos quæ vultis queat efficere. Quod hic aūt potest & hoc & aliud, est huiusmodi. Nō autem in bellis solum hic se robustissimum & fortissimum præstitit, sed & cōsilijs ciuium cedit nemini. Quod autem neq; ipse neq; alius potest, tale est. Neq; ipse partus munitus manu hostes queat, neq; alius quisquam ciuium expugnare. Quod vero ille potest, ipse autem nequit, est huiusmodi. Nempe hic corporis valet viribus: ego vero sum corpore imbecillus. Quòd aūt ipse aliud potest, ille vero non potest aliud, huiusmodi est equidem. Ipse qui clauo & gubernaculis præsim valeo, hic autem neq; qui remo vtatur potis est. Figuras igitur interpretandi in duas partes facies, hoc modo: omnibus in rebus idem modus seruandus est. Quibus autem rebus dilucida tua reddat oratio, id rursum est considerandum.

De Oratione dilucida. Cap. XXIIII.

PRimum igitur quodcunq; dixeris propriis suisq; nominibus appella: & quicquid ambiguū fuerit, cauto. Caueas etiam oportet ne vocales deinceps ponas. Aduertēdum est præterea vt quos articulos vocāt, opportune & apte loces. Itē cōsideres opus est ne confusa sit, neq; perturbata nominum compositio. talis enim oratio & obscura est, & cognitu difficilis. Coniunctionibus vero quascunq; ante dixeris, consequentes reddito copulas. coniunctiones autem coniunctionibus reddere ita fit: ego quidē ad quid temporis dixeram, affui. tu autem quando te venturum dixeras, non venisti. Item cùm eadem coniunctio consequens sit, tu etenim & illorum author extitisti, & horū author ipse tu. De coniunctionibus igitur dictū est, ex quibus licet & reliqua quæq; coniectari. Ipsa vero nominū structura neq; confusa neq; perturbata fieri debet. & confusa quidem est huiusmodi, sicuti cùm dixeris: Graue est hunc verberibus afficere. nam obscurum esset qui esset cædē. q; si ita dixeris, graue est hūc verberibus ab hoc affici, pspicuam reddes orationē. structura igit̄ nominū cōfundere tale est. Vt aūt aduertas quo pacto articuli ipsi tēpestiue apteq; addant, ex hisce tibi liquidū fiet, οὗτος ὁ ἄνθρωπος τὸν τοῦτον ἀνθρωπον ἀδικεῖ. hic ipse homo hunc ipsum hominem iniuria afficit. nunc enim interiecti articuli dilucidam faciunt dictionem, exempti vero obscurā apud Græcos efficient. Contingit autē & aliquando contrarium. Quæ igitur in articulis seruari conuenit, huiusmodi sunt. Vocales autem iuxta inuicē ponēdæ non sunt, nisi aut alter

obscura

obscura reddatur oratio, aut replicatio quæ dã, alra'ue segregatio fiat. Ambigua vero fugere ita quibimus. quædam nomina diuersis seruiunt rebus: sicut ludus quem ludimus, & ludus schola. oportet autẽ in huiusmodi nominibus semper id cõplectamur, quod proprium est significatum, & dilucide quidem in nominibus, si hoc fecerimus, loquemur: ex superioribus vero præceptis in duas partes interpretationes distribuemus.

De Contentionibus. Cap. XXV.

DE contentionibus autem, & comparibus, & similiter cadentibus iam dicere aggrediamur. nam & his quoq; nobis opus erit. Est igitur contentio quæ contrarium nomen simul & vim oppositis rebus habet, aut horum alterum. Quæ igitur contrarium nomen simul & vim habet, huiusmodi esse poterit. Non enim iuris est hũc meis rebus vtiurpando locupletari, me vero meis priuatũ rebus pauperie ita premi. Contentio vero nominibus solis erit huiusmodi. det enim locuples ac felix pauperi & egeno. Vi autem contentio hæc fit: Ego quidem hunc aduersa valetudine laborantem curaui, hic autem mihi maximorũ author malorum extitit. nã hoc loco nõ in nominibus, sed in ipsis rebus contrarietas est. Quæ ergo & vi & nomine contentio fuerit, ea erit longe pulcherrima, reliquæ vero contentiones duæ sunt.

De Compari. Cap. XXVI.

COmpar autem est, quando duæ pares enunciantur clausulæ. Pares autem esse poterunt multæ etiam paruæ clausulæ paucis magnis, & pares magnitudine paribus numero. Figurã vero habet compar huiusmodi, aut propter pecuniarum inopiam, aut propter belli magnitudinem. hę nanque clausulæ neq; similes neq; contrariæ, sed tamen inuicem pares sunt.

De similiter cadente. Cap. XXVII.

SImiliter vero cadens est quod cõpari quidem maius est. non enim pares solũ clausulas, verum & similes & similibus efficit verbis. est autem huiusmodi, quantum te docet orationis imitatio, tantum adsit delectationis machinatio. Maxime vero similes fieri oportet exitus dictionum. ijs nãq; vel in primis efficitur similiter cadens. Similes autem dictiones sunt ex similibus syllabis, in quibus plurimæ literæ eædem sunt: sicuti militibus nullis valet, & viribus multis caret. quæq; vero extra artẽ posita sunt, ea vltro idipsum demonstrabunt. Sed de his hactenus satis. etenim iustum & honestũ & vtile reliquaq; & ipsa quę sunt tenemus, & vnde his affluamus, ex antedictis plane cognoscimus. Eodem autẽ modo quę sint amplificationes extenuatiõesq;, & ex quibus hæ locis desumantur intelligimus, identidem vero & præoccupationes, & postulata ab auditoribus, & iterationes & facetias, & orationum prolixitates, & ipsius interpretationis structurã omnẽ scimus, quas ob res cõmunem omnium specierũ vim atque differentiam, ipsarumq; vsum omnem si ex antedictis tenuerimus, a illue fecerimus facile nosmetipsos qui his oibus pro artis præceptis exercitati abundemus, & adiumẽti ex ipsis plurimum tum dicendo tum scribendo consequamur. Igitur precepta causarum hoc pacto accuratissime per partes distribueris. Vtaũt pro vnaquaq; specie ad humani corporis effigiem verba locari cõueniat, & quæ sint circa orationis partes obseruãda, & quomodo hisce partibus sit vtendũ, vtrsum ostendam. De exordijs igitur dicendum est prius, ea vero septem speciebus communia sunt, & omnibus in negotijs congrue dici poterunt.

De Exordijs in Deliberatiuo causarum genere. Cap. XXVIII.

EXordium est (vt cõpendio dixerim) oratio quædam quæ rebus ijs de quibus reliqua futura est dictio, summatim expositis, auditorum animos ad attẽtionem idonee, & quoad fieri dicendo potest, ad beneuolẽtiam nobis comparat. hæc enim per exordiũ præstari cõuenit. Quomodo autem eo vtamur, primum quidem deliberatiuo in genere, & in suadendi specie ostẽdam. Cùm rem igitur auditoribus proponere, ac liquidam facere voluerimus, fieri poterit hoc modo. Surrexi, vt quo pacto pro Syracusanis bellãdum sit consulã. vel hoc modo. Surrexi, vt quid sentiam dicam, qui non deceat nos Syracusanis auxilium ferre. Hoc igitur modo summatim rem exponemus. Qui vero ad attẽtionem exhortemur, scire ex hisce poterimus, si nos ipsi animaduerterimus qbus & verbis & rebus ad audiendam sententiam attenti sumus. Nempe his sumus attenti, cùm de magnis vel terribilibus vel ad nos pertinentibus rebus cõsultamus, aut cũ orantes ipsi demonstraturos se dixerint iusta illa esse & honesta & vtilia & facilia & vera, ad quæ nos gerenda exhortantur, aut cùm nos rogauerint se attente audiamus. Quemadmodũ igitur ipsi alijs solemus, ita & nos, si quæ ex præmissis commodissima in præsentem rem fuerint delegerimus, eaq; auditoribus

Docilitas.

Attentio.

auditoribus perspicua reddiderimus, eos nobis attentos faciemus. Ad attentionem igitur ex his auditores exhortamur. Beneuolentiam vero comparabimus, si consideraueri-

Beneuolentia.

mus primum quo in nos animo ipsi sint, beneuolo'ne an infesto, aut neq; bono neq; malo. Si beneuoli ergo fuerint, de beneuolentia dicere superuacaneum cedat. Verum si omnino id facere voluerimus, oportet paucis cũ dissimulatione quadam id fieri, hoc modo. Quanta sit mea in hanc vrbem beneuolẽtia, vt quæ sæpenumero suasu meo quæ factu essent vtilia gesseritis, & qua me ꝓterea ad communia commoda præbeo iustitia, quippe qui publicarum magis quàm priuatarum mihi rerum habendam rationem censuerim, nequaquam à me dici opus existimo. hoc enim vobis perspicuum est & cognitum. verũ quòd & nũc, si fidem adhibere mihi volueritis, consuletis in rem pulcherrime, hac de re vt vos edoceam dabo operã. Hoc igitur modo eos qui bono sunt in nos animo, in consultationibus beneuolentiæ admonebimus. si vero auditores neq; nobis infesti sunt, neq; beneuoli, dicendum est & iustum esse, & conducibile, eos his ciuibus beneuolos fieri, qui nullũ sui dederunt experimentum. deinde oportet laudare auditores demulcere, quòd iuste & grauiter quæ dicuntur iudicare consueuerint. item & extenuationes afferendæ: sicuti si dicatur, Surrexi non tam vlla dicendi vi elegantia'ue confisus, quàm existimãs ea à me narrari, quę ad communem vtilitatem cõmodumq; accedant. Cùm igitur auditores neq; à nobis alieni, neq; beneuoli nobis sunt, ex huiusmodi rebus beneuolẽtia captabitur. sin autem calumniæ obnoxij apud auditores fuerint, necesse est aut ipsos in sese, aut res de quibus dicunt, aut ipsam demum orationem calumnias continere. Hæ autem calũnię aut ex præsenti aut ex præterito tempore trahuntur. Ex præterito quidem tempore, si qua improbitatis suspicio de aliquo habeatur, primum in auditores præoccupatione vtendum est, atq; dicendum ita. Neque ipse quidem ignarus sum me apud vos calumnia affectum esse, sed omnem ego de me insimulationem falsam esse demõstrabo. Postea summatim enumerando in exordijs dicendum erit, si quid in rem tuam oratione complecti queas, & aut vituperanda iudicia. necesse enim est siue publice siue priuatim calumnia de quopiam facta sit, vel esse vel fore iudicium, vel nolle accusatores iudicium sumere: eritq; dicendum vt iudicatum iniuste fuerit, quodq; inimice nobis homines nocuerint: aut si minus hoc verisimile visum fuerit, dicẽdum erit satis id esse debere, quod minus tunc ex sententia nobis cesserit: iniustum autem esse, cùm res iudicatæ tam fuerint, rursum easdem calumniari. Si vero celebre sit iudicium futurum, te paratum planè dicito, qui ad insinuationes in hoc ipso pulcherrimo confessu respondeas, & si quid aduersus Rempublicam per iniuriam patrauisse demonstretis, te morte multatum iri. Sin autem accusatores minus in causa persistãt, eadem oportet vti coniectura, quoniam talem de nobis calumniam detulissent, desistũt causa. non enim cõsentaneum videbitur nolle eos iudicium capere, qui veram accusationem detulerint. Vsque vero in calumnias acerrime est inuehendum, dicẽdumq; quàm trux & communis & multorum malorum causa. Ostendatur quoque oportet permultos tam iniuste per calumniam periisse. Item monendum, stultum esse, eos qui de republica consultant, non quæ ab omnibus dicuntur audire: & quod vtile sit animo volutare, sed aliquorum insinuationibus commoueri. Commonefacias autem atq; pollicearis oportet, ea te de quibus consulere tis pollicitus, & iusta, & vtilia, & honesta demonstraturum. Eos igitur, quorum ex præterito tempore calumnia delata sit, conuenit hoc pacto insimulationes in consultationibus soluere. Ex præsenti vero tempore oratoribus calumniam solet afferre primum quidem ætas ipsa. nam siue omnino iuuenis siue senior concionatur, auditores molestè ferunt. Huic enim non dum incipere, illi vero iam quiescere decorum esse putant. Deinde si crebro orationem habere consueuerit. hic enim importunus videtur esse. Et si nunquam antea orationem habuerit. nam & huic alicuius priuati commodi gratia præter consuetudinem videtur concionari. Ex præsenti igitur tempore huiusmodi poterunt in illum insimulationes fieri, qui apud concionem orauerit: sed causa de ijs afferatur necesse est. A iuniore quidem ex consultantium inopia, & ex eo quod suum esse potissimum videtur: quemadmodum si dixero de iudicio lãpadarchiæ, vel de gymnasio, vel de armis, aut de equis, aut de re bellica. horum enim non minima pars adhæret iuueni. Dicendum est autem, quòd tametsi nondum iuuenis per ætatem prudens esse potest, verum natura & diligentia quadam certe potest. Ostendendum est etiam qui aliquid imprudenter gesserit, aduersum casum sibi priuatum dari: affecu-

to vero communem esse vtilitatem cum reliquis. Iuuenis igitur ex ijs atque similibus. argumentabitur. Senior autem argumentabitur & ab inopia consultantium, & à facultate sua, pręterea & à magnitudine & nouitate periculorum, & ab alijs huiusmodi rebus. Crebro autem dictionem habere cõsuetus, ab experientia argumentabitur, & ab eo quòd turpe sit non eum sententiam nũc dicere, qui antea consueuerit. Non autem consuetus argumentabitur, tum à periculorum magnitudine, tum ab eo quòd necesse omnino sit eum qui ciuitatis est particeps, de ijs quæ in pręsentia aguntur, sententiam dicere. Eas igitur insimulationes quæ in concionibus circa hominem fiunt, hoc pacto refellere studebimus. Fiunt autem circa rem, cùm quis nihil neque ijs à quibus nulla simus iniuria lacessiti, neq; ijs qui fortiores potẽtioresq; sunt, pernoscendum esse consultat, aut pacem turpẽ fieri persuadet, aut circa Deorum immortalium sacrificia quàm minimos effici sumptus monet, aut huiusmodi quicquam narrat. Oportet autẽ in huiusmodi rebus præoccupatione prius ad auditores vti, quarum causam aut in necessitatem, aut in fortunam, aut in tempora, aut in aliquod cõmodum referamus, dicamusq; non consultãtibus quidem esse, sed rebus potius huiusmodi causam adscribendum. Hoc igitur modo eas quæ circa rem sunt insimulationes à consultantibus remouebimus. Oratio vero ipsa in concionibus solet insimulari, cùm aut prolixe, aut nimis prisce, aut minus probabiliter dicatur. Et si quidem longa fuerit, in rerum multitudinem causa est referenda: sin prisca sit, doceatur oportet nunc ipsam tempestiuam esse. Sin autem minus probabilis sit, polliceris oportet eam te veram in dicendi progressu demonstraturum. Consultationes igitur ex ijs rebus principio constituemus. Quo vero vtamur ordine, animaduerti conuenit. Si quidem nulla prorsus insimulatio sit nec; nobis, nec; orationi, nec; ipsi rei, à propositione continuo est inchoandum. Attente aũtem quæ dicuntur, humaneq; audire ad postremum exhortabimur. Sin vero aliqua sumus ab illis qui ante dixerunt, insimulatione præuenti, post anticipatam auditorum opinionem eorum quorum insimulati fuerimus, & responsiones et causas breuiter in medium differentes, ita proponemus, & auditores ad attentionem exhortabimur. Exordia quidem in consultationibus hoc modo sunt constituenda.

De Narratione in eodem genere. Cap. XXIX.

POstea vero necesse est aut res gestas à nobis renunciari referri ue, aut res præsentes diuidendo exponi, aut quæ futuræ sunt, iam p̃dici. Cũ igitur de legatione sit nobis renuntiandum, omnia quæ dicta fuerint, diluci de narrare oportet, quò primum quidẽ grauitatem oratio præ se ferat. hæc enim renuncia tio solum erit, nullaq; alia orationis figura incidet. Deinde si quidem nobis ex sententia minus res contigerit, non vlla id negligentia nostra, sed alia quadam causa accidisse auditores existiment. Sin vero ex sententia contigerit, non casu aliquo sed nostra diligentia & industria id factum opinentur. Hæc autem eo facilius credũt, si quoniam gestioni negotiorum nequaquam interfuerint, nostram in oratione negligentiam, promptitudinemq; perspexerint, vtpote qui nihil omittamus, sed vnũquodq; q̃ accuratissime referimus. Cũ igit̃ legationẽ renũciemus ijs causis, singula quæq; quo pacto gesta fuerint, renunciari oportet. Cũ vero ipsi concionãtes aliquid p̃teritũ narramus, siue ẽt presentia exponamus, siue prędicamus futura, necesse est vt vnũquodq; horũ & breuiter & dilucide & nõ sine, pbabilitate faciamus. dilucide quidem, vt quæ dicũtur, cõprehendi queant: breuiter aũt, quò quæ dicta fuerint, memoriæ auditores tenẽt. Probabiliter vero, ne ipsi auditores priusquã probationibus atq; iuris partibus nostram orationem confirmauerimus, nostras iam narrationes falsas esse reprobent. Dilucide igitur exponemus aut à nominibus, aut à negotijs. A negotijs quidem, si non ea perturbate exponamus, sed rerũ ac temporum ordinem seruemus, reliqua vero deinceps collocemus: & si neq; eo de quo dicere cœperimus, relicto negotio, in rẽ aliam transeamus. A negotijs igitur hoc modo dilucide narramus. A nominibus vero, si quãmaxime idoneis rerum nominibus negotia appellemus, & si nõ ambiguis vtamur, neq; perturbate ipsa collocemus, sed vsq; cohærentia deinceps ordinemus. Dilucide igit̃ exponemus, si hæc diligenter obseruauerimus. Breuiter vero narrare poterimus, si tum ex negotijs, tũ ex nominibus ea remouerimus, quæ non sint dictu necessaria, & ea solum complectemur, sine quibus obscura redderetur oratio. Et breuiter quidẽ hoc modo exponemus. Probabiliter autem à nobis narrabitur, si ad ea negotia quæ minus verisimilia videnť, causas attulerimus, quibus illa nõ absurde gesta videantur. Siqua vero omnino incredibilia cõtigerint, ea relinquamus necesse est. Sin

est. Sin autem necessaria sunt quæ dicantur, ea te scire ostendas oportet, sed ad confutationis partem, quia cum illa implicata sint, dicenda reseruare, orationisq; progressũ id te verum demonstraturum polliceri, ea vsus argutia, q̃ quæ prius abs te dicta fuerit, ea prius vera iustaq; demonstrare, q̃ aliud huiusmodi quicquam velis. Et hoc quidẽ modo his quæ minus verisimilia sunt medebimur. Vt autẽ summatim vna omnia complectamur, & renunciando, & exponendo, & prędicendo, ex his omnibus quę ante diximus dilucidas, breues, & probabiles narrationes faciemus.

De ordine Narrationum. Cap. XXX.

EAs autem tripliciter ordinabimus. Nam si quidem ea, de quibus dicimus, pauca sint auditoribus cognita, exordio narrationẽ coniungemus, ne pars hæc separatim posita breuis admodum fiat. Cùm vero negotia & permulta & incognita sint, ad vnumquodq; conuũctas narrationes faciemus, easq; iustas & vtiles & honestas ostendemus: quò nõ modo in narrandis rebus occupati simplicem & non varietate quadam insignem orationẽ faciamus, verum & auditorum animos capiamus. Sin autem negotia mediocria, et minime nota sint, opus est vel renũciationem vel expositionem vel prædictionẽ in exordio vno & eodem quasi corpore collocemus. Hoc autem faciemus, si à rerum initio ad extremum vsq; narrãdo prosequamur, & nihil aliud cõplectamur, sed ipsa negotia expedite declaremus. Quemadmodum igitur in exordio narrationes ordinandæ sunt, ita scire poterimus.

De Confirmatione. Cap. XXXI.

DEinceps autem confirmatio sequatur necesse est, per quam prenarrata negotia ex probationibus & iustis & vtilibus, sicuti nos demonstraturos polliciti sumus, confirmabimus. Cùm igitur conũctas narrationes facere oportet, probationes in consultationibus q̃ cõmodissime dicuntur à rerum cõsuetudine, ab exemplo, à cõmemoratione, & ab ea, quæ de oratore sit apud omnes opinione. Vtendum est etiam & si qua ex alijs probationũ partibus inciderit. eæ vero sic sunt collocandæ. Primum quidem dicentis opinio. sin id minus poterimus, rerum cõsuetudines ordinabimus, demonstrabimusq; & hæc quę dicimus, vel & his similia hoc modo fieri consueuisse. deinde vero exempla adferemus: & si qua est cum his quæ à nobis dicuntur, similitudinem adducemus. ea autem exempla capiamus oportet, quæ tum rei congruãt, tum ipsis auditoribus vel loco, vel tempore sint proxima. si autẽ secus sint, debemus ex alijs, quæ maxima & notissima sint accipere. post hæc vero sententijs vtẽdum est. Oportet autem eas partes, quibus probabilia & exempla tractata fuerint, in fine commentationibus & sententijs terminemus. Et probationes quidem hoc modo ad negotiorum confirmationem adducemus. Si vero narratis rebus continuo sit fides adhibita, probationes ipsas relinquemus, & à iusti & legitimi et vtilis & honesti & iucundi & facilis & possibilis & necessarij partibus antedicta negotia confirmabimus. Et si quidem iustum inesti, id primum collocabimus & per hoc, perq; hunc simile, & per contrarium, & per iudicatum iustum enarrabimus, & similia his iustis de quibus loqueris, exempla sunt afferenda. habebis autem permulta exempla tum ex his quę priuatim apud singulos iusta existimantur, tum etiam ex his quæ in ipsa vrbe vbi orationem habes, tum demum ex his quæ in alijs vrbibus iusta duci solent. Cùm vero hęc omnia hoc modo percurrentes narrauerimus, in ipsius que iusti fine sententias commentationesq; moderatas & sibi inuicẽ dissimiles attulerimus, si quidem ea pars longa sit, eius que meminisse voluerimus, paucis iterabimus: sin aũt mediocris sit, commemoretur q;, tunc vbi eam finierimus, aliam quoque partem adiungemus. est autem id huiusmodi. Quòd iustum quidem est auxilium nos ferre Syracusanis, satis ex ijs quæ dicta sunt demonstratum existimo: quòd autem etiam id nobis conducturum sit, enitar edocere. Et cùm rursus eodem modo vt de iusto facturas, vtile percurreris, & eius extremam partem vel breuiter iterando, vel finiendo absolueris, itidem aliam partem, quæcunque tibi in manu fuerit, adiunge. Hoc igitur modo aliam alij partem addere, & orationem cõtexere opus est. Cùm hæc vero omnia profecutus fueris, quibus ea quæ persuades, confirmare queas, oportet in his de omnibus summatim cum commentationibus & sententijs coloribusq; demonstres nõ ea efficere & inutilium & pernitiosum & turpe & tristi admodum fore, contra vero summatim addendum est, & iustum & vtile et honestum voluptuosumq; futurum, si hæc ad quæ eos exhortaris, effecerint. Vbi vero iam satis abunde que sententiarum grauitate vsus fueris, quæ persuades, conclusione terminabis, & hoc quidem modo quæ proposita fuerint, confirmabimus. Post hanc autem partem de præoccupatione dicere aggrediemur.

De præoccupatione. Cap. XXXII.

EST autem præoccupatio, eorũ locorum, qui contra tuam dictionem haberi possent, præoccupans reprehensio. Oportet autem quæ ab aduersarijs dicuntur extenuare, tua vero amplificare, veluti supius in amplificandi tractatu audieras. Opus est etiam conferas vnum vni, cùm tuum scilicet maius sit: & plura pluribus, & vnum multis, & multa vni, sic ſm omnem speciem varietate debemus vti, nostra quidem augendo, aduersarioꝝ autem infirmando atque deprimendo. Et hoc quidẽ modo præoccupationibus vtemur. hæc aũt vbi fuerimus prosecuti, iterationibus exitũ terminabimus, coloresq; antedictos rõcinatiõis, vel enumeratiõis, aut electionis, aut iterrogationis, aut ironię assumemus.

De Suadendi, Dissuadendiq; forma. Cap. XXXIII.

QVòd si ad ferendum aliquibus auxilium suaserimus, siue priuatis hominibus siue vrbibus, paucis dicere conueniet, & si qua his in auditores siue amicitia, siue gratia, siue misericordia præcellerit, in mediũ referre congruũ erit. maxime enim omnes his auxilio esse volunt, qui tali animo in eos fuerint. diligũt enim eos, à quibus vel ab ipsis vel ipsorum amicis aliquid beneficij siue ipsi, siue alij qui eis curæ sunt, vel opportune susceptile, vel suscipere, vel susceptum ire crediderint. his autẽ habẽt gratias, qui siue ipsi siue ipsorum amici, aut in eos aut in eorum necessarios boni quippiam opportune, vel contulisse, vel cõferre, collaturi ue putentur. Si horum igitur aliquid vnum incidat, id breuiter doceamus, & ad misericordiam redigamus oportet. Id autem affatim facere poterimus, si cognouerimus solere omnes in eos misericordia moueri, quos familiari erga se animo esse opinent, aut indignos calamitate suspicantur. Hæc autem in ijs esse ostendes, quos misericordia dignos velis demõstrare: estq; demonstrandum eos inique passos, vel pati, vel passuros vbi minus his auxilio auditores fuerint. sin vero hæc in illis nõ sunt, demõstrabis eos omnium bonorum inopes esse, quorum cæteri omnes aut plurimi sint participes, quiq; nihil vnquam boni vel nacti fuerint, vel nanciscantur, nacturi ue sint, nisi auditores hoc tempore ad misericordiã mouentur. Ex his igitur auditores ad misericordiam inducemus. Dissuadere autem ex contrarijs locis poterimus, eodemq; modo exordiemur, & narrabimus, & probationibus vtemur, auditoribusq; ostendemus, quæ facere aggrediuntur esse & præter leges, & iniusta, & pernicioſa, & turpia, & tristia, & impossibilia, & difficilia, ac minime necessaria. In dissuadendo vero idẽ dispositionis modus seruabitur, qui ẽt in suadendo. quam obrem qui vltro dissuadẽt, disponere ita poterunt. Qui vero aliorum suasionibus contradicere voluerint, primũ quidem ea in exordio proponere debent, quibus sint cõtradicturi: in reliqs vero singillatim est exordiendũ: post singula vero prædictorũ exordia est ſm vnumquodq; propositũ maxime demonstrandũ, minime omnium ea esse ad quæ aduersarius exhortetur, neq; iusta neq; quę ijs sequuntur. hoc aũt facies vt ostendas, vel iniusta esse quæ ille narrat, vel inutilia, vel his similia, aut iustis cõtraria, aut vtilibus, aut his quæ talia esse iudicantur. eodẽ quoq; modo & cætera quæ inciderint, tractare debebis. Optimus igitur dissuadendi modus hic est. Quòd si minus hoc facere cõmode potueris, ex eo quod reliqueris genere dissuadere orãdo poteris: vt si qdem aduersarius iustũ esse ostenderit, tu vel turpe esse, vel inutile, vel difficile vel impossibile, vel aliud quiduis hmõi enitere demonstrare: sin vtile aduersarius esse ostenderit, iniustũ ipse, & si quid aliud opportunũ ad id habueris, demonstrabis. tua ꝓterea augendo, & aduersarij deprimẽdo facies, quẽadmodum in suasionibus dictũ est. Decet eodẽ quoq; modo inias cõmẽtationesq; afferre, ꝓoccupationesq; retellere, ac breuiter ad exitũ iterare. Præterea quoq; in suasionibus ostendendũ est, aut eos quibus auxilũ ferendũ suademus, horũ amicos esse, quos ad id faciũdũ exhortamur, aut hoc, gratias his deberi qui deprecantẽ: quibus vero auxilũ ferre dissuaserimus, eos vel ira, vel inuidia, vel odio dignos ostendemus. In odiũ quidẽ adducemus, si ab illis aut ipsos auditores, auditorũ ue amicos, aut alios qui his curę sint, mali quippiã inique passos demonstrabimus. In iram aũt rapiemus, si vel auditores ipsos, vel ipsorũ amicos, vel alios qui his sunt curæ, indigne neglectos iniuriaue affectos ostẽdemus. In inuidiã vero cõtrahemus, si sũmatim indigne fortunatos extitisse, aut esse aut fore, vel si nullius vnq; boni fuisse inopes, aut esse aut futuros, vel si nũquã malorũ quippiã passos, aut pati, aut passuros demonstrabimus. In inuidiã igitur & odiũ atq; iram hoc modo concitabimus: beneuolentiã vero & gratiã & misericordiam ex his poterimus cõparare, quæ in suasionibus dicta sunt. Eas autẽ ex antedictis omnibus contexere ordinareq; poterimus. Species igitur suadendi & qualis ipsa sit, & ex quibus constet, & quomodo ea vtendũ sit, ex ijs liquido cognoscimus.

De Orationis partibus in Demonstratiuo genere. Cap. XXXIIII.

RVrsum autem laudandi, vituperandiq; speciem deinceps cõsideremus. Cùm in hoc genere exordiri voluerimus, propositiones primum ordinamus, insimulationesq; dissoluimus, itidem atq; in suadendo. Ad attentionem vero exhortamur, tum ex his quę in consultationibus dicta sunt, tum ex eò ꝙ mirabilia illustriaq; dicamus, vt æquitatẽ nostram, eorumq; quos vel laudamus vel vituperamus, facinora demonstremus. in huiusmodi enim causis vt plurimum non disceptationis, sed ostentationis potius causa orationem habere consueuimus. Primum autem exordia eodẽ modo constituemus, qui in deliberatiuo à nobis genere demonstratus est. Post exordiũ vero partiri debemus & ea quę extra virtutem sunt, & ea quæ in ipsa virtute bona considerantur, hoc modo: externa quidem bona in bonam valetudinem, & robur, & formæ dignitatem, & diuitias: virtutem vero in sapientiam, iustitiam, & fortitudinem, illustresq; disciplinas distribuimus. Horum autem quæ in virtute posita locataq; sunt, iure laudantur, extraria autem subducuntur. Robustos nanq; & pulchros, & nobiles atq; locupletes nequaquam laudare, sed dicere beatos conuenit. His autem diligenter consideratis, post exordia de genere primum dictionem ordinabimus. Hoc enim primum hominibus ac reliquis animalibus clarum ineſt, vel obscurum. Proinde recte quidem aut hominem, aut aliud tale animal ex genere commorabimus. Cùm vero aut affectũ, aut rem, aut orationem, possessionem ue laudare voluerimus, cõtinuo ex ijs quę honesta adsunt, nõ absurde laudabimus. A genere autem laudare ita cõuenit. Si quidem progenitores insignes fuerint, debemus omnes ab initio ad eum vsq; quem laudatum volumus, resumere, & in singulis progenitoribus clarum aliqd summatim apponere. Quòd si primi illustrij insignesq; fuerint, reliquos vero nihil oratione dignum gessisse contigerit, primos qdem illos eodẽ modo prosequemur, ignauos autem atq; degeneres omittemus, ea vsi cauillatione, quòd propter maiorũ multitudinem nolimus auditoribus orationis longitudine graues esse: præsertim cùm nemini sit obscurũ, qui ex bonis clarisq; parentibus nati sunt, eos consentanee fieri suis maioribus non dissimiles. Sin autem veteres progenitores obscuri fuerint, qui vero proxime extiterunt, illustres: ab ijs est laus generis capienda, dicendũq;, vt de illis quidem longã repetere quandam orationem superuacaneum admodum fuerit. Sed si eò laudes referantur: qui proximi ijs qui laudantẽ extitissent, planè & hi quoque boni probiq; viri ostendentur, quòdque perspicuum sit horũ maiores industrios quosdam insignesq; extitisse. Haud nanq; verisimile videri, huiusmodi homines honestos & bonos esse, qui ex improbis progenitoribus nati essent. Vbi vero nullus maiorũ sit splendor, dices ipsum in se generosum esse, collegesq; eos omnes ingenue natos esse qui ingenitam sibi virtutẽ habent, & eos alijs quoque omnibus lõge antecellere, qui suos progenitores laudãt: permultos enim qui ex claris maioribus nati essent, degeneres extitisse. addesq; ꝙ de huius nunc & non de progenitorum præconijs agatur. Eodem autem modo in vituperationibus origo generis in improbos maiores referenda est. Et ita laudando ac vituperando quæ ad genus pertinent, ordinabimus. Et si quid illi de quo loquimur, præclarũ fortuna cõcesserit, hoc dũtaxat tuebimur, vt ea quæ ætati cõueniũt enarremus, & id quidẽ haud prolixe: pueri nãq; tã suo ingenio q̃ eorũ qui ipsis præfuerint, diligentia, honesti pudiciq; sunt. Quare breuis de ijs est habenda oratio. Cũ hunc aũt modũ percurreris, habita ad posterũ cõmentatione atq; inia, debes hanc partẽ in adolescentis ætatẽ terminare. Et ꝓpositione deinde facta, aut eius qui laudat, res gestas, aut mores, aut studia amplificabis, quẽadmodũ ab initio in demonstratiuo genere prius diximus. Exponesq; ab huius quẽ ipse laudas, cũ esset hac ætate, aut per hunc, aut per studiũ, aut ex hoc aut huius vita, tũ hoc tũ illud præclarũ factinus gestũ fuisse. Oportet & cæterorũ quoq; inuenũ præclara facinora colligẽdo cõferre, & huius longe ijs maiora esse ostendere: illorũ quidẽ quę minima sunt, huius aũt quẽ tu laudas, quę maxima sunt enarrãdo. Cõuenit aũt & quæ apud alios res illustres parũ pro dignitate collatæ fuerint, eas abs te dicẽdo itidẽ magnas demõstrari. Et semper res ita cõparãdo augẽdę & exornãdę sunt: vt, Vbi, & quis inuenis ita Philosophus vnq; fuit, qui vel senior magnũ adeo incrementum habuerit? Et qui adeo robuste gymnasiorũ labores pterit, vehemẽter is Philosophię studiũ et industriã adamabit. Et hoc quidẽ modo similitudine et collatione vsi amplificabimus. Cũ vero quę circa ætatẽ adolescẽtis cõsiderant, absoluerimus, in fine huius partis inias cõmentationesq; locabimus, aut quæ dicta sunt breuiter iterãtes, aut ad postremã partẽ finientes. Rursus vbi ꝓposuerimus quæ gesta sint ab ipso viro quẽ laudamus, de

ſtitia primum dicere aggrediemur,quam eo-
dem modo vt in ſuperioribus exornãtes, ad
prudentiã,ſi fuerit,deſcendemus. Et hanc eo
dem quoq; modo abſoluentes,fortitudinem
ſi fuerit,proponemus.Quam eadem amplifi
cationis ratione item percurrentes, cũ ipſius
finẽ partus attigerimus, & omnia genera pro
ſecuti ſumus, ſummatim quæ ante dicta fue
rint iterantes, exitum vel ſententia, vel com
mentatione toti orationi apponemus. Con-
gruet autem laudibus,nominibus etiam mul
tis circa vnumquodq; vti, & ſplendidam fa-
cere dictionem, atque magnificam. Eodem
quoque modo cùm de nequam hominibus
oratio nobis erit, vituperationes conſtitue-
mus.Oportet autẽ nullis in eum vtamur ca-
uillis quem carpimus,ſed ipſius duntaxat vi
tam enarremus. Sermones enim longe ma-
gis quàm iocoſæ obiurgationes atque cauil-
la & auditoribus perſuadent, & ægritudine
quos vituperamus afficiunt.Nam huiuſmo-
di quidem ſales ad ideam, vel ad ſubſtantiam
referuntur. Sermones vero ſunt ingeniorũ,
morumq; veluti imagines. Cauendum eſt ẽt
ne res turpes nominibus appelles turpibus.
Id enim adfert grauitati calumniam.Sed quę
huiuſmodi ſunt, tanquam per ænigma ſigni
ficabimus, & aliarum rerum nominibus rem
ipſam manifeſtabimus. Debemus autẽ in vi
tuperationibus ironia vti, & in ijs aduerſarium
deridere, quibus ille maxime exultat: & pri
uatim quidem paucisq; preſentibus eum de
honeſtare.In vulgus autem & multitudinem
communes maxime vituperationes maledi
cere. Vituperationes vero eodem modo po
terimus, quo etiam & præconia & augere &
extenuare.Itaque harum ſpecierũ ex ijs quæ
ſuperius dicta ſunt, vſum oẽm intelligemus.

Cum ratio vituperandi reſoluenda ſit.

*Accuſationis Quæſtionisq; præcepta: quæ ad Iudicia-
le genus ſpectant. Cap. XXXV.*

RElíquum eſt vt accuſandi quærendiq;
præcepta peragamus,quæ rurſus quẽ
admodum in iudiciali genere dictum eſt com
ponemus, ordinabimus, percurremus. Pri
mum igitur in exordijs rem,de qua fit accuſa
tio vel defenſio,,ponemus, vt etiam in alijs
præmiſſis ſpeciebus.Ad attentionem autem
ab ijſdem locis exhortabimur, quos in ſuadẽ
do diſſuadendoq; docuimus. Item etiam de
beneuolentia idem quoque modus ſeruan-
dus erit, qui in deliberatiuo genere præmiſ-
ſus eſt. Nam is cui auditores beneuoli ſunt,
ex præterito aut præſenti tempore, & is, ne
calumnia affectus ſit, ad eos irritãdos vel in
ſe, vel in rem ipſam, vel in orationem, bene-
uolentiam captabit eodem modo, vt illic do
cuimus. Is vero, in quem neque beneuoli au
ditores, neq; intenſi fuerint, beneuolentiam
captare poterit ex præterito præſenti ue tem
pore, vel per ſe ipſum,vel per rẽ,vel per ora
tionẽ. Ille autem, qui apud auditores calum-
niæ obnoxius factus fuerit, partim mixtim,
partim priuatim beneuolẽtiam captabit.Hic
igitur modus erit,per quem beneuolentia cõ
parabitur. Enimuero hi aduerſus quos neq;
bono neque malo animo auditores fuerint,
paucis ſunt laudandi,& aduerſarij vituperan
di. Oportet autem eos ab ijs laudare quæ vi-
dẽtur maxime auditorum intereſſe: (dico au
tem ciuitatis ſtudioſum, amicorum obſerua-
torem, gratum, miſericordem, & ſimilia)ad-
uerſarios autem ab ijs vituperare, quibus au
ditores ad iram irritantur. Hæc autem ſunt ci
uitatis inimicus, amicorum hoſtis, ingratus,
immitis,& huiuſmodi. Opus eſt etiam laude
iudices delenire, quòd iuſti iudices graueſq;
ſunt. Aduerſariorum præterea defectus, ſicu
bi tibi minores extiterint ſiue ad dicendum,
ſiue ad agendum,ſeu ad aliud quicquã quod
in diſceptatione verſetur,erũt oratione com-
plectendi, & iuſtum præterea, & legitimum,
& vtile, & quę deinceps ſequuntur, inducen
da. Cùm iudices igitur neq; bono neq; malo
animo in nos fuerint, ex ijs beneuolẽtiam ca
ptabimus. Si quis vero in calumnia ſit, idq;
ex præterito tẽpore, & circa orationem,ſcire
ex antedictis poterimus,quo pacto inſimula
tiones ſoluere oporteat. Quòd ſi ex præſenti
tempore calumnia fuerit, neceſſe eſt circa ip-
ſum hominem eã fieri: aut ſi ineptus preſenti
controuerſiæ,aut ſi criminibus ſubcõtrarius,
aut ſi pro confeſſo acculationi obnoxius vi-
deatur. Ineptus quidẽ fuerit, ſi aut iunior aut
ſenior pro alio diſceptet. Subcõtrarius vero
eſſet,ſi quis robuſtus imbecillũ verberationis
accuſet, aut ſi quis cõtumelioſus contumelię
temperantẽ inſimulet, aut ſi quis admodum
pauper hominẽ ditiſſimum pecuniarũ agens
in iudiciũ deuocet. Itaq; huiuſmodi homines
ſubcontrarij criminibus ſunt.Pro cõfeſſo au-
tem erit, ſi quis fortis robuſtusq; exiſtens, ab
infirmo & imbecillo verberatiõis accuſetur,
aut ſi quis fur exiſtimatus, furti reus in iudi-
cium arceſſatur. Vt autẽ omnia vno comple-
ctamur verbo, hi quorũ moribus ſimilis eſt
hominum opinio, videbuntur criminibus eſ
ſe obnoxij. Circa ipſum igitur hominẽ ex in-
ſtanti tpe calumniæ hmõi fieri poterũt. Circa
rẽ autẽ eæ cõtingẽt, ſi quid aduerſus domeſti
cos amicos,aut aduerſus hoſpites, aut i ſuos,
vel de prauis vel de turpibus rebus negotia
adferat.

Exordium.

Attentio.

Beneuolentia.

adferat. hæc enim infamiam diſceptantibus
afferunt. Quemadmodum igitur eas inſimu
lationes ſumus diſſoluturi, deinceps oſten-
dam.Duo eſſe cõmunia in omnibus elemen
ta exiſtimo: alterũ quidem, vt quibus rebus
correpturos iudices aduerſarios putes, his
eos præueniẽs corripias.alterũ vero eſt,ſi res
in aduerſarios quidẽ maxime: ſin id minus,
in alios quoſdam transferas, ea vſus cauilla-
tione,q; non ex ſententia tua,ſed ab aduerſa-
rijs coactus in certamen deſcenderis.In vnã
quanq; vero calũniam hæc argumẽtari con-
uenit. Iunior quidẽ cauſabitur aut ſeniorum
aut amicorum,qui pro ſe diſceptent, ſolitudi
nem,aut criminum magnitudinẽ,aut tempo
ris præſcriptionem, aut rerũ multitudinem,
aut aliud quid huiuſmodi. Si vero habueris
pro alio dictionem, dicendum erit te amicitię
gratia aduocatũ fieri, aut aduerſarij morum
inimicitijs, aut quia negotijs interfueris, aut
ob vtilitatem publicam,aut quia is cui patro-
nus venis,& ab omnibus eſt deſertus,& inu
ria premit.Quòd ſi crimini pro confeſſo ob-
noxius,vel ſubcõtrarius accuſationi effici vi-
deatur,cum præoccupatione vtendũ eſt, tum
etiam dicendum vt neq; iuſtum, neque legiti
mum,neq; vtile ſit ex opinione ac ſuſpicione
ferre prius ſententiã,ęjs res fuerit audita.Quę
igitur circa ipſum hominem ſunt, hoc pacto
inſimulationes diluemus. Eas vero quę circa
rem ſunt,ita repellemus.Cauſam in aduerſa-
riũ reijciemus, vel ſi maledictũ ei crimini de-
mus,vel ſi iniuriã aut cupiditatem, aut perti-
naciam, aut iram prætendamus, q; nullo alio
modo ius conſequi poſſibile ſit. Priuatas igi-
tur calumnias apud iudices ita diluemus, cõ
munes vero omnibus ſpeciebus ſoluere po-
terimus, quemadmodum in ſuperioribus di
ctum eſt.Exordia vero in genere iudiciali eo
dem modo collocabimus, ſicuti ẽt in delibe-
ratiuo. Eadem etiã ratione narrationes exor
dio cõiungemus, quas vel particulatim pro-
babiles eſſe,iuſtasq; oſtendemus: aut ipſas ſe
paratim tanquam in vnum corpus ordinabi
mus.Deinde vero erit cõfirmatio,quã, ſi qui
dem rebus ipſi aduerſarij contradixerint, ex
probationibus:ſin autem conſenſerint, ex iu
ſtis & vtilibus & his ſimilibus confirmare de
bemus.Collocãda ſunt ex probationibus pri
mum quidem teſtimonia, & ſi quæ nobis ex
quæſtionibus confeſſiones fuerint. Demum
vero ſi nullo modo veriſimilia ea fuerint,ſen
tentijs & commentationibus:ſin autem non
omnino veriſimilia,probabili,demum exem
plis, & coniecturis, & ſignis, & argumentis,
demum vero commentationibus & ſenten-
tijs confirmare debemus. q; ſi veriſimilia fue
rint, probationes quidem omittemus, iuſtis
autem quẽadmodum in antedictis vtemur.
Et hoc quidem modo confirmabimus. Poſt
confirmationẽ autem vbi ea quæ in aduerſa-
rios ſunt collocauerimus, præoccupabimus
eas res quas veriſimile fuerit aduerſarios di-
cturos.& ſi quidem aduerſarij rem negarint,
probationes illas à nobis dictas amplificabi-
mus. quas vero illi dicturi ſunt, reprehende-
mus,& extenuabimus. Si vero fateantur &
legitima & iuſta eſſe quæ ſecundum ſcriptas
leges à nobis inductas oſtenderimus, enitẽ
dũ eſt vt his ſimul leges, quas & iuſtas & ho
neſtas & conducibiles vniuerſæ Reipub.plu
res iudicarint,tales etiam eas eſſe oſtẽdamus.
quas autem aduerſarij induxerunt, eas cõtra
habere demõſtremus. Quòd ſi minus cõmo
de hæc dici quiuerint, iudices commoneta-
ciendi ſunt, eos non de lege, ſed de re iudica-
re,quodq; iurati ſint ſecũdum leges latas ſen-
tẽtiam latum ire, & doceas haud hoc tempo-
re decere leges, ſed in conſtitutis diebus eas
ferre. ſed ſi contigerit rem his legibus agitari
quæ iniquę eſſe videantur,dicẽdum erit non
legem rem huiuſmodi,verum iniquitatẽ eſſe:
cùm lex quidem ad vtilitatem teratur,hęc au
tem afferat ciuitati pniciem. Dicẽdum etiam
erit haud cõtra leges facturos,ſi hunc legi con
trariam ſententiam tulerint, ſed leges potius
laturos, ne ſit improbis iniquiſq; decretis vten
dum. Oportet autem ad id collectionẽ affer-
re,quòd nulla lex prohibet Reipub. benefa-
cere:ſed improbas leges authoritate priuare,
aliud nihil eſſe, quàm ciuitatem beneficio do
nare.Quaſcunque igitur ex his legibus, quæ
nullam ambiguitatem continent, habuerimus ex talibus præuenientes abunde cõtra-
dicere poterimus.De ambiguis vero legibus
iudices ita ſenſerint vt tibi expedit, oporter
hęc demonſtrare. quòd ſi iudex dicat quem-
admodum aduerſarij condocefaciendus eſt,
legumlatorem non hoc ſenſiſſe quod ab illo
dicitur,quodq; cõduxit ipſis iudicibus legem
ita dicere. Verum ſi nullo modo poſſis in cõ
trariam ſententiam commutare,oſtẽde aliud
nihil poſſe contrariam legem dicere, atq; ip-
ſe dicas.Et quo quidem pacto oporteat vti le
gibus,ex his quæ diximus abundabis. Sum-
matim vero ſi peccaſſe omnino fateantur, &
ex iuſti tamen & legitimi partibus defenſio-
nẽ parent,ex his ea ſunt cõfutatione ſuenien
da,quę dicturi illi videãtur. ſin aũt peccaſſe fa
teantur,& ſibi tamẽ ignoſci poſtularint, ſic ta
la oportet cõfutare. Primũ quidẽ dicendum
erit deterius eſſe moris quodq; tunc illi cri-

Præoccupatio.

Quo pacto vtendum legibus.

Narratiões.

Cõfirmatio.

men in imprudentiã reijciunt,cùm se deprehensos intuentur. proinde si huic ignoscitis, alios item omnes supplicijs atq; cruciatibus liberabitis. Dic etiam & illud, si eos qui peccasse confitentur, absoluetis, quo pacto inficiantes condemnabitis? Dicendum etiam erit,etsi imprudenter errauit, non tamen decet me ob huius imprudentiam detrimento affici. Præterea dicetur,cùm neque legumlator imprudenter delinquentibus ignoscit,eo neque a iudicibus qui secundum leges iudicãt, ignosci iure potest. Ex his igitur atque similibus eos qui sibi secundum postulant confutare poterimus: sicuti etiam ab initio exposuimus. Vt compendio autem vtar,quæcunque sint aduersarij dicturi & ad probationẽ, & ad iuris sui partes afferẽdas, & ad veniam postulãdam,ex antedictis præoccupabimus. Post hanc autẽ causam tota est oratio per enumerationem summatim repetenda,& breuiter (si fieri potest) iudicum animi in aduersarios quidem vel ad odium,vel ad iram,vel ad inuidiam:in nos autem ad beneuolẽtiam, vel gratiam, vel misericordiam commouendi. Quibus autem rebus hoc fiat, in deliberatiuo genere, in suasionibus & dissuasionibus diximus, ac rursum in defensionis specie ad finem percurremus. Orationis igitur principium in iudiciali genere, si quidẽ accusemus, ita componemus & ordinabimus. Si vero defendamus, exordium quemadmodum & in accusando constituemus. Eas autem res quarum accusamur, quibusq; accusator scietiam auditoribus fecerit,relinquemus.quibus vero opinionem reliquerit, hasce vbi post exordium proposuerimus, dissoluemus: testesq; & quæstiones & iuramenta refellemus,quẽadmodum antea audisti. Et si quidem res credibiles fuerint, poterimus ipsarum respõsionem in eius quod relictum sit, locum transferre. Quod si testes per quæstiones fidem fecerint,aut in orationem,aut in negotium,aut in quodcũque aliud fuerit in aduersarijs maxime verisimile, ipsorum est responsio transferenda. Si vero aut contra vtilitatem publicam, aut contra consuetudinem accusator tefecisse crimnetur, debes defendere id maxime esse vtile,quod ab eo crimini datur: vel si id minus potueris, dices vt neque abs te, neque ab his qui tibi sint similes, aut quòd non hoc modo huiusmodi res geri consueuerit. Probabile igitur ita solues. Exemplum vero debes primum,si potes, demõstrare id haudquaquã esse criminationi simile, vel aliud tibi ex contrarijs preter verisimilitudinẽ exemplum ferendum esse. Cõiecturam autem potes confutare si dicas quibus causis contraria significare contigerit. Sententias vero atque cõmentationes aut improbabiles aut ambiguas ostendas oportet. Signa autem nõ eius solum,cuius ipse sis accusatus, sed rerum plurimarum signa esse ostẽde, & ea quidem quę ab aduersarijs dicta fuerint, in cõtrarium aut ambiguum conuertẽtes, poterimus hoc modo improbare. Si vero quorum nos accusator criminatur, ea fecisse fateamur, idq; ex iusti & legitimi partibus defendere pgamus, magis legitimas res nostras, iustioresq; demonstrare elaborabimus. Quòd si minus cõmode fieri potuerit, ad imprudẽtiã casumq; defugiemus, iacturasq; paruas esse ostendemus, & ignoscendum nobis esse argumẽtabimur, demonstrantes quàm omnium quidem hominum per imprudentiã delinquere commune sit: sed afficere iniuria improborum esse proprium. Dices etiam & æquum & bonum esse & iustum & conducibile his ignoscere qui per imprudẽtiam deliquerint. neminem enim omniũ scire, si quid aliquando sibi huiusmodi euenturum sit. Ostendendum est etiam si quid aduersarius ipse aberrauerit,& veniam tamen consecutus sit. Post hæc eæ præoccupationes sequuntur quæ ab aduersarijs dictæ sunt. harum igitur alias satis superq; à rebus ipsis soluere poterimus. Sed si calumnietur scriptas nos oratiões recitare, aut quo eas recitemus meditari, aut mercede conductos patronos fieri, ad hæc talia cõtraueniamus oportet, dissimulandoq; dicamus minime omniũ lege prohiberi aut se scripta, aut illum non scripta loqui lege nãq; talia patrare non permitti,loqui vero vt quisq; velit, facile sini. Dicẽdum quoq; erit vsq; adeo aduersarij delicta vel ipsius eius sinia permagna esse,vt existimet me nunquã digne in se accusando satisfacere posse, nisi quæ dicturus essem, & antea scriberem, ac multũ temporis meditatus sim. Ad scriptarum igitur orationum calũnias sic occurrere poterimus. Si vero dixerint nos discere meditariq; dicendi facultatẽ,cõstitebimur id quidẽ,dicemusq;,nos quidẽ quos ais discere, neq; calũniatores,neque contentiosi certe sumus. tu vero qui oratoriã tenes,cum hoc tẽpore, tũ sæpe alias nos calũnijs circũuenire deprehensus es. Quare conducere ciuibus videt, vt & ille oratoriã discat. non enim sic malum neque insimulatorem cum fore. Eodem quoque modo si quis nos mercede conductos causarum patronos dicat, & fatebimur, & cauillabimur, huiusq; rei authorem accusatorem nostrum ac reliquos demonstrabimus. Mercedum autem

De defensione.

species diuidemus,dicemusq; alios pecunijs, alios gratis,alios supplicijs,alios honorib⁹ aduocatos assistere. Te igitur gratis id obire muneris ostẽde:aduersarium vero dicito,ne paruo quidem pretio aduocatum assistere. Eum nanque vt aliquid argenti iniuste capiat, non autẽ ne persoluat,in iudicium ire. Idem quoque modus seruandus est, si quis nos aut aliquos edocere dixerit,qui controuersijs apud iudices vtantur,aut iudiciales orationes conscribere. nam & alios omnes ostẽdes pro viribus adiumento amicis esse, & docendo quidem,& consulẽdo:& artificiosissime in huiusmodi rebus occurres. Oportet autem & circa interrogationes atque responsiones, quot quot in huiusmodi speciebus inciderint, ne nos negligentia vlla capiat, sed quæ respondeo,concedantur,quæq; negentur, sunt consideranda. Concessiones igitur sunt huiusmodi,Mihi filium enecasti, enecaui equidẽ: nam ille in me prius distrinxit gladium. Filium mihi pulsasti.pulsaui equidem:iniuria enim i me prius manus iniecit. Mihi caput confregisti. confregi equidem: nam noctu impetum in meam fecisti domum. Tales igitur concessiones legibus freti nonnunquam facimus. Huiusmodi vero negationes legẽ declinant.Mihi filium occidisti:non ego quidem,sed lex occidit. Hęc autem omnia ita oportet respondere,cùm duarum legũ altera iubet hoc faciundum,altera non vetet. Quæ igitur in aduersarios dicenda sunt, ex his oibus colliges. Post hæc autem eorum quæ ante dixerimus iteratione breuis est admonitio adhibenda. Ea vero est vtilis omni tempore:quamobrẽ & singulis in speciebus ea iteratione vtendum est. Verum in accusationibus maxime & defensionibus ea congruit.Itidem quoq; in suasionibus atque dissuasionibus. Neque solum ea hic commemorare quę ante dixerimus quẽadmodum in laudando & vituperando,verũ etiam animos iudicum in beneuolẽtiam nostram conciliare, & in aduersarios concitare debemus. Hanc vero iterationem in orationis partibus postremam constituimus. hæc enim facit vt reminiscaris summatim quę dicta sunt enumerando,aut ratiocinãdo,aut interrogando,tua quidem quę optima sunt:aduersariorum autem, quæ nequissima, si quidem interrogationis figura vti volueris.cuiusmodi autem vnumquodq; horum sit, ex ijs cognoscere possumus, quę supius dicta sunt. In beneuolentiam vero nostram iudices conciliabimus,et in aduersarios concitabimus ex ijs beneficijs,vt etiam in deliberatiuo genere summatim ostendimus, quibus nos aut amici nostri ipsos à quibus iniuriam suscipimus, ipsorum ue necessarios,seu iudices ipsos, vel eos qui eis curæ sunt,siue affecerimus, siue afficimus,siue sumus affecturi, & si ipsi dixerimus nunc tempus esse referendarum pro susceptis beneficijs gratiarum.Et si eos in commiserationem, si opus fuerit, adduxerimus. Hoc autem eò facimus, quò nostram in audi tores beneuolentiã demonstremus,& quàm indigne ob ea quę male passi fuerimus aut patimur, passuri'ue sumus, miseria premimur, nisi hi nobis adiumento fuerint. Si vero nihil nobis adsit hmõi, cõmemorabimus qbus bonis priuati fuerimus,aut priuamur, aut priuabimur,vbi iudices nõ neglexerint.seu vt nunquam boni quippiam nacti fuerimus,aut nãciscimur,aut nacturi sumus, nisi ab ijs auxiliũ meruerimus. Ex his nanq; commiseratione nos dignos constituemus,& auditores nobis conciliabimus. Aduersarios vero calumnijs circunuentos in inuidiam & odium apud auditores ex horum cõtrarijs adducemus, cùm ostenderimus ab ijs aut horum amicis auditores ipsos ipsorum ue necessarios mali quippiã indigne passos,aut pati,aut passuros. Ex huiusmodi enim rebus ad odiũ & iram in aduersarios rapientur. Sin autem hæc fieri commode nequiuerint,ea in vnũ redigemus,quibus auditores in aduersarios ad inuidiam concitemus. Inuidia nanq; propinqua est odio. his autem summatim intudebitur,si eos indigne fortunatos, & ab auditoribus animo alienos ostenderimus percurrentes quàm multa bona iniuste passi fuerint, aut patiuntur, passuri'ue sunt. Aut quàm nunquam nullius boni indiguerint, vel indigent, vel indigebunt: aut quàm in nihil vnquam mali inciderit, seu incidunt,seu incident, nisi nũc à iudicibus puniantur. Ex his igitur rebus auditorum nobis animos ad beneuolentiam in conclusionibus constituere, & in aduersarios contra commouere poterimus. Ex omnibus vero supradictis accusationes defensionesq; quàm aptissime ordinabimus.

De iteratione.

De *Quæstionis speciebus.* Cap. XXXVI.

QVærẽdi autem species seorsum quidem ipsa raro cõstituitur.sed alijs speciebus commiscetur,et aduersus contradictiones maxime est vtilis. Veruntamen huius nos ordo lateat, si quando vel oratio,vel vita hominum,aut actio, aut ciuitatis administratio quærenda contingeret, item etiam hac de parte summatim percurram. Est igitur quærentibus eodem quasi modo exordiendum, sicuti etiam calumnia circũuentos

pportere docuimus. Quare cùm idoneas in principijs cauſas attulerimus, quibus id recte facere videamur, ita ad quærendum veniemus. Cauſæ autem congruẽt in ciuilibus quidem conuentibus, quòd aut contentione quadam, quin potius ne auditores lateat, id facimus: demũ quod nobis hi prius moleſti fuerint. In priuatis vero vel inimicitias vel paruas eorum qui quærũtur conſuetudines, vel in eos ipſos benevolentiam, vel vt quę agunt remittentes non amplius hæc faciant, proferre oportebit. In publicis autem, ſi legitimum & iuſtum & publicã vtilitatem proferemus. Ex ijs autem & his ſimilibus exordio conſtituto, ac ſingulis deinceps propoſitis aut dictis aut geſtis aut cogitatis quęremus, eaq; demonſtrabimus & iuſtis & legitimis, & priuatis & publicis vtilitatibus aduerſari. Et omnia demum conſiderabimus, ſi quo in loco ipſa ſibi vel moribus proborum hominum, offendens ue diſſentiunt. Sed ne in ſingulis enarrandis longiore vtamur oratione, quo pluribus illuſtrium ſtudiorum aut rerum aut verborũ aut conſuetudinum res eorum quos quærimus, aduerſari oſtenderimus, eo ipſos obſcuriores apud auditores cõſtituemus. Opus eſt autem nõ triſti & acerbo quodam, ſed miti manſuetoq; vultu quæramus. Hoc enim modo veriſimiliores reddentur apud auditores habitæ orationes, & oratores ipſi nullum de ſe relinquent inſimulationi locum. Vbi vero diligenter omnia quæſieris, atque amplificaueris, orationis exitum breui iteratione terminabis, & vt eorum quæ dicta fuerint auditores reminiſcãtur efficies. Has igitur ſpecies, vbi hoc pacto conſtituerimus, pulcherrime ipſis vti poterimus.

Peroratio a tredictorum omnium per enumerationem, & amplificationem.
Cap. XXXVII.

OPus eſt præterea orando, & ſcribendo in id quam maxime enitamur elaborẽmuſq; vt pro rerum natura verba accommodemus, & ita noſmetipſos trita conſuetudine ijs cunctis exerceamus, vt eorum vſus nobis in promptu ſit, atque vt ex arte quidem dicere poſſimus tum in priuatis publicisq; diſceptationibus tum ijs etiã in ſermonibus quos aduerſus alios habuerimus, plurima hinc & artificioſiſſima ornamenta ſuſcipiemus. Elaborandum eſt etiam, vt non circa verba orator duntaxat, verum etiam circa vitam, quam antedictis ſpeciebus exornet atque magnificet, ſuam diligentiam omnem ſtudiumq; accommodet. Nam vitæ compoſitio & ad ſuadendũ, & ad boni & æqui viri exiſtimationẽ adipiſcendã conducit plurimũ. Primũ igit̃ diuidendæ ſunt ſm omnem diſciplinę diſtributionem, qd primũ, qd ſecundũ, quid tertium, quid quartum tractandum ſit. Demum ea tibi ſunt pręparanda, quę circa auditores attendũtur, de qbus in exordijs docuimus. Animauero benevolẽtiam à perſona tua captare poteris, ſi promiſſis inſiſtas, et eoſdem amicos in omnem vitam tueare, neque in alijs actionibus inconſtans eſſe, ſed ijſdem ſemper vti videare. Attenit autem fient auditores, ſi his in negotijs verſeris, quæ & magna & honeſta ſunt, multiſq; conducant. Cùm vero benevolos auditores reddideris, vbi ad negotiorum expoſitionẽ abs te deuentum eſt, quæcunq; propulſationem malorum, bonorum autem continent exhibitionem, facile apud illos admittuntur: quæcunq; vero ſecus ſunt, reijciũtur. Sed pro celeri & aperta & veriſimili narratione hæc ſunt tibi faciunda. Celeriter autẽ abſolues, ſi non omnia volueris ſimul agere, ſed prius primo, & quod reliqui eſt deinceps. Dilucide vero ti non ſtatim relicta actione in alias res prius tranſieris, quàm illam abſolueris. Veriſimiliter autem, ſi nihil à tuo more alienum agas. item ſi non eoſdem finxeris & inimicos tibi & amicos eſſe. Ex his autem probationibus eas aſſumemus, de qbus ita ſciẽtiam ad perficienda negotia tenemus, vt eam alijs interpretari & explicari poſſimus. De quibus autem ſcientiam non habemus, eas prout ſæpius accidere ſolent, adſumemus. tutiſſime nanq; in huiuſmodi rebus egeris, ſi cõſuetudinem ſequi volueris. In certamine vero contra aduerſarios, ſi quidem oratione cõtenditur, ex ijs quæ dicta ſunt noſtram confirmationem faciemus. Sin vero contractibus hoc faciemus, ſi ſecundum leges & non ſcriptas & ſcriptas, cùm teſtibus quàm optimis, ac tempore præfinito eos confecerimus. Ex concluſione vero eorum quę dicta fuerint, reminiſci auditores faciemus, ſi quæ geſta ſunt, ſummatim rurſum dicemus. Ex his autẽ quę agimus, ita commonebimus, quandocunq; eadẽ negotia vel ſimilia prioribus tractemus. Benevoli autem nobis erunt auditores, ſi ea geſſerimus quibus aliquid beneficij ſuſcepiſſe aut ſuſcepturi videbuntur. Magnas autem res geremus, ſi ea negotia tractauerimus quę multorum ſint bonorum cauſa. Hoc igitur modo quæ ad vitam pertinent, præparanda ſunt: ex priore autem inſtituto circa orationẽ eſt exercitatio adhibenda. Sacrificia vero, vti præmiſſum eſt, faciemus ad Deos quidẽ pie, ad ſumptus autem moderate, ad ſpectacula vero

vero ſplendide, ad ciues autem vtiliter. Et ad uerſus immortales quidem Deos ea habebũt pie, ſi patrio more ſacrificemus: ad ſumptus autem moderate, ſi non quæcunq; miſſa fuerint, ab his qui ſumptibus præſunt conſumãtur: ad ſpectacula vero ſplendide, ſi magnificentia ſint apparatu conſtituta: ad ciues autem vtiliter, ſi & equites & grauioris armaturæ pedites belle inſtructi pompam celebrent. Quæ igitur hoc modo mortales in Deos fecerint, pie certe fecerint. Eos autem amicos comparabimus, qui ſint nobis moribus non diſſimiles, & quibus eadem quæ etiam nobis conducant, & quibus magnis in rebus communis nobiſcum fortuna ſit. talis enim amicitia perdurat maxime. Socios autẽ eos facere debemus, qui & iuſtiſſimi ſint, & non mediocri valeant potentia, & in proximo habitẽt. hoſtes autem faciemus qui horum ſint contrarij. Suſcipiendum autem bellum in eos eſt, qui rempublicam, aut eius ſiue amicos ſiue ſocios iniuria violare moliuntur. Præſidia autem habeamus oportet aut noſtra, aut ſociorum aut hoſpitum cauſa. & primo quidem noſtra, demum ſociorum, tertio vero hoſpitum. De tributis autem id quidem eſt optimum, quod à priuatis prouentibus ac poſſeſſionibus proficiſcitur: ſecundum vero à cenſibus: tertium autem à pauperibus, qui ſua corpora miniſterijs præbẽt, ab opificibus autem arma, à locupletibus vero pecuniæ. De adminiſtratione autem reipublicæ popularis quidem principatus eſt optimus, in quo leges optimatibus honores diſtribuunt. plebs vero neque dandis priuatur ſuffragijs, neque ferendis quidem ſententijs. proxima vero illa eſt, in qua leges à ditioribus affici contumelia plebem non ſinunt. Principatus autem paucorum duo ſunt genera. aut enim eſt ex amicitia & ſocietate quadam, aut à cenſibus. Neceſſe autem eſt ſocios faciamus, cùm ciues minus ex ſeſe potentes ſint, qui tum ſolum, tum oppida tueantur, aut hoſtibus repugnent. Eſt autem ſocietas omittenda, cùm aut eam facere non ſit opus, aut ſocij longe à nobis diſtent, neque potentes ſint qui opportune adſint. Ciuis autem bonus eſt, qui amicos ciuitati vtiliſſimos comparat, inimicos vero & pauciſſimos & infirmiſſimos, quiq; ſine vlla priuatorum bonorum publicatione prouentus comparat quamplurimos, & qui ſeſe iuſtiſſimum præbẽs, cos in quæſtionem agit, qui rerumpublicarum aliquid per iniuſtitiã violant. Largitionibus vero vtuntur omnes, aut quoniam aliquid inde ſperant commodorum, aut quo ſuſceptorum beneficiorum gratiam referant. Obſequuntur autem omnes aut lucri, aut honoris aut voluptatis, aut timoris gratia. Commutationibus vero vtuntur omnes aut ſpõte, aut inuite. omnes enim actiones, aut vi, aut ſuaſiõe, aut fraude, aut occaſione perficiuntur. In bello autẽ vincitur aut fortuna, aut corporum multitudine, robuſtitate ue, aut pecuniarum copia, aut opportunitate locorũ, aut virtute ſociorũ, aut conſilio et calliditate imperatoris. Socios vero delinquẽdos putant aut maiore vtilitate, aut belli ſolutione. Iuſte autem agere eſt communes ſequi vtilitatis conſuetudines, parere legibus, pria̅taq; pacta ſeruare. Conducit autem corpori quidem bona habitudo, & formæ dignitas, aut vires, & bona valetudo, animo vero ſapientia, prudentia, fortitudo, temperantia, iuſtitia. his autem vtriſq; pecuniæ & amici. Inutilia vero ſunt horum contraria. plurimum vero vtilitatis affert bonorum ciuium multitudo.

Rhetorices ad Alexandrum finis.

Guliel̃mus

GVLIELMVS PACCIVS
ALEXANDRI FILIVS
FRANCISCO CAMPANO S. P. D.



VM mecum ipse sæpe ac diligenter considerarem, Francisce Campane, an Aristotelis Poeticen in latinum ab Alexandro patre conuersam, in lucem proferre: an uero, ut hactenus feci, comprimere deberem: plurimum me ab eo dehortari uidebatur, q̃ sciebam illum ab ea diuulganda uehementer abhorruisse, nisi prius institutum in hac re suum, ad quem optabat exitum, id quod minime potuit (mors enim eius consilium præuertit) perduxisset. Atque utinam non ita ante tempus è uita discessisset. nam præter hoc, multa etiam alia ex eo commoda facile nobis accidere potuissent. Voluit igitur pater suam hanc lucubrationem, magis domestici exempli causa, ut monumenta & quasi uestigia studiorum suorum, intra proprios parietes contineri, quàm ex eius nondum perfectæ & absolutæ, ut ipsemet ad Leonicum scribens testatur, editione, famam & existimationem suam, quam omnibus alijs in rebus honeste augendam atque amplificandam summo studio & labore curauit, in periculum discrimenq; uenire. Hæc ferè mihi in mentem ueniebant, quibus ego ab ea edenda uehementer deterrebar. Contra uero non mediocriter incitabar, quòd ad eam rem authores ac monitores habebam complures doctissimos, prudentissimosq; uiros, quos ego semper cum paterni nominis studiosissimos, tum mei amantissimos cognoueram. Qui illi ipsi uiri, cùm hãc interpretationem per multos dies in manibus habuissent, camq; non solum, ut dicebant, legissent, sed diligenter etiam ponderassent, ac examinassent, statuebant, si emanaret, non modo de patris fama hoc non esse detracturum, uerũ etiam ad eius nominis memoriam multum additurum. Accedebat præterea, quòd id à me flagitabant multi, docti admodum, mihiq; amicissimi: inter quos erat nobilissimus philosophus, Vincentius Magius: qui (ut est studiosorum commodi, utilitatisq; summæ studiosus & cupidus) libelli illius explicandi prouinciam, onusq; susceperat. quibus ego hominibus ob singulares eorum uirtutes, & non uulgaria in me studia, ut omnibus in rebus, ita etiam in hac ipsa mirifice gratificari cupiebam: cùm præsertim ita sæpe, & ita uehementer id à me conte̅derent, ut aut mihi eorum flagitationibus satis esset faciendum, aut officium necessitudinis repudiandum atque abiciendum. Quapropter constitui tandem illam foras esse dandam, non tantum doctissimorum illorum, eorundemq; prudentissimorum, qui id mihi suadebant, non amicissimorum, qui uehementissime petebant, rationem ducens: quorum tamen nec authoritatem aspernari, nec benevolentiam & uoluntatem negligere debeo: quantum ueritus, si id non feci̅sem, nequis forte me, si quid ex his patris studijs & laboribus ad communem fructum afferri potuisset, id ipsum supprimere, & in proprium tantum usum conferre uelle suspicaretur. quod cum ingenui animi homine, et ijs studijs, quibus a puericia mea deditus fui, minime est dignũ: tum a natura & institutis meis semper fuit alienissimum. Quocirca ut commodius huius rei studiosis consuleretur, græcum etiam, quàm emendatissime potuimus, huic adiungendum curauimus. Quòd si per seductiones cuiusdã, rerumq; nostrarum confusionem, exemplaris mihi illius potestas fiasset, in quo corrigendo pater uehementer laborauerat, adiumento usus doctissimorum hominum, multorumq; peruetustorum codicum: illud æque atq; interpretationem, publici commodi causa libenter in medium protulissem. Hunc autem Aristotelis libellum tuo potissimum nomine diuulgari, & in manus hominũ peruenire uoluisse: quòd in eo Poeticæ artis præcepta diuinitus, ut omnia, ab Aristotele traduntur: qua in re tu non minus, quam in omni alio uirtutum genere mirabiliter excellis: siue quòd, si optandus mihi erat, cui ego ob suum egregium ac prolixum erga nos animum, quacunq; in re mihi occasio facultasq; daretur, memorem me ac gratum ostẽdere deberem, nullus profecto, uel admodum pauci (sed non omnia omnibus conuenire arbitror) mihi occurrebant, quibus ego non te iure præferendum esse iudicarem. Mitto igitur ad te has, cuiusmodi illæ sint, patris mei uigilias: atque ita mitto, ut perpetuæ meæ erga te benevolentiæ, atque obseruantiæ, non obscuro testimonio tibi sint: atque etiam, quotiescunque eas in manus sumpseris, te, tametsi admonitore non eges, ad rerum nostrarum memoriam excitent.

Vale, Patauio. V. calen. Martias. M. D. XXXVI.

ALEXANDER PACCIVS
NICOLAO LEONICO S. D.



OBseruationes tuas in Electrã nostrã ita probauimus, ut omnia sanè diligẽter habita ratione, digna statim uisa sit, cui suprema à nobis manus imponeretur. Quantum uero & amicitiæ nostræ, & iudicio tuo tribuendum censeam, uel ex eo cognoscere potes, q̃ te deintegro adierim, opemq; & auxilium tuum mihi, reciq; litterariæ subinde imploraue̅rim. Mitto enim ad te Aristotelis Poeticam, à me in latinum conuersam, anno propè iam tertio ab hinc, Romæ cùm essem, legendam sanè atq; recognoscendã. Quod aũt consilium hac in re fuerit tunc meũ, & nunc sit, paucis accipe. Scio equidẽ te nõ latere, q̃ diu hoc Aristo. opus, alioqui tam pulchrũ, tamq; necessarium cum poematibus componendis, tum cõpositis recte iudicandis, in tenebris iacuerit, q̃ parum aditũ, quamq; nullis cultum cõmẽtationibus, annotationibus ue. Id q̃d in causa fuisse crediderim, q̃ ea iam mõstra aluerit, quæ uel Herculẽ ipsum deterrere possent. Quo enim minus lectitãtur, atq; in manibus habentur libri, eo quidẽ inculti̅ores, depraua̅tioresq; fieri quis nescit? coq; uersus minus lectitari, ideoq; cumulatius depraua̅ri? Ita altera alterius reciproce in his est causa. Cuius tñ rei ut satis omnibus nota esse potest, multis de causis: præcipue uero, q̃ ex ipsius Aristo. officina prodierit. Id autẽ manifestissimũ est, non modo propter stilum & ordinem notissimũ cunctis, quibus ipse notus est: uerum etiam, q̃n in Rhetoricis ab eodem interdũ allegatur, et à Plutarcho quoq; non semel, aliquando claris tam Græcis q̃ nostris authoribus. Quod cùm ita sit, nequeo mirari satis, hanc doctrinæ partẽ tam negligenter habitam hactenus fuisse. Nam q̃d Auerrois super hac commentatio reperiatur, plane nihil est, cũ nihil ad rem afferat: propterea q̃ parũ intellectũ esset ijs, qui in Arabam linguam hoc opus uerterunt. Nihil etiam est, quod à Georgio Valla conuersum in latinum habeatur: id quod satis per se apparet. Ve̅umq; uero, multis (ut diximus) portentis scatet. Quæ quidem difficultas inter alias diu me detinuit, quo minus interpretationẽ hãc aggrederer. quanquã enim in literis præstantissimus Hermolaus (ut ipse quadam in epistola scribit) hoc idem se præstiturũ promittit, nõ tñ propterea plus animi faciebat. etenim cũ nihil tale eius reperiatur, uel illud omnisse credi poterat, uel certe parũ sibi in eo satisfecisse. Ve̅rumtamen uero cũ nihilominus arderẽ hoc desyderio, coq; etiam acrius, quo plus difficultatis sese mihi offerebat: fore putaui, ut in tanta librorũ, quæ tunc erat in urbe, copia, si diligẽter exquirerem, aliqua possem exẽplaria inuenire, quæ magnã fortasse mihi difficultatis huius partem admerẽt. Nam cæteræ, tantũ abest, ut abinstituto meo me dimouere possent, ut etiã uehemẽtius ad id impellerẽt, atq; adeo magis in dies accẽderẽt: ne unus ex illis uiden iure possem, quos ipsemet Aristo. aquilæ exẽplo natos, degeneres è nido explodentis (si Philopono credimus) à liberis suis arcere uoluit. Quapropter habitis iam tribus uetustis admodũ exẽplaribus, uno præsertim ex Vaticana bibliotheca, mõstris illis oĩbus bellũ indicere, planeq; manum cũ eis conserere nõ sum ueritus. quibuscum diu, magnoq; (fateor) cũ labore pugnaui. quanta uero cũ laude ex prælio discesserim, ahorũ sit iudicium: certe non succubui. Sanè placuit pedem referre, nondũ cunctis oĩno expugnatis: aggressurus eadem deintegro, si q̃n uel meliorũ exẽplarium copia mihi daretur, uel doctiorũ hoĩum, quos eadẽ de re adire possem, occasio. Itaq; superioribus mensibus cũ in hanc urbẽ Recip. nostræ ueniissem Orator, unus tu mihi statim occurristi, quem non solũ libere consulere possem: propter uere dibilẽ humanitatẽ, qua præditus es, & amorem erga me tuũ, sed etiam deberem propter raram doctrinam, notissimamq; mihi ingenij elegantiã. Sustinui tũ me, & quod narum in modum confestim perficere optabam, distuli cõsulto in hunc diem. Id aũt nõ tam à me factum fuit, q̃n eo tepore tragœdias nostras recognoscendas haberes, q̃ q̃n data mihi interim copia est Gasparis Contareni summi ingenij uiri summæq; literaturæ. Is cum ut est etiã humanissimus, tum morũ elegantia, tum bonitate æuo nostro prope unicus, statim mihi amicissimus factus, lucubrationes nostras nõ solũ diligẽter legit, sed plurimis in locis annotauit, et emẽdauit. Quid multa? magnã monstrorũ partem, quæ ex primo prælio superfuerant, secundo hoc, eius auspicijs debellauimus, planeq; profligauimus, profligatum mox & reliqua, si tertio, quod instat, auxilijs tuis, quæ uehementer imploramus, eruditissime atq. amicissime Leonice, uti poterimus. Habes utranq; consilij mei rationem, quã à principio me tibi semper sum professus. Caeterũ operæpretiũ me oĩno fecisse puto, cũ eam prouinciã susceperim, quæ aliorum maxime necessaria, nec ullius prorsus fecto uel tacta, uel prætermissa fuerat. Quippe pro uiribus sum conatus, nõ modo græcũ Aristo. sensum summa cum fide latinum reddere, sed etiam adhibitis antiquis codicibus, q̃tum licuit maxima cũ diligentia, proprijs atq; legitimũ inuenire. Quòd si aliqua ex parte cum laude pensum nostrum absoluerimus, rem profecto literariam nõ mediocriter iuuasse nos quis ambigat? si uero paru felicibus auspicijs id conati fuerimus, debebimus nihilominus reliquis literati. si quidẽ (ut idẽ ait Aristo.) illis etiam debemus non nihil, qui sine laude sempserunt: quando quidẽ maioris addere facilius quidẽ est, q̃ noua conari, eaq; in medium afferre. Iuuamus insuper re literariã mirũ quendã in modũ p inuidos atq. obtrectatores: quippe qui nulla alia mercede, præterq; carpẽdi detectatione, diligentiã laborem suã cõmuni utilitati impenderent. qua quidẽ ppositã, usq. adeo accurate, ac totis uiribus in aliena uenabantur, adamussim scrutãtur, ut meliora sæpe reddãt: & q̃ ipsi alter præstare nequiuissent, obtrectationis amentia arguantur. Ego si uel hoc pacto quicq̃ rei literariæ p̃fuero, tantũ abest, ut castigationes alienas molestas sim, ut maximas illis magnopere debiturum ex animo fatear.

Vale. Venetijs. V. Id. Octo. M. D. XXVII.

ARISTOTELIS STAGIRITAE,

PERIPATETICORVM PRINCIPIS

POETICA,

Alexandro Paccio, Patritio Florentino interprete.

SVMMA LIBRI.

De Poeseum conuenientia, ac differentijs: Poesis origine, ac incremento: Tragœdiæ essentia, partibus, ac speciebus: Epopœie pariter: Poetarũ increpationibus, ac defensionibus: Tragœdiæq; & Epopœie comparatione.

Quod sit operis propositum. Quæ Poeseum conueniẽtia, ac penes imitationes differentiæ. Cap. I.

DE Poetica, eiusq; generibus, quã facultatẽ singula habeãt: & quo pacto, vt rectè poetisse habeat, componi fabulas oporteat: ex quot etiam, quibusq; partibus cõsteat: de omnibus itẽ, quæcũq; ad hanc viam & rationem pertinẽt, dicamus, initio secundum naturam sumpto, primum à primis. Epopœia sanè, Tragœdiæq; Poesis, Comœdia insuper, ac Dithyrambica, tum pleræq; illarum, quas ad tibias citharas'ue accõmodamus, omnes prorsus in hoc vno conueniunt, vt imitatio sint. Tribus autem differunt inter se, aut q genere diuersis imitantur, aut q res diuersas, aut q modo diuerso, minimeq; secundũ eandem rationẽ. Vt enim coloribus atq; figuris pleraq; quidam æmulantes imitantur, hi quidem arte, consuetudine illi, nõnulli etiam voce: ita quoq; & in dictis artibus accidit. etenim omnes imitationẽ exercent, numero dico, sermone, harmonia, hisq; vel seperatim, vel pmiscue. verbi gratia: Harmonia simul & numero tantum vtuntur illiq; quæ ad tibias, quæ'ue ad citharas pertinent: tum si quæ alie sint, quę facultatem huiusmodi sortiãtur, vt est illa fistularum. Numero vero ipso sed sortim ab harmonia imitari, saltantium est. quãdoquidem hi gesticulationis numerosa varietate mores, perturbatiões, actiones q imitantur. Nudis autem sermonibus, siue metris solum modo Epopœia vtitur, metrorum quidem hactenus, siue mixtis aliquibus inter se, siue generis eiusdẽ alicuius. Nã quod Sophronis, & Xenarchi mimis cõmune dicamus, sermonibusq; Socraticis, aliud prorsus habemus nihil: nec item, si quis trimetris, elegis, alijs'ue talibus aliquibus imitationem fecerit. Quanquam homines, ipsi metro fingere adiungentes, elegorum fictores hos, hexametrorum illos nominant: non quidem secundũ imitationem, sed communiter secũdum metrum poetas ipsos appellantes. Etenim si quid medicũ, harmonicum'ue numeris efferunt, hac sane ratione appellare cõsueuerunt. Homero quoq;, atq; Empedocli nihil plane præter metrum cõmune est. quãobrem legitimus quidem ille poeta, hic physicus potius quàm poeta, merito vocãdus est. Similiter quoq; si quis metra permiscens vniuersa, imitationem tamen minime fecerit, vt ipse Chæremon, qui Hippocentaurum omnifariam numerorum mixtum cẽtonem edidit, non iam poeta appellandus. De his igitur per hunc modum determinatum sit. Sunt vero qui his omnibus promiscue vtantur, numero dico, harmonia, metro, vt Dithyrambo rũ, Mimorum'ue poesis, Tragœdia insuper, atq; Comœdia: quæ tamen hoc differunt, q illæ quidem simul omnibus, hæ vero particulatim vtuntur. Has igitur artium differentias dico, in quibus imitatio fit. Quoniam vero qui imitantur, agentes ipsos imitãtur: hos autem vel probos, vel improbos esse oportet, vt quos duntaxat fere semper ipsi mores comitẽtur (etenim per vitium atq; virtutem moribus omnes differunt) necesse est (quod etiam pictores faciunt) vel meliores, vel similes, vel deteriores imitari. Polygnotus quidẽ meliores, Pauson deteriores, Dionysius vero similes effingebat. Ex quo liquido apparet, imitationum supradictarum vnamquanq; tales differentias sortiri, planeq; diuersam euadere, quòd res diuersas ad hunc modum imitetur. etenim tum in saltatione, tum in tibiarum cithararum'ue modulatione, huiusmodi dissimilitudines fieri cõtingit. Similiter quoque & quæ circa sermones & nuda carmina versantur. exempli gratia: Homerus præstãtes effingit, Cleophon similes: Hegemon vero ille Thasius (qui primus parodias scripsit) nec non Nicocharis qui deliadem, viles. Pari ratione & qui per Dithyrambos, & Mimos, vt fatuos, & Cyclopas Timotheus, & Philoxenus vtiq; imitantur. Qua etiam dissimilitudine Tragœdiam à Comœdia differre dicimus: hęc enim humiliores, illa vero prestantiores q̃ qui modo sunt. Tertia præterea in his differentia est, quo quisque modo singula imitetur.

imitetur. fieri enim potest, vt eisdem eadem, diuersa tamen ratione imitemur: aliquando quidem narrantes nos, idq; modo alienã per sonam induti, (quod Homerus facit) modo vt ijdem ipsi nõ mutati, aliquando vero quasi negociantes omnes, & agentes introducentes. Atq; in his plane tribus differentijs (vt à principio diximus) imitatio est, quibus videlicet, quę, et quo modo. Quo sane fit, vt ab Homero Sophocles aliquo pacto in imitatione non discrepet, q vterq; præstantes imitetur: nec item ab Aristophane, q vterq; negocian tes & agẽtes. vnde δράματα, id est actus ipsos, nonnulli ab agẽtium imitatione appellari dicunt. Quamobrem Tragœdiã, atq; Comœdiam Dorienses sibi vendicant, Comœdiam quidem Megarẽses, tam hi qui hic sunt, vt eo tempore inuentam, quo populari administratione eorum respublica regebatur: quàm qui ex Sicilia. siquidem ab his poeta Epicharmus prodijt, multo sane prior Chonnida, atq; Magnete. Tragœdiam vero quidã in Peloponneso. eiusq; rei indicium illi vocabula esse volũt, cùm ipsi quidem κώμας vicos appellari dicant, Athenienses vero δήμους, quasi comœdos, non à κωμάζειν, hoc est, à comessando, sed tanquam errantes per comas, id est vicos, in vrbe despectui habitos, dictos existimant. rursus hi quidem facere δρᾶν, Athenienses vero πράττειν dicunt. Ac de imitationis hactenus differentijs, quot videlicet, & quales, hæc dicta sint.

De ipsius Poetices, suarumq; specierum origine: ipsarũ incremento, ac mutatione: Tragœdiæ atq; Epopœiæ similitudine. Cap. II.

CÆterum à duabus causis, et quidem naturalibus, videtur Poetica habuisse originem. Nam & insitum est à natura hominibus à pueris imitari: & differunt à cæteris animãtibus, tum q aptissimi ad imitationẽ sunt, tum q primas disciplinas imitando acquirũt. & vnusquisq; iuxta imitationib⁹ gaudet. Cuius rei, quod in operibus accidit, argumẽtum sit. Etenim quæ ipsi cum molestia aspicimus, eorum imagines affabre factas gaudentes intuemur, vt ferarum formas truculẽtarum, cadauerum'ue. Huius vero ratio sit, q non solũ philosophis, sed etiam cęteris mortalibus addiscere iucundissimum est. quanquam modice in hoc hi communicent: ideoq; huiusmodi imagines inspicientes gaudent, quoniam ex illarũ contẽplatione accidit, vt et discant vnũquodq;, & in eis q hoc ipsum sit illud, probe ratiocinentur, alioqui si veras formas neutiquam inspexissent, nullã omnino voluptatẽ præberet imitatio, præterquam vel opificio, vel colore, vel tali aliqua ratione. Cùm vero nobis natura insita sint imitatio, harmonia, numerus (metra enim numeri partes esse. satis apparet) ab initio ad hæc maxime facti, ea paulatim promouentes ex ipsis quidem extemporarijs Poeticam genuerunt. in diuersa vero abijt pro vniuscuiusq; natura. Vt enim actiones honestas dignieres, talium q fortunas imitabantur: ita prauas humiliores, sanè primum conuitijs agentes, quemadmodum superiores hymnis laudationibus'ue. Ante vero Homerum nullum omnino tale poema habemus, tametsi plura extitisse credere par est. Extat autem ipsius Homeri (vt ab eo initium sumamus) Margites, et huic consimilia: quibus insuper, quod maxime cõgrueret, iambicum metrum accessit: iambicumq; propterea nunc appellatur, quòd his plerunque numeris veteres ἰαμβίζειν, id est, conuitiari inuicem soliti sint. E veteribus aliqui heroici, aliqui iambici poetæ extitere. At vero ipse Homerus, quemadmodum præcipue heroicus fuit: (solus enim hic nõ modo recte, sed actionum imitationibus referta poemata condidit:) sic etiam Comœdiæ normã primus tradidit, non quidẽ probris, sed ridiculis in actuũ formam collatis. Et sane similis in Margite ratio. hic enim ita se ad Comœdiã habet, vt ad Tragœdiã Ilias, atq; Odyssea. Alij vero pro vnius cuiusq; ingenio impulsi, ad alteram tantum Poeticæ huius partem animũ applicuerunt. sicq; nonnulli loco hexametrorum tragici, vt qui circa sublimiorem, honoratiorem'ue dicendi characterem versati sint, Tragœdię doctores exiterunt. An vero Tragœdia, quatenus attinet ad ipsa genera, satis adhuc sit absoluta, nec'ne, cum id per se iudicando, tum ad theatra referendo, alia considerãdi ratio est. Cùm igitur à principio rudes essent, planeq; informes Tragœdia atque Comœdia, illa quidẽ ab ijs, qui Dithyrambum, hæc autem (quantum seipsa aperiebat) ab ijs qui Phallica produxerunt, quę nostra etiam tempestate in vrbibus non paucis in cõsuetudinem ex lege recepta sunt: paulati auctæ fuere. Sicq; Tragœdia diuersis mutationibus variata, quoad proprios numeros impleret, tandẽ quieuit. Tunc enim histrionum numerũ, ex vno videlicet in duos Æschylus primus auxit, & ea, quæ circa chorum sunt imminuit, sermonemq; primarum partium instituit: quos Sophocles ipse cũ scenę ornatu ad tertias vsq; produxit. Ad hęc ad magnitudinem ab exiguis fabulis, & ab ridiculà dictione, satyris exclusis, ad grauem habi-

tum

tum,puecta,ſero tandem quieuit,ſenariumq; metrũ ex octonario adoptauit. hoc enim antea metro vtebantur, quòd ſatyrica, magisq; ſaltatoria Poeſis eſſet. Itaq; elocutioni iam cõſtitutæ natura ipſa proprium adinuenit metrum. Maxime enim ſermonibus aptum alternis iambicum eſſe,argumento ſit,quòd in diſſerendo plurimi ſanè iambi,rariſſima vero hexametra mutuo i ſermone à nobis proficiſcũtur: licet etiam colloquij ipſius harmoniã excedentibus. Ad hæc Epiſodia quoq; plura, cæteraq;, vt ſingula exornata fuiſſe dicuntur. De his igitur ſatis:nimis enim fortaſſe opero ſum ſit in ſingulis immorari. Comœdia autẽ eſt(vt diximus)peiorum quidẽ imitatio,non tamen ſecũdum omne vicij genus: quanquã ridiculum a turpi proficiſcitur.Ridiculũ enim aliquo pacto peccatum eſt, & turpitudo ſine dolore, minimeq; noxia : perinde ac ridicula ſtatum appareat deformis facies diſtorta ſine dolore. Igitur de promotione Tragœdiæ, & per quos.latis conſtat: ſecus vero de Comœdia. ſiquidem initio, quòd parum ſui ſtudioſos habuerit,latuit:ſero enim ab Archonte comœdorum chorus,vt quiſq; ſeſe obtuliſſet,inductus eſt.Eius vero profeſſores,vbi iam aliquam ſpeciem prę ſe tulit, memorãtur.Quis autem perſonas,prologos, hiſtrionum multitudinem,cęteraq; huiuſmodi protulerit,prorſus obſcurum.Cæterum confingere fabulas, quod quidem à Sicilia primum manauit, Epicharmus, & Phormis cœperunt:ſicuti quoq; ex Athenienſibus Crates,iambica prorſus ratione omiſſa,in vniuerſum ſermones, vel fabulas confinxit. Itaq; Tragœdiæ Epopœia duntaxat ſimilis eſſet apparet, quòd metrico ſermone præſtãtium imitatio eſt. hoc differt, q; ſimplici vtitur metro,quodq; enarratio eſt, longitudine præterea : quoniam Tragœdiæ quidem intra vnius potiſſimum ſolis,vel paulo plus minus ue periodum actio eſt : quãdoquidem Epopœia temporis ſpacio non vrgetur.qua ſane libertate in Tragœdijs, perinde ac in hexametris,à principio vſi ſunt.Circa vero partes,vt hæ ambę in aliquibus inter ſe nõ diſcrepant:ita propriæ nonnullę,atq; peculiares huius ſunt. Quo fit, vt qui de Tragœdiæ virtute ac vitio dijudicare nouerit, idẽ quoq; & de hexametris nouerit : ſiquidem quæ hexametrorum ſunt, in Tragœdia prorſus ineſſe apparet : quæ vero Tragœdiæ, in his non omnino.De hexametri igitur imitatione,atq; Comœdię,poſt dicemus.nunc autem de Tragœdia:cuius eſſentiæ definitionẽ, veluti iam enatam ex his quæ dicta ſunt,iterum ſumentes,hanc eſſe dicimus.

Quæ ſit Tragœdiæ eſſentiæ definitio. Cap. III.

TRagœdia eſt imitatio actionis illuſtris, abſolutæ,magnitudinem habentis, ſermone ſuaui, ſeparatim ſingulis generibus in partibus agentibus,non per enarrationẽ,per miſericordiam vero atq; terrorem perturbationes huiuſmodi purgans. Sermonem ſuauem appello,in quo numerus, harmonia, & melos meſt : id vero ſeparatim genere diſtinctum:cùm metro tantum quędam abſoluantur,quædam rurſum melodia.

Quot, & quæ ſint ipſius Tragœdiæ partes quales, & quem inter ſe habeant. Cap. IIII.

QVoniam vero tota imitatio in actione verſatur primum quidem apparatum ipſum,partem Tragœdiæ ponere neceſſe eſt,mox melodiam, & dictionem: vtpote ex quibus imitationem cõficiant. Dictionem appello illam quidẽ metrorũ cõpoſitionem : Melodiam, cuius omnino vis perſe ipſa ſatis apparet. Sed quoniam actionis imitatio eſt, agituriq; ab agentibus quibuſdã, quos tum moribus,tũ ſententia tales eſſe omnino oportet,ſicuti quoq; & actiones aliquas eſſe tales dicimus:manifeſtum eſt harũ actionum duas eſſe cauſas, ſententiam, & mores: per quas plane vel voti compotes, vel minime compotes omnes fiunt. Ad hæc actionis imitatio fabula eſt. Fabulã vero rerum ipſam compoſitionem appello: Mores, ſecundum quos agentes tales eſſe dicimus: Sententiam ex quocunq; dicentes vel aliquid declarant, vel mẽtem propriam aperiunt. Neceſſe eſt igitur cuiuslibet Tragœdiæ ſex eſſe partes, ẽm quas talis eſſe nuncupetur.Hę vero ſunt, fabula,mores,dictio,ſentẽtia,apparatus, melodia. Quarum duæ ad ea pertinent, quibus imitamur: vna tantum ad id,quo pacto imitamur:cæteræ vero tres ad ea, quæ imitamur: præter has nulla.His itaq; illorum non pauci partibus (vt ſic dixerim) vtuntur. etenim & apparatum totum ipſum continet,mores videlicet,fabulam,dictionem,melodiam, ſentẽtiamq; ſimiliter. Horum vero maximum eſt, rerum conſtitutio: cùm non hominum imitatio ſit Tragœdia,ſed actionis,atq; vitę,tum felicitatis, infelicitatis ue. Quippe felicitas ab actione pẽdet; finisq; ipſe actio quædam eſt, non qualitas. Aliqui vero per mores fiunt tales:at per ipſas actiones, ſane felices vel infelices.Non ergo vt imitentur mores,in actione verſantur:ſed per actiones mores complectũtur. Quapropter actiones,& fabula,Tragœdiæ finis eſſe dicuntur. omnium autem maximum finis eſt. etenim ſine actionę Tragœdia

dia quidem fieri non poteſt, ſine moribus poteſt: ſiquidem iuniorũ non paucæ morũ expertes inueniuntur. Tum poetarum pleriq; tales omnino ſunt, ut etiã ex pictoribus Zeuxim à Polygnoto differre dicimus. Polygnotus enim morũ optimus expreſſor fuit : contrà Zeuxidis pictura mores minime referre videbatur. Si quis præterea ordine moratos ſermones,dictiones,ſententiasq; bene formatas afferat, non quidem penitus negocium, quod eſt ipſius Tragœdiæ propriũ, aſſequetur. id quod illa Tragœdia multo melius pręſtiterit,quæ talibus vterur, perinde ac ſecũdo loco neceſſarijs : cùm iam fabulam rerumq; contextum habuerit. Ad hæc,quibus maxime mortalium animos Tragœdia delectat, fabulæ quidem partes,peripetiæ,id eſt, euentus in contrarium, & agnitiones, ſunt. Eius præterea rei ſignum eſt, quòd qui conficere aggrediuntur, exactũ illud non ante queunt dictione,atq; moribus attingere,quàm actiones conſtituerint.id quod ueteres poetarum fermè omnes facere conſueuerũt. Eſt igitur principium,ac velut anima Tragœdię, fabula:ſecundo verò loco, mores:in quo etiam picturæ ſimilis eſſe apparet. ſiquis enim ſucis pulcherrimis tabulam fuſim illinat, nõ æque ſane delectabit, ac ſi imaginem albo tantum diſtinxerit.Itaq; actionis imitatio eſt,tunc per hanc potiſſimum agentium. Tertio ſequitur ſententia.hæc autem eſt poſſe explicare,quæ inſtant, atq; quadrant : id quod in ſoluta oratione facultatis Ciuilis,atq; Rhetoricæ proprium munus eſt. ſanè veterẽs ciuiliter dicentes cõfingebant, noſtri vero rhetorice. Mos vero talis eſt, quo videlicet qualis voluntas ſit in his rebus,in quibus non ſatis liquet, ſectetur ne quid,an fugiat ipſe dicens, declaratur : quo fit vt ſermones interdum moribus careant. Sententia in his verſatur,quæ quomodo aliquid eſt, vel non eſt, oſtendunt, vel vniuerſe enunciant. Quarto ſermonum dictio. appello autem, quemadmodũ diximus à principio, Dictionem, per verba ſenſus explicationem : id quod in metris æque ac in ſoluta oratione eandem vim habet. Reliquarũ vero quinq; partium ſic Melodia ſuauiſſima eſt,vt ſpectaculum gratiſsimum. quod tamẽ nec artificioſum eſt, nec ipſius Poeticæ proprium: ſiquidẽ Tragœdię virtus extra quoq; ſcenam,ac ſine hiſtrionibus conſiſtit. Ad hęc ars ſtruendorum apparatuum propria magis chorago,quàm poetis eſt.

De Fabulæ magnitudine. Cap. V.

HIs abſolutis,deinceps dicendum,qualẽ omnino eſſe deceat rerum cõtextum. hoc enim primũ, maximumq; in Tragœdia eſt, propoſitumq; ſemel nobis, Tragœdiam imitationem eſſe actionis perfectæ, totiusq; magnitudinẽ quidem aliquam habentis : ſiquidem & totum datur magnitudine carẽs. totũ vero eſt,quod principium,medium,atq; finẽ habet.Principiũ illud eſſe dicimus, quod non neceſſario poſt aliud eſt:contrà quod poſterius aliquod eſſe, vel fieri natũ eſt. Finem, huic cõtrariũ,illud ipſum, quod poſt aliud natum eſt eſſe,neceſſario,vel plerunq;, Mediũ, quod aliquo poſterius,aliquo prius eſt. Decet autem rite contextas fabulas minime temere vndelibet initium ſumere : nec item temere vbilibet terminari: vti vero ſemper ſupra dictis partibus. Adhæc pulchrũ ſiue animal, ſiue quodcunq; ex aliquibus cõpoſitũ, non ordine tantũ, verũ etiam congruenti magnitudine cõſtare debet: ſiquidẽ ex magnitudine,ordineq; pulchrũ oritur.Nam ſicuti fieri nõ poteſt,vt perexiguum omnino animal, pulchrũ appareat : quandoquidẽ quæ in inſenſibili tẽpore ſpeculatio ſit, cõtunditur:parũ ratione nec illud, quod omnino ſit permagnum. ipſa enim ſpeculatio ſimul fieri nõ poteſt:illudq; totũ,& vnũ è contemplantũ conſideratione potius elabitur : ceu ſi decem milium ſtudiorum eſſet animal.Quapropter ſicuti tũ in corporibus, tũ in animantibus magnitudinẽ ineſſe decet,eam dico, quàm probe oculis vſurpemus: ita & in fabulis longitudo inerit, quàm quidem memoria facile complectamur. Longitudinis autem præfinitio, quantũ ad ipſos ludos,planeq; ad ſenſum ſpectat,minime artis eſt. Etenim,ſi in ludis haberi centũ Tragœdias opus fuerit, vtiq; ad Clepſydram,vt olim non ſemel factitatũ dicunt, haberi poterunt. Quę vero ſecundum actionis naturam fuerit, illa quidem ſemper, quæ lõgius protrahetur,donec tota ſimul in aperto ſit,in magnitudine quidẽ decẽtior erit. Vt autem ſimpliciter præfiniamus, quantã eſſe fabulam vel deceat, vel neceſſe ſit : eum ſane dicimus legitimum huic fore magnitudinis terminum, cùm ſiue ad commodam fortunã ex incommoda, ſiue ex commoda ad incommodam perpetua ſerie mutata fuerit.

De Fabulæ unitate. Cap. VI.

VNa nanq; eſt fabula:non autẽ(vt nonnulli putãt) ſi circa vnum aliquem ſit. Multa enim, minimeq; determinata genere accidũt:ex quibus ſane quædã nullam cõſtituunt vnũ. ſimili ratione vnius multæ actiones ſunt : ex quibus vna nunquam actio fiet. Quapropter omnes hi peccaſſe videntur poetæ,quicunq; vel Heracleida,vel Theſeida,

ſeida, cæteraq; id genus poemata cõfinxere: vt qui, vnus cũ ſit Hercules, vnam quoq; ipſius debere eſſe fabulam exiſtimauerint. Homerum vero, qui vt in alijs etiam excellit, ita in hoc quoq; ſiue id artis, ſiue naturæ fuerit, oculatiſſimum fuiſſe apparet: quãdoquidem Odyſſeam confingens, non ſanè cuncta, quę Vlyxi acciderũt, in eam compegit: verbi gratia: ſaucium fuiſſe in Parnaſo, & in ducũ colle ctione ſimulatſe inſaniã. quorum cũ alterum euenerit, minime neceſſarium fuit, vel veriſimile, euenſſe alterum: quippe qui vnam duntaxat actionẽ, qualem dicimus, Odyſſeã videlicet, itemq; Iliadem cõſtituit. Decet igitur, quemadmodũ vna vnius imitatio eſt in alijs imitatricibus artibus: ita & fabulã, videlicet, quæ actionis imitatio ſit, vnius eiuſdemq; integræ eſſe: ſicq; rerum inter ſe partes cohærere, vt ne vlla quidem vel transferri, vel ſubtrahi queat, quin totum illud varietur, planeq; immutetur. Quod enim vel additũ, vel ſubtractum, totum non immutare videtur, nulla quoq; eius erit pars.

Quæ ſit inter Poeſim, & Hiſtoriam differentia. Cap. VII.

SAnè conſtat ex ſupradictis, non poetæ eſſe, facta ipſa propria narrare: ſed quemadmodum vel geri quiuerint, vel veriſimile, vel omnino neceſſariũ fuerit. Haud enim hiſtoricum, atq; poetam carmẽ, & ſoluta oratio deſignãt. quippe (quod alioqui facile factu ſit) ſi Herodoti hiſtoria carminibus pãgatur, æque nihilominus ac prius ſine carmine, erit hiſtoria. ſed hoc differũt, q hic quidem res geſtas, ille vt geri potuerunt exponit. Quo fit, vt ſapientius atq; præſtãtius Poeſis hiſtoria ſit: ſi quidẽ illa circa ipſum vniuerſale plurimũ verſatur: hæc vero ſingulare ſectatur. Eſt autem vniuerſale, quę cui conueniat, dicere vel facere, veriſimiliter quidẽ, ſeu neceſſario: id quod ſpectat Poetis, cum nomina imponat. contra ſingulare, quid ipſe Alcibiades fecerit, tulerit ue. Iã vero & apud comicos id manifeſtũ: vt qui fabulas ex veriſimilibus conſtituentes, nomina interim pro arbitrio cõminiſcantur: non quidem ipſa ſingularia, quemadmodum iamborum cõpoſitiones facere ſolent. in Tragœdia autẽ vera nomina retinentur. cuius ratio eſt, quoniã credibile quidẽ illud eſt, quod fieri poteſt: quæ vero nõdum facta fuiſſe ſcimus, fieri quidẽ poſſe parum credimus: quæ vero facta, fieri certo potuiſſe ambigit nemo. nam ſi fieri nequiuiſſent, nunquam profecto extitiſſent. Cum tamen Tragœdiarũ aliquæ ſanè ex notis nominibus, vno vel duobus ad ſummum aſſumptis, reliqua deinceps confingant: aliquæ rurſus, quemadmodum Agathonis flos, planè omnia. in quo, tametſi cum nominibus res ipſæ pariter confingantur, nihilominus delectant. Quare non omnino quærendum eſt, vt vulgatæ fabulæ, in quibus Tragœdiæ ſunt, ad vnguem retineantur. idem quærere ridiculum eſſet: quãdoquidem illæ etiam ſic notæ, paucis quidem cùm notæ ſint, iuxta tamen cunctos delectant. Ex his igitur patet poetã fabularũ magis, quam carminum eſſe poetã vt qui ſemper circa imitationem verſetur: actiones vero imitatur. Si igitur & in ea quoque, quæ vere prius fuere, fingendo incidat, non propterea à poeta diſcedet: quandoquidem ex his quę geſta ſunt, aliqua quidem eiuſmodi eſſe nil prohibet, cu iuſmodi vel extitiſſe veriſimile ſit, vel certe fieri potuerint: ſm quæ ſanè horũ poeta fuerit.

Quæ Fabulæ deterrimæ, & quæ pulcherrimæ. Cap. VIII.

CÆterum ſimplicium fabularum, actionum'ue, Epiſodicæ quidẽ deterrimæ. Epiſodicam appello, in qua non veriſimiliter neq; neceſſario mutua epiſodia nectantur. fiunt autẽ hæ tum ab ineptis vatibus ſuo vitio, tum à probatis quoq; hiſtrionum gratia. Etenim in huiuſcemodi certaminibus, dum fabulas plus æquo ſæpenumero producunt, legitimum ordinem peruertere coguntur. Quoniam autem imitatio non tantum perfectæ actionis, verum etiam miſerabilium, terribilium'ue eſt: hæc autem maxime talia erũt, potiſſimumq; pollebunt, quotieſcunque per ſe ipſa inuicem admiranda illa accident: nimirum hoc pacto admirabile magis ſeſe offert, quàm ſi à caſu, vel à fortuna proficiſci appareat. ſiquidẽ in his etiam, quæ à fortuna proueniunt, illa quidem maximam admirationem præ ſe ferunt, quæ veluti ſuopte impulſu prouenire videantur, vt in Argo Mityi ſtatua, quæ ſuper inſpectantẽ collapſa, authorẽ Mityi necis interfecit. Eiuſmodi. n. hæc ſunt, vt nõ temere facta eſſe opinemur. ideoq; pulcherrimas tales fabulas euadere neceſſe eſt.

De ſimplicibus, atq; implexis Fabulis; Peripetia Agnitione, ac Perturbatione, fabulæ partibus. Cap. IX.

FAbularum aliæ ſimplices, aliæ implexę: quẽadmodum & actiones, quarũ imitationes ſunt ipſæ fabulæ, talem illico ſpeciem præ ſe ferunt. Simplicẽ actionẽ voco, in qua quidẽ (vt definitũ eſt) cõtinua vna, abſq; peripetia, agnitione'ue, agẽdo fit mutatio: implexam,

xam, quæ vel agnitione, vel peripetia, vel etiã vtraq;. Hæc vero in ipſo rerum contextu ita aſtruenda ſunt, vt ex his quæ prius acta fuerint, neceſſario ſequi, aut certe veriſimiliter agi videãtur. Multum enim differt, fiant hæc per hæc, an ex his. Peripetia eſt eorum, quæ aguntur, (quemadmodũ dictum eſt) in contrarium mutatio. id autem (ſicuti docuimus) aut veriſimiliter, aut neceſſario fit: vt in Oedipode. acceſſit enim ille delectaturus Oedipodem, eundemq; parentis inceſtandæ timore liberaturus: quis autem eſſet, vbi oſtendit, contrarium effecit. In Lynceo quoq; ductus ille quidem eſt, veluti mox immolãdus: Danaus contrà ſubſecutus, vt immolaret: ſed accidit ex his quæ patrata ſunt, vt hic necem, ille ſalutem ſit aſſecutus. Agnitio eſt (vt etiã ex nomine liquet) ex ignoratione in notitiã, ad amicitiam, vel inimicitiam illorum mutatio, qui ſeu infelices, ſeu felices determinantur. pulcherrima autẽ fit, ſi cum peripetia fuerit: vt in Oedipode. Sũt profecto & aliæ agnitiones. nam tum inanimatorum, tum quorũcunq;, vt accidit, fiunt: ſi quando (vt dictũ eſt) euenit, vt ſi quid patrarit quis, vel nõ patrarit, agnoſcamus: illa tamen, quæ potiſſimum à fabula, quæ'ue ab actione pendet, eſt, quam diximus. Etenim huiuſmodi agnitio, atq; peripetia, vel miſericordiam, vel metum parabit. receptum autem eſt, actionum imitationem eſſe Tragœdiam: fortunatumq; inſuper, ſeu miſerum fieri ex his contigerit. Quoniam vero agnitio quorundam agnitio eſt, alia quidẽ alterius ad alium tantum fit, cùm, quis hic ſit, illi notus eſt: alia rurſus mutua idiget notitia. vt Iphigenia ex epiſtolę illius miſſione ab Oreſte quidem agnita: vt tamen ipſum agnoſceret, alia quoq; agnitione opus fuit. Partes igitur hic fabulæ duæ habentur, agnitio, & peripetia: tertia ſupereſt Perturbatio. nam de Peripetia, & Agnitione ſatis diximus. Perturbatio vero actio eſt letifera, ſeu dolore plena: veluti cùm neces, cruciatus, vulnera, cęteraq; generis huius palam fiunt.

Quot, & quæ ſint Tragœdiæ partes quantæ. Cap. X.

CAeterum Tragœdiæ partes, quibus tã quam formis vti nos oportet, ſuperius expoſuimus: ſecundũ vero quantitatẽ diſcretam, atq; in quas ſecetur, ſingillatim hæ ſunt: Prologus, Epiſodiũ, Exodus, Choricũ. Chorici vero alterum mobile, alterum ſtabile. ſanè cunctis hæc omnibus communia: propria vero ea, quæ ad ſcenam pertinent, & commi. Prologus eſt pars Tragœdiæ iuſta, ante chori ingreſſum. Epiſodium pars item iuſta Tragœdię, inter choricos perpetuos cantus. Exodus iuſta pars Tragœdiæ: poſt quam nullus deinceps eſt chori cantus. Chorici vero ingreſſus, chori integri prima locutio. Stabile ſine Trochæo & Anapęſto cãtus. Commus, ſiue plãctus, eſt luctus chori communis cum ijs, quæ ſcena ſunt. Partes igitur Tragœdię quæ quali formæ habendæ ſunt, ſuperius explicauimus: rurſus ſecũdum qu imitatem diſceretam, & in quas ſecetur, ſingillatim q; diximus. deinceps vero, quæ fabulas ſcientes ſectari, cõtra quæ vitare oporteat, tum vero à quibus locis Tragœdiæ ipſius opus ducatur, ſupra dictis adiciendum.

Quæ vitare, ſectari ſcientes fabulæ oporteat: & à quibus locis Tragœdiæ ipſius opus ducatur. Cap. XI.

QVoniam igitur Tragœdiæ pulcherrimæ compoſitio, non quidem ſimplex eſſe debet, ſed implexa, eaq; terribilũ, miſerabilium q; imitatrix: id quod profecto imitationis huiuſce proprium eſt: Primum quidem fatis apparet minime decere, bonos et æquos viros ex felicibus infelices factos in ſcenam aſſeri: vt quod terribile ferandi ue nihil habeat, ſed ſceleſtũ. Parę ratione ab aduerſa fortuna ad ſecundam proiectos, prauos eſſingere. hoc enim omnium à Tragœdia maxime alienum, vt quæ rerum quę requiruntur, expers omnino ſit, humanitatis dico, nedũ terroris, atq; miſerabilis. Sed nec omnino improbos ex ſecũda fortuna in aduerſam lapſos: quandoquidem talis compoſitio, quæ alioqui humanitatem præ ſe ferre poteſt, miſerandi aut terroris plane nihil habet. Vt enim immerentis miſericordiam excitat, ita terror à ſimili incutitur. Quo circa cùm nec miſerandi, nec terroris quicquam ab his proueniat: reliquum eſt, vt ad hæc maxime idoneus is habeat, qui medius inter tales ſit. Is autem erit, qui nec virtute, nec iuſtitia antecellat, minimeq; per vitium, prauitatem ue, in ipſam infelicitatẽ lapſus fuerit, verum humano quodã errore, ex magna quidem exiſtimatione atq; felicitate: quemadmodũ Oedipus, Thyeſtes, cæteriq; ex huiuſmodi generibus illuſtres viri. Neceſſe eſt igitur pulchrã fabulam conſtare magis ex vno hoc genere, quã ex duplici, vt nonnulli putant: cuius qdẽ ex miſeria ad felicitatem mutatio nõ ſit: ſed contra ex felicitate ad miſeriam, cuius ſanè non ſcelus, minime vero per dedecus, exiſtit qdẽ virorũ, de quo dictũ eſt, genere: quod ue potius ad meliores, q̃ ad deteriores ſpectet. Huius autẽ rei indicium ſit, vſus. etenim iam

inde ab initio poetæ, quaſcunque nacti eſſent fabulas, admittebant: nunc autem pulcherrimæ circa paucas omnino familias componũtur, vt ſunt Alcmæonis, Oedipodis, Oreſtis, Meleagri, Thyeſtis, Telephi, cæterorumq; generis huiuſmodi: quibus vel facinora quidem grauia perpetraſſe, vel ipſos tuliſſe contigit. Erit igitur pulcherrima illa Tragœdia, quæ ex huiuſmodi compoſitione conſtiterit. Quamobrem illi quidem decipiuntur ob id ipſum, quo Euripidem damnant, vt qui in tragœdijs ſuis illud obſeruet, earumq; plures infelicitatẽ terminentur. id quod omnino, vt diximus, ex arte eſt. Argumento vero illud ſit maximo, quòd in ſcenis, atq; adeo in certaminibus, hæ ſi recte recitentur, maxime quidem tragicæ apparent: Euripides q; ipſe, tametſi alia quæ parum recte diſpenſet, omnium tamen poetarum maxime tragicus videri poteſt. Secundo loco ſequitur, quæ à nonnullis in primo collocatur, illa ex duplici genere compoſito. quo ex ordine Odyſſea eſt: vt quæ diuerſa ratione, partim ex præſtantioribus perſonis, partim ex humilioribus conſtet. Huic ſanè primas tribuit theatralis imperitia, quippe vates hanc auram ſequuntur, componentes quidem ad vota ſpectatorum. Cæterum voluptas illa nõ tragœdię, ſed Comœdię propria eſt. in hac enim ſi qui, velut Oreſtes, et Ægiſthus, ſecundum fabulam inimici fuerint, reconciliata tandem inter ſe amicitia, neutercq; ab altero obtrũcatus diſcedet. Terrificum vero illud, atque miſerandum, cùm ab apparatu ſcenæ proficiſcitur, tum à rerum compoſitione: id quod multo præſtantius, meliorisq; vatis eſt. Sic enim fabulam contexuiſſe oportet, vt etiam ſublato ſpectaculo quis, quæ geri cõtigerũt, percipiens plane exhorreat, miſereatur ue: quibus apprime duobus, qui fabulam Oedipodis cognouerit, afficietur. Illud autẽ, quod ad ſpectaculũ pertinet, minus ſanè operoſum eſt, & impendio indiget. proinde, qui non terrificum illud, ſed portentoſum duntaxat ſpectaculo exhibent, alieni prorſus à Tragœdia habendi ſunt. quippe delectatio non omnifariam à Tragœdia, ſed quę tantum propria ei fuerit, quærenda eſt. Quoniam autem à timore, miſericordia ue talem delectationẽ per imitationem poeta parare debet, ſatis quidem apparet in ipſis rebus id eſſe inferẽdum. De rebus itaq; contingentibus, quæ terribiles, quæ ue miſerabilis ſpeciem allaturæ ſint, deinceps dicere aggrediamur. Neceſſe autem eſt huiuſmodi actiones vel amicorum inuicẽ, hoſtium, ſiue etiam neutrorum eſſe. Itaque ſi hoſtis hoſtem obtruncet, obtruncaturus ue ſit, nequaquam miſerabile illud, præterquam necis ipſo affectu, aſſequetur: idq; ſequetur, ſi inter neutros id accidat. Perturbationes vero ipſæ, quando euenerint inter neceſſarios, veluti ſi frater fratrem, filius patrem, mater filium, filius matrẽ vel necet, vel necaturus ſit, aut etiã tale quid facinus patret, patraturus ue ſit, captandæ ſunt. Proinde receptas fabulas mutare nõ licet: verbi gratia, Clytemneſtram ab Oreſte extinctam, Eriphylen ab Alcmęone: quas ſanè inuenire, atq; ſuſceptis iam recte vti oportet. Id autem, quod diximus recte, ex actius declarandum. Fit enim interdũ ſic ipſa actio, quod antiqui obſeruabant, perinde ac ab ſcientibus, & agnoſcentibus: vt Euripides fecit qui filios necantem Medeam induxit. fit etiam ab ignorãtibus quidem vim facinoris, agnituris vero mox neceſſitudinẽ: qualis Sophocleus eſt Oedipus: id quod extra oino eſt Tragœdiam. in Tragœdia vero ipſa, vt Alcmæonem Aſtydamas, Telegonus ue in Vlyxe vulnerato. Tertius præterea modus eſt, per ignorantiam: videlicet debere aliquẽ hæc facinora patrare, inter patrandum vero agnoſcere. præter hos nullus eſt alius. ſiquidẽ quid agi, vel non agi, idq; à ſcientibus, vel neſcientibus neceſſe eſt, è quibus facinus prudentem aggredi, minime vero perficere eſt abſurdũ: cùm nõ tragicum quidem, velut perturbationis expers, ſed omnino ſceleroſum præ ſe ferat. Quo fit, vt huiuſmodi actionem ſequatur nemo, vel certe rariſſima ſit inuentu, vt in Angone Creontem Æmo fecit. Proximum huic erit, ſcelus patrare: quo ſanè potius eſt imprudentem quidem patrare, patrantẽ vero agnoſcere. etenim & à facinore ſcelus abeſt, & ipſa plane agnitio ſtuporis eſt plena. Nouiſſimũ vero præſtantiſſimum eſt: exempli gratia: in Creſphõte Merope filium interficere debet, non autem interficit: ita etiam & in Iphigenia ſoror fratrem, in Helle filius matrem abalienaturus agnoſcit. Quapropter (ſicuti iampridem diximus) multarum familiarum Tragœdiæ non ſunt. ſiquidem quęrentes non ab arte quidem, ſed à fortuna mutuati ſunt: ita fabulas contexere. Itaque hi, vt inuiti cogamur ad eaſdem ſepius familias recidere: quibus vi delicet huiuſmodi perturbationes contigere. Igitur tum quales eſſe fabulas oporteat, ſatis iam dictum.

De Moribus. *Cap.* XII.

QVantũ ad mores, quatuor ſane ſunt, quæ indigent cõſideratione. Eorum vnum, idq; primum eſt, vt probitatẽ præ ſe ferant. vtcũq; enim mos inerit: ſi, quẽadmodum dictum eſt, tum ſermo, tum actio animi

animi propoſitum, qualecunq; fuerit, indicauerit: improbus quidẽ ſi improbum, probus ſi probum: id vero ineſt in vnoquoq; genere. Nam & mulier proba eſt, & ſeruus: tametſi fortaſſe hoc deterius, illud omnino improbum ſit. Secundo loco ſequitur, vt cõuenientes ſint. Fortitudo enim mos eſt: ſed eſſe vel fortem, vel prudentem, vtiq; mulieri non conuenit. Tertio, vt conſtẽt ſibi. eſt enim ſeparatum hoc ab eo, quod eſt præ ſe ferre per mores probitatem, conuenienſq; ſeruare. Quarto, vt æqualiter tenore procedant. Quãquam enim hiſtrio, vt qui talem perſonam induerit, inæqualis appareat, omnino tamen illa inæqualitas æquabiliter perpetuo regenda. Exemplum improbi moris ſit alioqui minime neceſſarium: verbi gratia: in Oreſte Menelaus: indecori, atque inconuenientis, Vlyxis ciulatio in Scylla: Menalippes q; ſermo: inæquabilis, Iphigenia in Aulide, vt cui poſterior ſupplicatio priori nõ conſonet. Eſt ſanè in moribus, ſicut in ipſa rerum compoſitione, tum neceſſarium, tum veriſimile exquirendum eſt: atq; etiam vti neceſſario, veriſimili ue ordine cuncta procedant. Quare manifeſtum eſt, fabularũ ſolutiones ex ipſismet potiſſimum fabulis proficiſci debere, nõ autem ab aliquo artificioſo: vt in Medea, & in Iliade illa per nauigationem. Quo ſanè artificioſo vtendum in ijs, quæ extra Tragœdiam ſunt: quæcunq; videlicet vel prius fuere, quæ neutiquam fieri poteſt, vt alio pacto ad humanam peruenerint notitiam, vel quæ futura denunciatione, diuinatione ue indigeant: quandoquidem Deos cuncta inſpicere, ſatis quidem apud nos cõſtat. quodcũq; vero rationi conſentaneum minus ſit, explodendum quidem ab ipſis actionibus: ſi non prorſus, at à Tragœdia: vt eſt in Sophoclis Oedipode. Cùm vero Tragœdia præſtantiorum imitatio ſit, par fuerit quoq; nos ab excellentium pictorum more nõ diſcedere: qui dum proprias, veriſq; ſimillimas imagines referre ſtudent, pulchriores ſanè depingunt. ita etiam poeta iracũdos videlicet, deſidioſq; dũ imitatur, huiuſmodiq; alia circa mores habentes, probitatis quidem, atq; iracundiæ ſibi exẽplum proponere debet: velut fortem Achillem, vt ipſe Homerus. Hæc profecto ſeruare oportet, inſuperq; ſenſus ipſos, qui Poeticam conſequũtur, præter illa, quæ neceſſaria ſunt. Etenim in his fallimur ſępenumero. ſed in ſermonibus iam editis ſatis dictum de his.

De Agnitionum ſpeciebus. *Cap.* XIII.

SAnè quid ſit agnitio, ſuperius declarauimus: nunc vero de ipſius generibus. Primum quidẽ, vt eſt minime artificioſum, ſed à plurimis vſurpatum, aut per dubitationem fit, aut per ſigna. Horum rurſus ingenita alia: verbi gratia: lancea, quam Terrigenæ geſtare ſolẽt: vel aſtra, qualia in Thyeſte Carcinus: aduentitia aliqua, ſed hæc vel in corpore, vt per cicatrices: vel extrinſecus, vt per monilia, per torques, &, vt in Tyro, per ſcapham. Poſſumus autem melioribus his vti, itemq; deterioribus: verbi gratia: ex cicatrice quidem Vlyxes agnoſcitur, non tamen eodem modo à nutrice, & à ſubulcis: quandoquidem hæc fidei faciẽdæ gratia, artificij ſunt expertia, cæteraq; huiuſmodi. Quæ vero ex peripetia, qualia in Niptris, melhora, ordine huic proxima ſunt. Quæ, quoniam à poetis confinguntur, artificio non carent: qualis in Iphigenia Oreſtes: qui & ſororem agnouit, & agnitus ab ea eſt. agnouit quidem ex epiſtola: agnitus autem ex indicijs. Hæc itaque pro arbitrio poeta profert, non ipſa fabula. ideoque in peccatum ſupra dictum facilẽ ipſum habent. quippe nonnulla aſſerre permiſſum eſt: vt in Sophoclis Tereo radij vox. Tertium per reminiſcentiam fit, dum ſpectando aliquid, in animũ quid reuocamus. quem admodum in Dicæogenis Cypriis, picturam quidem ille inſpiciens ingemuit: & in ſermone apud Alcinoum audiens citharœdũ Vlyxes, ex recordatione fleuit, vel agnitus eſt. Quartum per ſyllogiſmum, vt in Choephoris: quòd ſimilis quidam acceſſit: ſimiles autem præter Oreſtem nemo. Oreſtes ergo acceſſit. tum quod Polyidus de Iphigenia acute veriſimile eſt enim ratiocinatum fuiſſe Orẽſtẽ: quòd, cùm immolata ſoror fuerat, ſibi quoque vt immolatu contingere. tale eſt illud in Theodectæ Tydeo veniens ille, quæri natum inuenturus extinguitur: & in Phœnißis, quæ locum conſpicatæ, inſtare ſibi fatum propterea commentæ ſunt: quoniam in fatis inabe rent, ibi debere mori: etenim in eo fuerunt expoſitæ. Huic & adiungitur illud, quod in theatro per paralogiſmum fit, exempli gratia: in Vlyxe falſo nuncio, ſine quidem arcum cogniturum ſe dixit: ille vero tanquam arcu cognoſcendo ab eo, propterea paralogiſmum facit. Omnium vero optima ex parte rerum agnitio eſt: à qua videlicet ex veriſimilibus admiratio ipſa paritur. qualis illa in Sophoclis Oedipode, & in Iphigenia. Siquidem veriſimile eſt literas hanc mittere cupiuiſſe. Huiuſmodi enim ſolæ abſque ullo vel impreſſo ſigno, aut etiam extrinſecus, vt monile, ſiunt. ab his vero probantur, quæ ex ſyllogiſmo.

Quo pacto Decorum sit in ipsis fabulis inue-
niendum. Cap. XIIII.

CAeterum constituere fabulas oportet, & ita eas elocutione construere, vt quã maxime rem ante oculos ponãt. sic enim quę manifestissima fient poeta inspiciens, perinde ac rebus dum aguntur interfit, cùm decorum ipsum inuenerit, tum pugnantia minime illũ latere poterunt. Argumento sit illud, quod Carcino vicio datur. etenim Amphiaraus è templo exibat: id vero cùm non videret spectator, obscurum fuit. cecidit autem hic à scena, cunctis ob id spectatoribus indignãtibus. Proinde quantum fieri potest, fingendum illud, quod ex habitibus naturalibus paratur. quãdoquidem hi maxime suapte natura persuadẽt, qui perturbationibus affecti sunt. quo fit, vt exagitatus exagitet, perturbetq; veriſimile perturbatus. Quapropter vel versatilis ingenij viri, vel furore perciti Poetica est. eteni poetarum aliqui ab ipsa natura ad Poeticam bene formati sunt, aliqui autem à mente abstrahuntur.

Confictos sermones prius in uniuersum esse expli-
candos: postmodum Episodia legitime con-
stituenda. Cap. XV.

CAeterum confictos sermones oportet etiam confingẽtem ipsum vniuerse explicare, moxq; Episodijs ad hũc modum vti, ac rem diducere. Ad hunc vero modum vniuersale illud speculari oportere dico. Verbi gratia: Iphigenia, constituta ad aras quædam virgo, atq; ex oculis sacrificantium clàm surrepta, delata vero in aliam regionem, in qua Deæ, hospitum sacrificia ex lege debebantur, eius sacri ministerio ipsa pręposita est. procedente tempore sacerdotis fratri illuc accedere contigit: cur aũt contigerit, vt ipsum Deus ob quãdam culpam venire illuc impulerit, extra vniuersale est: quorsum vero, extra fabulam. itaque cùm accessisset, captus, immolandusq; mox sororem agnouit: siue vt Euripides finxit, siue vt Polyides, ex veriſimilibus locutus: quòd non modo sororem, verum & ipsum sacrificari oportebat. vnde quidẽ salus parta est. Quo facto nominibus statim substitutis Episodia aggredienda. sed hæc quo pacto legitima sint, sane considerandum: veluti furor in Oreste, propter quem captus est, falsusq; per expurgationẽ. In dramatibus itaq;, siue actibus Episodia ipsa breuia esse debent: contra in his longior Epopœia fit. nimirum, Odysseę longus est sermo. Per multos annos peregre quidam cùm iret, & à Neptuno obseruatus, & à cunctis relictus, ita rebus ipsius domesticis cõstitutis, vt fortunę omnes à procis absumerentur: filioq; insidiæ iam instarẽt, iactatus pelago domum peruenit: cumq; aliquos agnouisset, illos aggressus, ipse quidem sospes euasit, inimicos autem perdidit. Hoc itaq; proprium eius poematis est. nam cętera ad Episodia pertinent.

De connexione solutioneq; Fabulæ.
Cap. XVI.

VNiuersa vero Tragœdia partim connexione, partim solutione continetur. quæ extra sunt, & aliqua præterea, quæ intra habentur, plerunque connexio continet: reliqua vero solutio. Connexionem appello totum id, quod à principio ad vltimam vsq; pertinet partem, ex qua mutatio fortunæ fit. solutionem à mutationis principio, ad finem vsq;: vt in Lynceo Theodectæ. in quo connexio quidem, acta prius, natiq; captiuitatem continet: solutio à mortis accusatione ad extremum vsque.

De quatuor Tragœdiæ generibus. Quo pacto tragœ-
dia appellanda sit una, uel diuersa: ac de cuitando
Epopœiæ contextu in ipsa Tragœdia.
Cap. XVII.

QVatuor autem Tragœdiæ sunt genera. totidem quoque & partes dictæ. quorum sane Complicitum illud dicimus, quod omnino ex peripetia atq; agnitione constat: Patheticum, vt Aiaces, atque Ixiones: Moratum, Phthiotidas, & Peleũ: Quartum, veluti Phorcidas, & Prometheum: quæ cunq; insuper, quę apud inferos sunt. Quare magnopere poetis conãdum, vt horum omnium quàm locupletes sint. quòd si omnium minus queant, saltem principalium, atq; quã plurimorum: eoq; etiam enixius, quo ad taxandos poetas hęc ætas in tantum prona est, vt quos in omnibus his partibus probandos nouerit, in singulis etiam mirum in modum excellere æquum censeat. Minime vero fortasse conuenit, eandem Tragœdiam, siue diuersam appellare à fabula: id quod earum ipsa quidem connexio, atq; solutio indicauerit. cęterum non pauci egregie nectentes, inepte soluunt. Oportet autem ab vtraq; parte plausum iugiter excitare: illudq; cum primis cauere, ne contextum Epopœię proprium in Tragœdia cõfingamus. talem vero esse dicimus, qui complures contineat fabulas: exempli gratia: si quis totum illud Iliadis vnica velit complecti fabula. ibi etenim propter poematis longitudinem partes ipsæ congruẽtem suscipiunt magnitudinẽ: in actibus vero multo pręter id, quod susceptũ negocium exposcit, longiores euaderent. Cuius rei signum id esse

potest, quòd hi qui totum Ilij excidium simul cõposuere, ac non potius singulas separatim partes, sicuti Euripides Medeam, vel Niobẽ (qd' Æschylus minime obseruauit) vel prorsus cadunt, vel certe infeliciter certant. siquidem propter id vnum cecidit Agathon. tam etsi tum in peripetijs, tum in simplicibus actionibus, hi quidem suum mirabiliter propositum assequantur. Etenim tragicum, atq; humanum est, cùm sapiens, idemq; prauus, veluti Sisyphus deceptus fuerit: siue fortis, idẽq; iniustus superatus. veriſimile eni est, vt Agathon asserit. qñquidẽ multa pręter ipsum veriſimile accidere, à veriſimili non discrepat.

De Choro. Cap. XVIII.

CHori summam penes vnum duntaxat ex histrionib⁹ esse oportet, totiusq; partem esse: vti autem concertationibus, non sicut apud Euripidem, sed sicut apud Sophoclem. reliquis vero cõcessa potius ea sint, quę ad susceptam pertinent fabulam, quàm quæ ad aliam Tragœdiam: quapropter intercalare concinnunt. Huiusmodi sanè rei initiũ primum ab Agathone sumptum. Atqui quidnam differt inter canere intercalare, locutionem ue illã quę aliud ex alio nectit, integrũq; Episodium?

De Sententia. Cap. XIX.

IAm vero cùm de his omnibus dixerimus: reliquum est, vt de Dictione, atq; Sententia agamus: tametsi de sentẽtia in ijs, quos de Rhetorica scripsimus libris, vt quod eius viæ & rationis magis proprium sit, disseruimus. Ad sentẽtiam ea omnia pertinent, quæcunq; oratione adstruere oportet. cuius partes erũt ostendere, soluere, perturbationes præparare, sicuti misericordiam, timorem, iram, cæteraq; huius generis: ad hæc, exaggerare, ac diminuere. Constat autem supradictarum partium rebus accommodata afferre oportere: cùm videlicet vel miserabilia, vel grauia, vel mira, vel veriſimilia adstruenda sunt. in quibus tamen hæc habenda distinctio est, quòd aliqua quidem nullo doctrinę adminiculo apparere necesse est: aliqua vero sermone ipso dicentem præparari, ac victam sermonis cuenire. Quod enim dicentis munus esset, si non quidem sermonis vi, grata esse viderentur?

De Dictione, eius partibus, ac partium spe-
cieb⁹. Cap. XX.

CIrca Dictionem vnum quidem speculationis est genus, de figuris videlicet ipsius: quod quidem ad histrionicam, atque ad eum qui huiusce modi arti præsit, pertinet. exempli gratia: quid sit mandatum, quid preces, quid narratio, quid minæ, quid interrogatio, quid responsio, cæteraq; id genus. Quanquidem pręter horum peritiam, ignoratione ue nulla quidem accusatio, quæ digna sit studio, ad Poeticam refertur. Nam quis, obsecro, in his peccatum esse suspicetur, quæ Protagoras accusat: si quis videlicet, dum precari se existimet, interim præcipiat: hoc pacto: Iram Pande Dea, quãdoquidem (inquit ille) iubere aliquid fieri, vel non fieri, præceptum est. Quapropter faciãt hęc considerationi per inde ac alterius facultatis, non autem Poeticę propria. Dictionis vniuersæ partes hæ sunt: elementum, syllaba, coniunctio, nomen, verbum, articulus, casus, oratio. Elementum indiuidua dicitur vox, non quidem omnis, sed illa tãtum, ex qua suapte natura intelligibilis vox constitui potest. quandoquidem & indiuisibiles sunt terarum voces, quarũ ta ne nullam elementum dicimus. hæc vocalis, siue semiuocalis, aut etiam muta appellatur. Vocalis, quæ sine vlla prorsus adiectione sonum, qui exaudiri possit, reddit. Semiuocalis, quę non sine adiectione: vt s, r. Muta, quæ cum adiectione per se nullum omnino sonum reddit: adiuncta vero his, quę aliquam vocẽ reddunt, exaudiri potest: vt g, d. Hæc differunt inter se figura oris, loco, aspiratione, tenuitate, longitudine, breuitate, acumine præterea, grauitate, inflexione: de quibus sane in his, quę ad metra pertinent, consideratio propria est. Syllaba vox est nihil penitus significans, composita ex muta, & vocem aliquo pacto habente. nam γρ etiam absq; α syllaba est: et cũ α, veluti γραφ· sed harum differentias examinare, metricæ artis est. Coniunctio vox est minime significãs: quę nec impedit, nec efficit aliquam vocem significare, apta quidem ex pluribus vocibus componi, extremo atq; medio orationis congruens: quam quidem in initio orationis suapte natura poni minime conuenit: vt μὲν, ἀτὰρ, σύ. siue vox per se quidem minime significans ex pluribus vocibus vnã apta vero vocem vnam significantẽ reddere. Articulus vox est minime significãs, quę vel principiũ orationis vel finẽ, vel tepationẽ ostẽdit, quemadmodũ [illegible], & alia: siue vox minime qdẽ significãs, quæ nec impedit nec efficit aliquã vocẽ significare, aptam ex pluribus vocibus cõponi, tam extremis q; medijs cohærens. Nomen composita vox est, significans sine tempore: cuius aliqua per se pars nihil significat. nam & in compositis sic obseruamus, vt nullum per se seiparatum significet. vt in θεοδώρῳ in quo [illegible] minime significat.

cat. Verbum compoſita vox eſt, ſignificans cum tempore: cuius (quemadmodum de nomine diximus) nulla per ſe pars ſeparata ſignificat. Etenim homo, ſiue album, nequaquam cum tempore ſignificat: ambulat vero, vel ambulauit cum tempore ſignificat: illud quidem præſens, hoc præteritum. Caſuum, qui tum ad nomen, tum ad verbum pertinent, hic quidem ſignificans eſt ſecundum huius, vel huic, & quæcunq; talia: ille vero ſecundum vnum, vel plura, vt homines, vel homo: itemq; alius ſecundum perſonarum modos, quatenus interrogant, ſiue iubent. verbi gratia: ambulauit, & ambula: quæ quidem eiuſdē generis ſunt caſus verbi. Oratio vox eſt ſignificans, compoſita: cuius partes quædam ſeparatę aliquid omnino ſignificant. quāquam enim non omnis oratio ex nominibus & verbis conſtat: vt hominis ipſius definitio: ſiquidem ſine verbis etiam conſtare poteſt: omnino tamen aliquas ſignificantes partes habebit. vt in hac oratione, ambulat Cleon, illud Cleon ſignificās eſt. Duobus vero modis vna dicitur oratio. aut enim ſignificans vnum per ſe eſt, aut additis coniunctionibus. verbi gratia: Ilias quidem vna erit coniunctionibus oratio: hominis vero definitio vnum ſignificat. Nominis generum aliquod eſt ſimplex: ſimplex autem voco, quod ex minime ſignificantibus conſtituitur. aliquod duplex, cuius aliud quidem ex ſignificantibus, ac minime ſignificantibus componitur: aliud ex ſignificantibus omnino. Triplex inſuper, ac quadruplex nomen eſſe poteſt, quemadmodum multa Megaliotorum, ἰσοναινόσαν θες. Omne autem nomen aut eſt proprium, aut ab alia lingua, aut translatio, aut ornatus, aut fictum, aut productum, aut ſubtractum, aut commutatum. Proprium voco, quod omnibus in vſu eſt. Ab alia lingua, quod aliquibus duntaxat. ex quo patet, huiuſmodi atque proprium fieri poſſe, vt in idem quandoque recidāt: minime tamen eiſdē. vt σίγυνον, id eſt lancea: quod Cyprijs quidem proprium, nobis vero ab illorum lingua. Translatio eſt nominis alieni illatio, vel à genere ad ſpeciem, vel à ſpecie ad genus, vel à ſpecie ad ſpeciem, aut etiam ſecundum aliquod, quod proportione reſpondeat. A genere ad ſpeciem
» voco: vt, Stetit hæc mihi nauis: etenim in portu eſſe, ſtare aliquid eſt. A ſpecie ad genus: vt,
» Ipſe decem peperit iam millia commoda Vlyxes: decem millia enim multa ſunt: quo ſanè vocabulo pro multo vtuntur. A ſpecie ad ſpeciem: Abſtulit ære animam, immittiære abſcidit. hoc enim loco auferre pro abſcindere, & abſcindere pro auferre, vſurpauit: quod vtrunque ſubtrahere aliquod ſit. Proportione vero reſpondens dixerim, quādo aliquod ſecundum ad primum ſimili ratione ſe habeat, qua quartum ad tertium. ſumit enim vel loco ſecundi quartum, vel quarti ſecundum: interdumq; addunt, pro quo dicitur, ad quod eſt. exempli cauſa: ſimili ratione ſe habet phiala ad Bacchum, qua ſcutum ad Martem. dicet igitur & phialam ſcutū Bacchi, & ſcutū phialam Martis. rurſus ad diem veſpera pari ratione ſe habet, qua ad vitam ſenium. itaq; dicet, veſperam diei ſenium, & ſenium veſperam vitæ: vel, ſicut Empedocles, occaſum vitæ. Licet autem quibuſdam nomen proportione reſpondens inditum non ſit, nihilo tamen ſecius ſimili ratione dicetur: quemadmodum frugem quidem proijcere, ſerere dicimus: proijci vero à Sole flammam, nominis eſt expers: cùm tamen ita ad Solis flammam hoc ſe habeat, quemadmodum ſerere ad frugem. ideoq; Sol dictus, ſator diuinitus ignis. Licet autem huiuſmodi translationis modo vti, & alio quoque: cùm videlicet nominauerimus alienum quippiam, aliquid eius proprium ab eodem remouentes: vt ſi quis appellare volens phialam, dixerit ſcutum, non Martis, ſed Bacchi. Fictum eſt, quod à nemine vſurpatum, à poeta ponitur: cuiuſmodi hæc eſſe apparent: vt Cornua ramos, & ſacerdotem cuſtodem. Productum, atq; ſubtractum. Productum videlicet, quod longiore vocali vtatur, quàm ſit eius propria, ſiue etiam adiectam ſyllabam aſciuerit. Subtractum, quod aliquo ſiue peculiari, ſiue adiecto mutilum ſit. exempli gratia: productum πόλιος πόληος, πηλεΐδου πηλείδεω dicimus: ſubtractum, vt νηῒ δῶ. atque etiam cùm vna ex geminis fit, vt per ἴσος ἶς, id eſt, ſuæ. Commutatum, cuius in denominatione aliqua quidem remanet pars, aliqua vero additur: velut, Dexteriorem ſecundum mammam, pro dexteram. Nominum præterea ſunt aliqua maſcula, aliqua fœminea, aliqua media. Maſcula, quæcunque in ν & ρ deſinunt, & in cunctas, quæ à π & ν mutis componuntur: ſunt enim omnino duæ, ψ & ξ. Fœminea, quæcunque in vocales ſuapte natura longas, quales ſunt η & ω, deſinunt: productas inſuper in ᾰ. quo fit, vt hæ numero ſint æquales illis, in quas maſcula & fœminea deſinunt. ψ enim & ξ non diuerſæ ſunt. ſanè nullum nomen in mutam deſinit, ſed nec in vocalem breuem: in ι vero tria tantum μέλι, κόμμι, πέπερι. in υ quoque τρῶυ, ἰξῦ, γόνυ, δόρυ, ἄστυ. Media in hæc, inſuperq; in ν & σ.

De

De Dictionis virtute. Cap. XXI.

DIctionis autem virtus, vt perſpicua ſit, non tamen humilis. quæ igitur ex propriis nominibus cōſtabit, maxime perſpicua erit, humilis tamē, exemplum ſit, Cleophontis, Stheneliq; poeſis. illa veneranda, & omne prorſus plebeium excludens, quę peregrinis vtetur vocabulis. Peregrinum voco varietatem linguarum, translationem, extēſionem, tum quodcunque à proprio alienum eſt. verum, ſi quis hæc oia ſimul congerat, vel ænigma efficiet, vel barbariſmum: ænigma qdem, ſi trāslationes: barbariſmum vero, ſi linguas. Aenigmatis forma ea erit, oratio ſcilicet, quæ ex minime cōgruentibus inter ſe cōſtet. hoc itaq; per nominum compoſitionem effici minime poteſt, per translationem vero poteſt: vt, Vidi igne atq; ære virum viro inhærētem vnum, cæteraq; id genus, quēadmodū quoq; ex linguarū varietate barbariſmus. quapropter aliquo pacto hic admiſcetur. Proinde ſicut illud non triuiale ac minime humile, lingua, translatio, ornatus, cæteraq; dictæ ſpecies pariunt: ita proprium perſpicuitatē. Cæterum non minimam conferre videntur partem ad dictionis perſpicuitatem, & ad vulgare excludendum productiones, conciſiones, nominumq; immutationes. quandoquidem id, quod præter vſum communem fit, quatenus à proprio diuerſum eſt, illud minime plebeium efficit: quatenus vero cum vſu cōmuni conuenit, claritatem. Quapropter errant non parum, qui huiuſmodi dictionis genus accuſant, quiq; Poetam ipſum inceſſere audent: id quod priſcus Euclides fecit. quaſi facile quis confingat, ſi ei, dum iambos conſcribat, in ipſa dictione nomina quātumlibet extendere liceat. quemadmodum, ἦτι γὰρ εἶδον μαραθῶνα βαδίζοντα; & οὐκ ἀνύγειά μεις τὸν ἵκετην ἰξελίβορον. itaq; ridiculus eſſe apparet, q hoc dicēdi modo vſus eſt. Atqui menſura ęque omnibus partibus regula eſt. nam ſi quis translationibus, linguis, cæterisq; huius generis vel indecenter, vel affectate vſus fuerit, pari rōne ridicula ſtruxerit. Quantum vero concinnitas in carmine polleat, vel ex eo cōſideretur, q loco nominum ad menſuram in oratione comparatorum á varietate linguarum, tranſlationum, cæterorumq; generis huiuſmodi, ſi quis appellationes poſuerit, veram nos attuliſſe rationem inficias non iuerit. id quod Aeſchyli, atq; Eurípidis in eodē faciendo iambo pariter verſantium exemplo appareret. nam cùm hic vnum duntaxat nomen lingua non trita loco proprij immutauerit, tam pulcher apparuit, q; ille abiectus eſt viſus. ceenim in Philoctete Aeſchylus ſic locutus eſt:
Mei pedis carnem exedit phagedęna: ipſe vero Euripides loco exedit, epulatur appoſuit.
Ad hæc: Nunc autē paruus me exiſtens turpis ineptus: verbi gratia: ſiquis afferēs magis propria, id ineptus immutauerit: hoc pacto:
Debilis iformis me exiſtēs, exiguusq; itēq;
Indignum currum, & exiguas dapes: dicatq; currum prauū & paruas dapes: rurſusq; pro lones vociferantur, lones clamant. Ariphrades præterea carpebat tragœdos. perinde ac in Tragœdijs ſuis his vterentur, quæ in communi ſermone diceret nemo: vt δόμων ἀπὸ pro ἀπὸ δόμων, id eſt, domibus ab, pro ab domibus: & σίθεν pro σοῦ, id eſt ſui: & νὶ pro ἀντὶ, id eſt ipſum: & ἀχιλλίως περὶ pro περὶ ἀχιλλέως, id eſt, Achille de, pro de Achille, cæteraq; huiuſmodi: prorſus ignorans, quod hæc omnia dum proprium vitāt, plebeiam interim dictionem effugiunt. Cæterum magni negocij eſt, in ſingulis à decenti non diſcedere, minimeq; abuti cōpoſitis nominibus, linguiſq;: cum primis vero decenter vti trāslationibus, maxime eſt arduum. id quod vnum nō aliun de quæſitum ſit oportet, verſatiliſq; ingenij indolem præ ſe ferat. Etenim rectè quid trāſferre, ſimile aliquod illius cōtemplari eſt. Duplicia vero nomina vt maximum in modum Dithyrābis quadrāt, ſic Heroicis linguarum varietas. Iābicisq; trāslationes. quāquam Heroicis quidem ſupradicta oia valde vſui ſunt: Iambicis vero, quòd maxime colloquia æmulentur, cuncta illa cōueniunt nomina, quibus rite quis in ipſo ſermone vtatur. ſunt autem hæc, propria, metaphorica, ornata. De Tragœdia igit. deq; ad actionē accōmodata imitatione, ſatis hactenus à nobis hæc dicta ſint.

De Epopœica Heroica'ne imitatione, ipſiusq; cum Tragœdia conuenientia, ac differentia. Cap. XXII.

DE narratiua vero, & per numeros imitatione, quòd ipſæ quoq; fabulæ, non ſecus ac in Tragœdijs actus, cōſtituere debeāt, pariterq; circa vnam, eamq; integram atque perfectam actionē verſari, principio ſcilicet, medio, fineq; conſtātem, à qua ſanè, velut ab integro quopiā animali, voluptas quædam peculiaris proficiſcatur, omnino manifeſtum eſt. itēq; quòd hiſtorijs vſitatis diſſimiles eſſe debeant: quæ quidem non vnius tantū actionis præbeant notitiam neceſſe eſt, ſed tēporis vnius, omnium ſanè, quæcunq; in eo tam circa vnum, q; plures contigere, eodem ſcilicet modo, quo lingula quęq; inter ſe, vt caſu euenit ſe habent. verbi cauſa: circa idem tempus

nauale bellum in Salamine, præliumq; Carthaginiẽſium in Sicilia, quæ minime quidem in eundem exitum ſpectant: ita quoq; in inſequentibus temporibus, dum alterum interdum poſt alterum fit, quibus vnus nõ eſt exitus. id quod ferè poetarum non pauci efficere ſolent. Quamobrem, quemadmodum ſuperius diximus, ob id etiam præ cæteris diuinus Homerus videri iure debet, quòd bellũ quidem alioqui principio, medio, fineq; conſtãs, totum ſcribere minime eſt aggreſſus: ſi quidem vel nimis magnum euaſurum, atq; adeo pceptu difficile exiſtimauit: vel, ſi ad iuſtam magnitudinẽ perſtrinxiſſet, inculcatum nimia varietate futurum. Nunc vero eius rectè vna duntaxat parte ſuſcepta, pluribus in ea Epiſodijs vſus eſt: ſicuti nauium catalogo, alijſq; Epiſodijs, quibus Poeſim ipſam locupletiſſimã reddit. Alij vero circa virũ vnum, tempusq; duntaxat vnum verſanẽ: ſed actionem ipſam multimembrẽ conſtituũt: quemadmodum qui Cyprica, & Iliadem paruam conſcripſit. Verum enimuero Ilias ſimul atque Odyſſea vna tantum Tragœdia, duabus ad ſummum claudi poſſunt: contra Cyprica non niſi pluribus. tum parua Ilias ex octo amplius conſtat: vt ſunt armorum iudicium, Philoctetes, Neoptolemus, Eurypilus, Emendicatio, Lacæna, Ilij excidium, Reditus, Sinon, Troiades. Iidem præterea generibus Epopœia, quibus Tragœdia conſtet, eſt neceſſe. etenim vel ſimplicem, vel complicitã, vel moralem, vel patheticam hanc eſſe oportet. Cui totidem, eædẽq; partes, præter harmoniam, & apparatum reſpondent: vt quę peripetijs, agnitionibus, affectibus, adhuc etiam ſententia & dictione, egregijs quidem omnibus indigere videatur. quibus ſanè cunctis & antea alios, & pleniſſime Homerus vates vtitur. ſiquidem vtroq; poemate hæc omnia complexus eſt. Vt enim Ilias ſimplex, atque pathetica cum continet genus, ſic Odyſſea cõplicitum, vt quæ agnitionibus cõſtet, & per totum morata ſit: ad hæc quoq; dictione, atq; ſententia, cæteris mirum in modum vatibus antecellit. Differt autem Epopœiæ contextus à Tragico, longitudine, metroq;. itaq; longitudinis præfinitio ſit, de qua nobis ſatis eſt dictum, vt principium ſimulq; finis conſpici queat. hoc aũt fuerit, ſi contextus ipſi, veteribus quidem minores erunt: plures vero Tragœdias ad vnam auditionem diſpoſitas complectentur. Quippe proprium Epopœiæ eſt, poſſe plurimum in magnitudinẽ excreſcere: id quod aſſequi Tragœdia non poteſt. quandoqdem hæc plura ſimul facta imitari nequit, ſed id ſolummodo, quod in ſcena tunc, atq; adeo pernes hiſtriones eſt: contra in Epopœia, vt quę mera enarratio ſit, plures veluti partes tranſactas conglutinari permiſſum eſt: quibus ſanè perinde ac ſibi ꝓpriꝭ, poematis ipſius quaſi grauidus auget vterus. Quapropter hac prærogatiua cùm polleat, tum facilem ad magnificẽtiam aditum habet, tum ad auditorẽ ſubinde leuandum, neq; non diſſimilibus Epiſodijs cuncta ad peragẽdum. Etenim Epiſodiorum vniformitas, vt quæ cito ſatietatem afferre ſoleat, in cauſa eſt, cur Tragœdia ad finem feſtinet. Heroicum vero carmen ex ipſa quidem experientia congruẽs eſſe apparuit. Etenim, ſi quis alio quolibet metri genere, pluribus'ue inter ſe mixtis, enarratiuam facere imitationem aggreſſus fuerit, præter ipſum decens factum videri poterit. quandoquidẽ numerorum omnium ſtabiliſſimum, atq; turgidiſſimũ Heroicũ eſt. quo ſanè fit, vt linguas, atq; translationes potiſſimum admittat. nam motus ipſe enarratiuus præ cunctis alijs excellens eſt. Iambi vero, atq; octonarij mobiles quidem ſunt: verũ vt hi saltationibus, ſic agendis rebus illi aptiſſimi ſunt. ad hæc illud etiam magis abſurdum, ſi quis, vt ipſe Chæremon, hos miſcuerit. Quare longum contextũ alio, præter ꝯ heroico metro nemo panget: nimirum id congruere (ſicuti diximus) natura docet. Proin vates Homerus in hoc quoque, quemadmodum & in cæteris, præcipua laude dignus eſt: quandoquidem omnium vnus, quid ipſum deceat poetã, minime ignorat. Decet autem hunc ex perſona ſua pauca dicere, quòd in eo imitator non ſit. itaque vates alij, dum hoc ſtudio ſemper certãt, pauca interim, pauciſq; in locis imitatione aſſequuntur: cõtra Homerus pauca admodum præfatus, modo virum, modo mulierem, interdũ mores aliquos inducit. nihil enim vnquam nõ moratum: at ſemper moribus præpollens, quodcunq; confingit. Sanè conuenit Tragœdiæ ipſum præbere mirãdum, magis aũt Epopœiæ: quod videlicet proportione reſpondeat. ideoq; mirandũ maxime huic conuenit: quoniam in ea ad ipſum agentem minime reſpicimus. Porrò, ſi quis illa, quæ de perſecutione in Hectorem ſunt, in ſcenam aferat, vtiq; ridicula apparere fecerit. nam & illos ſtare, & hũc abnuere videre eſſet: id quod prorſus in ipſis carminibus latet. Cæterum mirãdum ipſum per ſe eſſe gratum, argumẽto ſit: quòd omnes huiuſmodi aliquod, dum nunciant, veluti dicturi in gratiam, id ſemper exaggerant. Homerus vero præcipue alios docuit, quo pacto mẽdaciũ ipſum dici oporteret:

teret: qtod profecto paralogiſmus eſt. Exiſtimant enim homines, cùm hoc ipſo exiſtente, ſiue facto, hoc ipſum fiat, ſi poſterius ſit, etiam prius eſſe, vel fieri: quod quidem mẽdacium eſt. ſed ob id ſanè mẽdacium primũ eſt, quòd alio quopiam exiſtente, hoc idem eſſe vel fieri neceſſe ſit: ſiquidẽ cùm hoc eſſe verũ ſciat, anima noſtra paralogiſmo colligit, etiam primum eſſe verum. Cuius exemplum ex Niptris ſumi poteſt. itemq; fieri quę neutiquam poſſunt, modo veriſimilia ſint, potius qdem eligenda eſſe, ꝯq; quæ minime veriſimilia, licet fieri poſſint. Sermones quoq; ipſos adeo non ex parte rationis expertium cõſtitui debere, vt etiam nihil, quod non ſumma ratione prędium ſit, contineant: ſi vero ſecus fiat, extra ipſam fabulationẽ ſaltem ſit. exempli gratia: ignoratio Oedipodis, quo pacto Laius occuburit, non autem in actibus: ſicut in Electra Pythicorum nũciatio: itẽq; in Myſis, ex Tegea mutus vt loquereꝰ, profectus in Myſiam eſt. quapropter locutum fuiſſe dicere, fabula quidem ridicula eſſet. etenim à principio eiuſmodi conſtituendæ non ſunt. at ſi ſemel conſtitutæ fuerint, & ita ſint receptæ, eas admitti quamuis abſurdas, probabilius erit. quandoquidem illa etiã in Odyſſea circa Vlyxis expoſitionem rationis expertia ſunt: quæ quidem nullo pacto toleranda apparerent, ſi hęc eadem non bonus aliquis poeta cõſinxiſſet. nunc vero diuerſis bonis abſurdum illuſtrãs, ſuaue ipſum poeta reddit. Cęterum in dictione, otioſis in partibus maxime elaborãdum: ſecus autem in his, quæ moribus, quæq; ſententia polleant. quandoquidem ipſa valde luminoſa dictio, tum mores, tum ſententiam, quæ quidem per ſe ſatis cõſpicua ſunt, obumbrare ſolet.

De obiectionibus in Poetas, earundemq; ſolutionibus. Cap. XXIII.

CAeterum dubitationes, ac ſolutiões, ex quot videlicet, qbus'ue generibus conſtent, ita conſiderantibus manifeſtæ fient. Et enim cùm imitator poeta ſit, ſicuti quoq; pictor, vel alius imaginum deſignator, eorum ſemper vnũ aliquod, quæ tria numero ſunt, imitetur neceſſe eſt: qualia videlicet fuerunt, ſiue ſunt: vel qualia dicũtur, videntur'ue: vel qualia eſſe oportet. hæc autẽ dictione tũ per linguas, tum per translationes enunciantur. Multæ enim dictionis ipſius affectiones ſunt, quas poetis indulgemus. Ad hæc nõ eadẽ eſt rectitudo Ciuilis facultatis, quæ Poeticæ: ſed nec alterius vllius artis, prętquam Poeticæ. Huius vero peccatum omnino duplex eſt, alterum per ſe, alterum per accidẽs. itaq; quod ad imitandum non imitabile ſibi propoſuerit, per ſe huius peccatum erit: proponere vero non recte, per accidens. Quemadmodum vtrunq; dextrum latus equum promouentem, aut ſecundum vnamquanq; artem peccatum: veluti gratia: ſecundum medicinam, aliam'ue quamlibet artem: aut etiam, ſi quæ fieri nequeunt, confinguntur. Qualiacunq; igitur hæc fuerint, minime quidem per ſe huius peccata dicimus. quo fit, vt obiectiones in quæſtionibus, ſi quis ad hæc reſpexerit, ſoluturus ſit. Ac primum quidem, tametſi peccemus ſemper in his, quæ ſecundum artem ſunt, ſi quæ fieri nequeunt, confingamus: rectè tum id factum ſe habebit, ſi propterea eiuſdem finem aſſecuti fuerimus. dictus eſt enim eius finis: verbi cauſa, ſi hoc pacto, vel id magis ſtupẽdum fuerit, vel aliqua ipſius pars huiuſmodi reddatur. Exemplum ſit, illa in Hectorem perſecutio. ſi ergo finem magis, minus'ue aſſequi contigerit, peccatum verum in his, quæ circa artem ſunt, fuerit: nequaquam ſatis tecte id fiet. qppe ſi fieri poteſt, nullo pacto peccãdum eſt. Prętera vel eſt in his peccatum, quæ ſecundum artem ſunt, vel quæ ſecũdum aliquod accidens. leuius enim fuerit, ſi ceruam cornua non habere ignorauerit, ꝯſi non bona imitatione deſcripſerit. Ad hęc, ſi quis ex parum veris arguatur, at certè quam eſſe decet, ſolutio ſit: id quod Sophocles dixit, ſe quidem homines, quales eſſe oporteret effingere: Euripides autem, quales eſſent. Quòd ſi neutro ſoluendum ſit modo, at certe ita eſſe dicuntur: reſpondendum erit, veluti in ijs, quæ ad ipſos pertinẽt Deos. fortaſſe enim ſic dicere neq; meliorem in modum, neq; ſecundum veritatem fuerit. ſed tamen ita contigit, vt Xenophanes ait, ferunt hæc. quanquã non meliorem fortaſſe in modum, nihilominus ita ſe habuere: velut illud, quod de armis perhibetur. Rectæq; ſolo prætixæ haſtæ. Sic enim eo tempore moris erat: vt nunc etiam apud Illyrios. An vero recte, vel non recte à quoquam ſiue dicatur, ſiue fiat, ſi quis inquirere velit, non modo ipſum factum, dictum'ue conſiderare debet, vtrum laudabile an prauum ſit: verum etiam ad agentem, dicentem'ue reſpicere, ad quem videlicet, vel quando, vel cui, vel gratia cuius: veluti cauſa: boni maioris gratia vt fiat: mali maioris, ne fiat. Sunt etiam aliqua, quæ ſi ad dictionem ipſam reſpexeris, licet ſoluere. verbi gratia: lingua, vt Principio ſanè ἐ[illegible], nã ea vox [illegible] fortè non mulos, ſed cuſtodes ſignificat, ac de Dolone: Turpis erat ſpecie; non, quòd

maxime etiam delectat in cõstitutione carminis Poesis, est ne enarratio multarum rerum, quæ vni rei determinatæ accidunt, de qua poema quęritur, in lõgum protrahat, vni nanq: rei multa accidunt, multæq: actiones contingunt. Inquit. Videntur peccasse oẽs poetę, qui hoc genus poematis confixere, cùm de re aliqua in aliam rem transilirent, vnumq: propositum non inducerent præter Homerum. Tu autem inuenies hoc in poematibus Arabum, præsertim in quibus quæritur laudatio: videlicet cp quando quærent enarrare aliqua de ipso laudabili, vt gratia exempli librũ vel gladium, maxime immorantur laborantq: in eius imitatione, & deuiant declinãtq: ab enarratione illius, qui laudatur. oportet denicp vt ars ipsa imitetur naturam: vt scilicet quicquid agat, propter vnum propositum vnicunq: finem id agat. Sic igitur oportet vnius vnam esse imitationem, vnumq: propositum: & vt eius partes habeãt terminatam definitionem, habeantq: principium, medium, & finem: sitq: ipsum medium præstantius illis. Nam res habẽtes esse ordinatum, atq: quadam harmonia cõstitutum, si ille ordo, illaq: series harmonica defecerint ab eis, deficiet quoque ab eisdem sua propria actio. Inquit. Nec latet, cp propositum sermonũ poeticorum non est vt fiat imitatio rerum falsarum fictarum in eis. hęc enim non est poetæ actio, vt quę vocantur figmenta & historiæ. vt quod in libro Heracleidę, vel Theseidę (Arabice Chelię, & Dhemenę.) Sed poeta loquitur de rebus, quæ sunt vel possunt esse. de his enim quęritur, scilicet vt eas fugiamus, vel insectemur, & quęramus, vel vt ipsa imitatio & confictio illis conueniat correspondeatq:, vt in differentijs ipsius imitationis dictum est. At officium figmentorum professoris atque historicos differt ab officio poetarũ, quamuis illi exerceant illas fictiones, & rerum nouitates, historias atq: similationes metrico sermone. Nam licet vterq: horum conuenitat in metro, tamen alter eorum perficit officium suũ, quod proponunt per ipsam tabulã: quãuis non fiat metro, & est videlicet illa intelligentia, quam adipiscimur ex illis historijs fictis & simulatis. Poeta vero non adipiscitur perfecte propositum suum circa rerum imitationem, nisi metro. historicus ergo atque fictionum professor fingit varias res singulares, quæ non sunt vllo pacto, illisq: nomina imponit: poeta vero nomina ponit rebus quę sunt, & nonnũquam de vniuersalibus loquitur. Quo fit vt Poesis sit propinquior Philosophiæ, ęſ quę fictiones ꝓfitetur. Id vero, quod dicit Aristo, hic, est iuxta Græcorũ consuetudinem de Poesi. videtur enim cp id, quod est naturale, fuisse *gẽtibus naturalibus. Inquit. Quod maxime in Tragœdia quęrit, est vt ea quę imitamur sint, non quæ habeãt nomina ficta, quoniam laus vertitur in promouendo ad actiones voluntarias. res autẽ possibiles portius persuadentur atq: creduntur, vt est ipsa poetica certitudo, seu verificatio, quæ animam promouet ad inquirendum vel fugiẽdum. Rebus vero, quę non sunt, raro imponuntur neq: finguntur nomina in ipsa Tragœdia. Ille præterea modus imitãdi, quãuis sumopere conducat ob relationem, & proportionẽ actionum illius rei simulatæ atq: fictæ, etiusdẽq: passionum ad res, quæ sunt, tamen non debet quæri, vel in vsu poetin ipsa Tragœdia, quę est ars laudandi. Quoniam is modus imitandi ac fingendi non cõgruit omnibus naturis: immo plures hominum eum irrident, molesteq: ferunt. Ex his igitur patet poetã esse poetam per vsum fabularum, atq: metrorum, prout habet vim imitandi: ipse autem circa imitationem versatur rerũ existentiũ, quæ à voluntate pendent, atq: arbitrio. Nec suum est imitari tantum ea quæ sunt, verum & quæ arbitratur posse esse. ob hoc enim poeta est: nec ꝓpterea à poeta discedit imitando res, quæ sunt. nihil enim prohibet ea extitisse eo modo, quo nũc sunt. Cæterum nõ oportet præstantissimum poetam perficere imitationẽ per exteriora, hoc est historionem esse per gestus corporis atq: vultus. hoc enim pseudi poetæ, ac falsi & ficti efficiunt: qui videlicet volũt apparere poetę, cùm nõ sint. neq: probati poetæ id agunt, nisi cum quærunt certare contra vsum falsorum poetarum. sed si contra optimos poetas certant, id nullo modo agũt. Præstantissimi tamen poetæ quandoq: cogũtur vti episodijs in ipsa fabula, hoc est introductione rerũ exteriorum, id est historionum gratia, atq: alienarũ ipsi fabulæ. non enim semper fit imitatio rerum perfectarũ, quas poslumus perfecte imitari, sed rerum etiam imperfectarum, quæ difficile confinguntur in oratione. & ideo in eas imitatione introducuntur res exteriores: præsertim cùm quæritur imitari ipsas sententias, quarum imitatio est perdifficilis: cùm non sint actiones neq: subsistentiæ. Admiscentur præterea nonnunquam atq: introducuntur huiuscemodi res extraneę, & est id quod vocatur historio, & gestus vultus in poeticis imitationibus: ac fit casu vel fortuna, præter aliquod propositum prouenire apparent: habebuntq: admirãdam actionem, cùm ea, quæ à fortuna proficiscuntur, admirationem pręferant. Inquit. Plures quidem fabulæ pollent atque præstant in imitatione simplici, non diuisa in varios modos: plures vero aliæ præstant in diuisione modorum corporis similis atq: imitatiõis. etenim vt res se habet in imitatione, ita in actionibus, quemadmodum ergo actionum alia efficitur vnico simplici actu. & est vna continua absq: peripetia: alia vero actu compositio & implexo, ita etiam de imitatione est dicendũ. Illa autem simplex imitatio, in qua agitur alterũ duorum generum imitationis, videlicet vel quod vocatur peripetia, vel quod vocatur agnitio, demonstrationis assumptio. Implexa vero imitatio est illa, i qua vtrq: genus simul reperitur, nempe cùm inceperit quis a peripetia, mox trãsferatur ab ea ad agnitionẽ: vel ab hac inceperit, deinde ex ea ad peripetiã transferatur. cõuenientius tamẽ est primo incipere à peripetia, mox transcendere ad agnitionem. nam multum interest, quisnam incipiat primo à peripetia, deinde mutet ad agnitionem: vel econtra ab agnitione ad peripetiam. Inquit. Intelligo per peripetiam imitationem contrarii propositi in laudando prius per id, quo animus abeo recedat, retrahatur ue ab illo: mox mutetur transitus qi ab hoc ad imitationem ipsius me laudabilis. vt si quis voluerit tehecitatem vel tehees cõtingere, incipiat prius in tehecitatem inchoęq: contingere, mox ad imitationem felicitatis & inchoationem ei transferat: hoc autem per id, quod est contrarium imitationi inchoationis tam factæ. Agnitio vero est mera imitatio rei tantum. Inquit. Pulcherrima autem est agnitio, si cum peripetia admisceatur. Inquit. Fiunt insuper agnitio, & peripetia de animatis atq: animatis non quatenus per id quęratur aliquid agi vel dimitti, sed imitationis tantum ratione, hoc est propter conuenientiam aliquam. & hoc quidem genus agnitionis, quod dixit, est quod maxime in Arabum poematibus præualet, videlicet agnitio & peripetia, quæ de animatis fiunt. Cumq: duo tpa poematis vtrq: genus imitationis amplexi sunt, sunt maxime pulchra. Inquit agnitio humana, atq: peripetia fiunt pro inquirenda aliquatenus, vel recusanda fugienda ue. horum modi autem agnitio quidoq: ad misericordiam, quandoq: ad metum animum parit. hoc autem est, quod in Tragœdia desiderant semper actiones pulchras laudare, turpes vero detestari. Inquit. Partes igitur Tragœdiæ, seu fabulæ, sunt hæ duæ, quas definiuimus. Tertia superest: nempe, quæ

*aliter verbis tabus.

*aliter verbis.

animi affectiones, vel perturbationes pari. Intelligo per affectiones misericordiam, & metū, atq; similes. Id autem fit enarratione cruciatus, calamitatumque, atque infortuniorum mortalibus euentium. Hæc enim aut misericordiam atq; metum inducunt, quę sunt potissima pars, qua ad affectiones hortamur. quæ quidem sunt propositum ipsius Tragœdiæ apud Aristotelem.

Caput Sextum. De Tragœdiæ partibus quantis: unde ducatur eius opus. De Moribus, Agnitione, Episodijs, Connexione, Solutioneq; fabulæ, Quatuor Tragœdiarum generibus, & Affectionibus, seu Sententijs

INquit. Tragœdiæ partes, prout ad qualitatem attinent, tam superius exposuimus: sed vt ad quantitatem spectant nunc dicendum est. Circa hoc autem ipse Aristoteles memorat quasdā partes proprias carminibus Græcorum. Quæ vero in Arabum poematibus reperiūtur sunt tres. Prima est, quę se habet apud eos in Rhetorica oratione, vt exordiū, in quo enarrant excitationes quædā. secūda est laudatio, vel episodiū. tertia, quæ est velut id quod in oratiõe rhetorica se habet vt conclusio: quam exodum vocant. Hæc autem pars vt plurimum apud eos erat, vel expeditio, i. quærere licentiam ab illo, qui laudatur, aut extollere poema quod dixerat, & prima pars est notior & magis publica hac vltima. Nonnunquā tamen afferunt laudem sine prologo. Et postquam expleuit Aristoteles explicare partes poematis, quæ erant apud eos, dixit. Partes igitur Tragœdiæ, quæ sint qualitatem, & quæ sint quātitatem, tam a nobis dictę sunt. Verum ex quibus locis possit Tragœdia constitui, post hoc dicei, hocq; supradictis addemus. Inquit. Quoniam igitur Tragœdię compositio vt dictum iam est, nō debet esse ex simplici imitatiõe, sed ex diuersis generibus implexa, videlicet ex generibus agnitionis, & generibus peripetiæ, ac terribilium miserabilium affectuonū, animi imitatrix, quæ scilicet animum mouent: quoniā laudes pulcherrimæ, quę ad virtutes hortant, debent constare ex imitatione virtutum, atq; imitatione rerum timorem incutientium, dolorumq; interentium, quibus homo tristetur, vt est aduersa fortuna, in quam incidit, quia est virtutum expers omnino. his enim vehementer anima commouetur ad virtutes assequendas. Nam si poeta ab imitatione virtutis ad imitationem vitij, aut virtuti probitatis improbum se transferet, nihil quidem habet, quod hominem hortetur excitetue ad probitates agendas: eum ex hoc nec amor, neque timor de necessitate nobis insinuantur. In tragicis autem fabulis oportet inueniri contrarium duarum rerum contrarium. quod quidem fit, ex imitatione virtutum ad imitationem aduersæ sortis, in quam probi lapsi sint, se transferat: vel ex hoc ad prosperorum imitationem. Hæc enim imitatio amicum ad misericordiam mouet, eāq; perficit actio, vt ad virtutes recipiendas pareatur. Huius autem generis imitationis plures inueniet historias legis modo nunc dicto, cum illæ historiæ Tragicę actionem indicent, vt est narratio legis de Ioseph & suis fratribus, & aliis huiusmodi rōbus, quę incepatiões, seu correptiones vocant. Inquit. Oritur autem misericordia, si enarretur infortunium immerentis, vt contigisse quempiam, qui id minime promeretur. Metus vero ex hoc fit, si enarretur casus quoq; oriturus, propterea qa fingitur possibile accidere simile eum, qui est illi interior in hoc, id est in animo audientis, eiusmodi quid. Si enim magis hoc debeatur. Mœror vero atq; misericordia ex his oriūtur, propterea qd imaginari potest ea posse accidere illi, qui ea nō meretur. At cùm virtutes seorsum narrantur, non incutietur in animum terror ex earum priuatione, neq; misericordia, vel amor. Si quis igitur voluerit ad virtutes quempiam hortari, debet partē suæ imitationis imponere rebus, quæ dolorem, metū, misericordiāue incutiunt. Inquit. Idcirco pulchra Tragœdia quidem est, quæ ex huiusmodi compositione cōstat: hoc est ex virtutibus, & rebus tristātibus, terrificisq;, misericordiam quoq; afferentibus. Inquit. Quam ob rem illi quidem decipiuntur, qui in Tragœdijs suis illud obseruant, videlicet vt plures partes Tragœdiæ in infelicitatē terminētur. Inquit. Argumento vero illud sit maximo, scilicet hoc insequi Tragœdiam: quoniā in scenis introducuntur, quę tracundiam prouocent. Est autem tracundia dolor cum vehemēti appetitu ad vindictam. ergo narrare infortunia & calamitates, in quas viri probi & præstantes prolapsi sunt maiorem inquam inferent illis erga illos amorem. timorem vero, si virtutibus careant. Aliqui tamen introducūt in illis scenis tragicis imitationem vitiorum & scelerum simul cum rebus laudabilibus, cū habeant quid peripetiæ. Verū vituperare vitia est potius Comœdiæ proprium, q̄z Tragœdiæ. ideirco non debet eorum imitatio principaliter esse in Tragœdijs, sed ppter peripetiam. Si igitur in Tragica fabula enarrent vitia, narrabūtur quoq; in ea procul dubio amici, qui effecti sunt, inimicitiæ inuicem. Tragœdię vero ex enarratione actionum affinium atq; amicorum consistunt. sed de inimico inimici, aut de amico amici, nec in Tragœdia, neq; in comœdia fit mentio: eū ibi nec amicus neque inimicus existat. Inquit. Fabulæ autē terrificæ atq; tristitiam afferentes debent visu approbari: hoc est vt sint veræ certæq;. nam si essent dubiæ, vel ex dubia origine orirentur, nō fungerentur munere suo sibi proposito. nam id, quod homo nō certe scit, nō timet, neq; tristatur ab eo. hoc autē, quod Aristoteles dixit, est causa, ob quam multi, qui non redduntur certiores manifestis, sunt vilissimi viri atque vitiosi. Hoses etenim natura mouentur altera duarum rationum: nempe vel demonstratiua, vel non demonstratiua. hoc autem genus hominum vilissimum à nulla harum duarum rationum mouetur. Inquit. Sunt aliqui poetæ, qui in * Tragœdias introducūt aliquid portentosum, atq; monstrosum duntaxat, & si nec terrificum, neque contristās fuerit. tu autem inuenies plura huius generis in scripturis legis. in poematibus vero Arabū laudes virtutum nō inuenies. verum hac nostra ætate reperiūtur in statutis, atq; sermonibus scriptis. Inquit. Hæc actio, scilicet portentosa, aliena prorsus est à Tragœdia. Quippe, quoniam nō quæcunq; delectatio contingere à Tragœdia quærenda est, sed quæ est ei propria delectatio. Inquit. Manifestum est, quæ nā sint res, quæ delectationes afferunt in suis imitationibus, præter hoc, quòd sequatur ex hoc dolor, vel metus. Quę vero cum delectatione misericordiam & metum afferant, facile quis id consyderare poterit, si quærat, quæ nam sint res molestę ex aduersi sortunis, & calamitatibus contingentibus, ex quibus nec maximum dolorem, neq; timorem assequatur virtutes, quæ inter amicos mutuem ex infortunijs, & offentionibus ex suo arburio accidunt. non vt, quæ inter inimicos mutuē euenirent. Nemo enim tristatur, neq; miseretur mali accidētis inimico ab alio inimico tuo. vt tristatur & timet ob malum illatum ab amico tuo in amicum suum. Verum licet ex hoc quis dolore afficiatur, nō tamē eo dolore, quo afficitur à malo illato ab altero amico in alterum amicum: veluti frater patrem, vel filius patrē, aut pater filium occidit. Et ob hoc in historia, in qua narratur præceptum fuisse Abraę vt ingularet filiū suum, videtur

Interpret. Credo Auerroē nō intellexisse hunc locum.

* spectaculū Tragœdiæ

videtur esse maxime metum atq; mœrorem afferens'. Inquit. Tragœdia debet esse circa actiones laudabiles, quæ voluntate, & scientia fiunt. quoniam rerum, aliæ nec per notitiam fiunt, neq; per voluntatem: alię vero per notitiam, nō per voluntatem: aut per volūtatem, & nō per cognitionem. ita quoq; actionum, alię fiunt à sciente, aliæ ab ignorante. Quæcunque autem actio absq; cognitione & voluntate euenerit, non introducitur in Tragœdiam. Identidem si ab incognito aliquo proueniat: nam tunc potius inter mendacia vel scelera fa introducetur, q̄z inter fabulas poeticas. nec oportet illā imitari: verum optima atq; pulcherrima est indicatio, quæ ab actionibus, quas non dubitamus euenisse, ex voluntate & scientia atque rebus scitis sumitur. Inquit, Igitur tū quales esse debeant contextus rerum, ex quibus fabulæ poeticæ constant, & quo pacto consistent, satis iam dictum est.

De morib⁹. De moribus vero, quos i Tragœdia imitamur, quales nam esse debeant, nunc tractādum est. Dicamus ergo, q̄ mores cōsecti in optima Tragœdia, videlicet quæ delectat auditores, sunt quatuor genere. Vnum, idq; primum genus morum est, cùm illi mores probitatem præ se ferunt, optimiq; sunt in eo laudato. nam quod in animo imprimit, est imitatio rerum veratum illi laudato inhærentium. in vnoquoq; genere aliquod ineſt bonum, seu probum, & si sint res improbæ. Secundo loco sequitur, vt illi mores conueniant illi, qui laudatur, cōgruātq;. multi etenim sunt mores, qui muliori conuenirent, non conuenient viro. Tertio, vt illi mores in eo reperti, maxime conuenientes atque similes repertātur in eo, quantū possibile fuerit. Quarto, vt sint mediį inter extrema, æqualiq; tenore procedant. Hoc autem ideo fit, quia improbis moribus non laudatur aliquis, neq; moribus non conuenientibus illi, licet sint probi. eidem neq; probis moribus, si non perfectissimo modo, quo fingi potest int confingantur, vel si sufficientes non fuerint. Morum autē, qui probi sunt, præstantemq; probitatem indicant, quidā sunt ita re vera, quidam vero apparenter: alij vero sunt his duobus similes. Optimi vero mores, vel sunt veri, vel vero similes, vel apparentes (seu famosi) vel apparentibus et famosis similes: omnesq; hi in Tragœdiam introducuntur. Inquit. Oportet fabularum solutiones atq; carminum indicare ea, quæ præenarrata fuerunt de moribus in ipsis, qui laudati fuerunt, sicut fit in conclusionibus Rhetoricæ, & vt poeta nihil afferat in fabula sua ex imitationibus, quæ extra Tragœdiam sunt, nisi quantum oratores solēt de hoc afferre: ita vt nec de excessu vel defectu, aut aliquo artificioso Tragœdiæ altero accusetur. Inquit. Tragœdiæ sunt imitatio rerum præstantissimarum. & quemadmodū excellētissimus pictor pingit hominem vt est in se: ita vt iracundos delidesq; & segnes depingit, quamuis ij sint animæ affectus: ita oportet etiam poetam imitari omnia, vt sunt, tum mores, tum etiam animi affectiones, vt Homerus de fortitudine Achillis dixit. Inquit. Oportet poetam vti in sua imitatione rebus consuetis imitari, nec transcendat in hoc limites vsus, & Poesis. Inquit, Multa sunt genera indicationum, quæ hoc ordine procedunt, videlicet ipsa imitatio, quæ recto ordine, & sm artem procedit. nam quædam imitantur res sensatas per res sensatas, quæ solent ambiguitatem afferre illi, qui eas inspicit, & inducunt hominem vt credat ipsas esse easdem, propterea quòd cōmunicāt in affectibus sensibilibus: vt, qui aliqua astra cancro similant, aliqua alia serpenti, quia propter figuram potest aliquis suspicari & imaginari esse eadem, quia cōmunicant in re sensibili. & maior pars imitationū Arabum sunt huius generis. et ideo literę similitudinis apud eos dubietatē afferunt. Et quanto fictores magis accedunt ad dubietatem afferendam, tanto videtur esse præstantiores in fingendo. econtra vero quanto minus ambiguitatem afferunt, minus præstant in imitando, quæ quidem imitationes remotæ debent omnino omitti. Sunt & quædam alia, quæ imitantur res denominatas ac descriptas, per quasdam res sensatas, quando illę res sensatæ habent actiones proportionatas, & correspondentes illis denominationibus, seu epithetis, ita vt existimetur eas esse easdem. vt cùm dicunt gratiā esse monile quoddam, vel est torques, & q̄ beneficientia est ligamen quoddam, vt dicebat alibi in quodam suo carmine. & huius generis multa reperiūtur carmina apud Arabes, sed quæ non correspondent neq; sunt proportionata, vel similia, vt diximus, debent omnino relinqui. hoc tamen genus multum reperitur in poematibus recentiorum. At quemadmodum ea, quæ sunt difficilia inuentu, debent relinqui, ita etiā imitatio rei excellentis & nobilis per vilem debet omitti: immo imitatio debet fieri per præstantiora. Inquit. Extat adhuc aliud genus fabularū, videlicet quæ potius ad veritatem & persuasionem accedunt, q̄z ad imitationem & fictionem, & ad exempla rhetorica magis accedūt, q̄z ad imitationem poeticā. huiusq; generis multa sunt carmina Arabum. Inquit. Tertium autē genus imitationis est illud, quod per reminiscentiam fit: vt cùm poeta affert aliquid, quo in animū aliquid aliud reuocat: vt si quis scripturam alicuius inspexerit, propter quā recordatur de eo, & dolet de ipso, si est mortuus, aut desyderio afficitur, si viuit. hoc etiam genus carminum reperitur apud Arabes sæpe. huic proximus est vsus Arabum ex recordatione amicorū in imitatiõe, quos re imitata habēt. Multitarā tamē Arabes veluntur assimilatiõe, modiq; ipsius vsus sunt plures, et ideo æstimatur q̄ sit ex locis poeticis propriis amor mulierum, attinet tamen quandoq; ad misericordiam. Inquit. Quartū genus imitationis est memorare aliquod individuum simile alteri eiusdem generis. Talis autem similitudo non erit, nisi vel in more, vel in forma. vt si quis dixerit, venit ille, qui est similis Iosepho. Declaratio autem per simile est contraria imitationi, imitatio enim est ambiguitatis suspitio ac intromissio. Declaratio vero similitudinis inter duo est verificare, quod datur simile, & is est finis conuenientiæ ipsius similitudinis, videlicet cùm dicitur, talis est similis tali. Inquit. Quintum genus est, quod per paralogismum fit: quo vtuntur Sophistæ poetæ, & est multum in vsu apud Arabes, vt cū dicitur, hostes nostros cornibus percutiemus, licet essent Sol & Luna. hoc enim totum est falsum, quod plurimum reperitur in fabulis poeticis Arabū. Datur & alius locus sextus apud Arabes famosus, videlicet ponere in suis orationibus rhetoricis, atque responsis res inanimatas vice rationalium, cū habeant aliquas affectiones similes rationalibus: vt est sermo poetę de vmbris, & alia id genus, quæ multa sunt in eorum poematibus. & ipse Aristoteles fecit mentionem de hoc loco, & dixit Homerum habere eum multum in vsu. Inquit. Optima agnitio, & peripetia fiūt de actionibus voluntarijs, & maior pars huius generis agnitionis consistit in laude actionum præstantissimarum, & vituperio improbarum. & hæc raro fit in Arabum poematibus. Inquit. Optima constructio fabulæ poeticæ atq; perfecta eius constitutio fit, cùm poeta deuenerit ad defectibēdam aliquam rem, vel aliquem casum accidentem, seu ret aduentum, ita vt audtores putent id manifestissimum, atq; oculis sensatum sit, et hoc in fabulis poetarum Arabū satis reperitur. Verum hoc genus imitatiōis apud Arabes, vel est de actionibus inconuinentiū, vel de eo cuius conuenientia

similitudinis tantum præcessit, nam multa sunt Arabū carmina, seu fabulæ, quæ de luxu venereo tractāt. multa adhuc, in quibus nihil aliud quæritur, q̄ᵭ conuenientia similitudinis, vel imitationis. Reperiturq̄ hoc etiam in Græcorum carminibus, cùm res occurrentes, ut sunt bella describunt, uel aliqua alia, quibus homines laudantur. optimum autem hoc genus imitationis est, cùm primo statim subsistitur ut omnia, quę describere proponit, mox illis superaddat, & constituat illas tres partes poematis tam dictas, videlicet imitationē, numerum, harmoniam. Loquitur. In dramatibus itaq̄ siue actibus agnitio ipsa est res longa ualde. et videtur innuere per hoc multas esse agnitiones, variasq̄ uerificationes habere. Inquit. Vniuersa Tragœdia partim connexione partium eius cōtinetur, partim solutione. Videtur autem q̄ id, quod maxime similatur connexioni, quę in eorum carminibus reperitur, est illa pars, quæ apud Arabes nexus appellatur. Tandem prologus carminis in partibus Tragœdiæ, & solutio est distinctio illarum duarum partiū, scilicet alterius ab altera, videlicet q̄ deorsum afferūtur. Inquit. Quatuor autem sunt genera Tragœdiæ, quorum tria sunt simplicia, quæ tā dicta sunt antea, videlicet peripetia, agnitio, atq̄ patheticum genus, seu affectiuum, ut eū sit sermo de his, qui apud inferos sunt, vt Ataces, Ixionesq̄. Quartum est, quod ex his constat, siue ex tribus, siue ex duobus eorum. Scias tamen q̄ imitationes horum quatuor generum Tragœdiarum alicuius actionis uoluntariæ ac excellentis non reperiuntur in fabulis Arabum poetis. Inquit. Aliqui poetæ præstant in carminibus lōgioribus suæ orationis: aliqui vero & fabulis atq̄ carminibus breuioribus. cuius rei causa est, q̄a cùm optimus poeta describat omnia fm proprietates suas atq̄ fm suum esse hæc autem sunt diuersa & multitudine, & virtute vnuiscuiusq̄ rei descriptæ: ideirco optima imitatio non debet transcendere proprietates rei, neq̄ eius essentiam. Sunt tamen aliqui qui assuetī sunt, vel à natura sunt prompti ad imitandas res, quæ paucas habent proprietates, hi autem præstant in poematibus breuibus, non autem in carminibus lōgioribus. Aliqui vero alij econtra, scilicet qui carmina longiora efficiunt, hi autem sunt assueti tractare de rebus habentibus multas proprietates, vel sunt a natura sua prompti ad imitari, vel virtus horum vnà concurrunt. Inquit. Aliquæ sunt imitationes & res, quę ad carmina lōgiora, aliquæ vero ad breuiora. aliquādo etiā metrum respondet rei, & non imitationi: nonnunquam vero econtra quandoque metro eorum correspondet. Inuenire autem horum exemplum in carminibus Arabum est perdifficile, vel impossibile. Inquit. Accedūt quidē ad eas res, quibus poemata constant, amne, furor, q̄, aliquæ res exteriores, quæ sunt scilicet alterius generis illi, qui in voce poetæ existit: eiusq̄ figura, vt iam dictum est. Maxime vero hoc in vsu est apud poetas, qui fabulas ex genere pathetico, seu affectiuo fingūt: vt qui de inferis tractāt, sed quia tam locuti sumus de his, quę poemata constituunt, prout sunt eorum veræ partes, nūc cōsentaneum est quoq̄ de his tractare. Dicamus ergo has actiones tantum esse, quæ affectiones indicant, & ideo cum hæ attribuuntur, debent cum illis orationibus adiici, q̄ propterea hæ ostendunt affectionem illam, quam quærimus in oratione affirmare & constituere, ac si tam euidens & verificata esset: sed tam in libris rhetoricis a nobis est de sententijs pathetics rhetoricis, de generibus earundē actionū, quas hæ orationes afferunt, & ideo hæc modi actiones magis attinent ad librum Rhetoricorum, q̄ ad librum Poeticę. Affectiones autem seu attributiones, quæ oratione rhetoricam, aut poeticam afferunt, sunt timor, tristitia, misericordia, exaggeratio, reliquaq̄ iam in libro Rhetoricorum enumerata. Constat autem q̄ quémadmodum dantur sermones has perturbationes afferentes, ita dantur aliqui gestus, & figuræ ipsius dicentis, quæ ostendunt atq̄ affirment ea, quæ has perturbationes afferunt, & q̄ hęc euentant ad euentum rerum, quę ab illis afficiūtur, afficiaturq̄, atq̄ perturbetur, qui ea aspicit, huiuscemodi vero figuræ & gestus, si fiant in fabula, debent quidem fieri cum sermonibus afficientibus poeticis. & hoc siue exaggerando, siue diminuēdo, vel per aliqua miserabilia vel per terrifica, cùm hæc ad artem Histrionicam & Tragicam attineant, vt de sermōnibus affectiuis iam dictum est. fiunt tamen hæc in sermonibus afficientibus, qui non sunt veri, hoc est quòd non sunt manifestæ similitudinis. Quoniā qui sunt manifestæ similitudinis, & correspondent proposito, & sunt veri, nō indigēt his rebus exterioribus: quoniam tunc essent potius ascribendi vituperio & dementiæ, cùm hæc fiant cum his sermonibus, quibus nequeunt propositum assequi, nisi hæc illis annectantur, & sunt sermones mali. & ideo poeta nō debet eis vti, cùm tam abest, vt non verè * liceant, sed perturbant dictionem, & dicentem, qui optimus habetur histrio in mendaciis ponderandisq̄ rebus. Inquit. Satis est poetæ, si ex his figuris, vtatur illis, quæ sunt propriæ vnicuiq̄ generi orationum, videlicet si necesse fit in his histrionem se constituere. Intelligo autem per figuras orationis figuram orationis enunciatiuæ, atq̄ interrogatiuæ, necnon imperatiuæ, atq̄ optatiuę, seu deprecatiuæ. quoniam figura enunciātis differt à figura interrogantis. itidem figura imperantis est alia à figura deprecantis & optantis. ex rebus ergo exterioribus alijs satis est poetæ vti figuris sermonum. nam cùm soleāt elementiam afferre sermonibus poeticis, non debent ascribi parti artis Poeticæ, sed aliæ eius artis parti.

* a.l. sint superflua.

Caput Septimum. De Dictione, ac eius partibus, et ipsius uirtute. De imitatione Heroica, & peculiaribus, ac definitionibus Poetarum.

INquit. Elementa sermonum, in quæ resoluitur omnis locutio poematum Græcorum, sunt septē: videlicet syllaba, coniunctio, nomen, verbum, articulus, casus, oratio. Elementa autem syllabarum sunt individuibiles, itelligo per elemēta ipsas literas: sed non quidem omnes, sed illa tantum, ex qua suapte natura constitui possunt syllabæ: quæ quidem sunt res simpliciores, quibus loqui possit. nam voces ferarum individuibiles quidem sunt in literas: ideoq̄ dictimus nullā vocem earum ex literis cōstare, neq̄ aliquam partem vocis earum esse literam. Vocis autem, quæ est syllaba, partes sunt littera vocalis, aut littera muta. Vocalis est, quæ resultat ex percussione, quæ fit ex labijs aut dentibus, vel alijs partibus gutturis, & est vox compositā inseparabilis: intelligo per inseparabilem, q̄ non potest separari in locutione à littera muta. Vocantur autem ipsæ vocales apud Arabes motus, id est pūcta. & vocantur etiam literæ adhæsionis, & literę aspirationis. Littera vero muta est, quæ cum adiectione literæ vocalis existit: hoc est q̄ habet vocem intelligibilem, seu audibilem, si cum muta complectetur. Muta quoq̄ ex audibilis est, sonumq̄ reddit, adiuncta his, quę aliquam vocem reddunt, vt Ab. Hæ quoq̄ literæ differunt inter se figura oris, locisq̄, quibus inhærent, & à quibus proficiscuntur, longitudine atq̄ breuitate, aspiratione ac tenuitate, & eādem omnibus extremis vocum, atq̄ mediis, quæ inter ipsas sunt, quæ ad metra, et harmonias pertinent. Syllaba autē est vox, nihil penitus significans, cōposita ex muta, ac ex vocali littera.

* Ait interpres. Arist. dixit octo, & addit elementū: & ita legēdum est, apud Auer. vt ex expositione patet.

nam

nam per g. & r. scilicet gr. non possumus seorsum loqui, sed oritur vox ex harum aggregato cum vocali vt gra. & vt verbo dicā, uox ex duobus quidem oritur: nempe ex ea re, quæ se habet vt materia, & vocatur muta litera, & in lingua nostra vocantur mutationes, & literæ contextus, ac tenuitatis. Coniunctio autem est vox composita, minime per se significans seorsum: vt est apud Arabes litera Vau, & dictio item. tandem sunt illæ literæ, quæ locutionem colligant inter se: & hoc apud Arabes efficiunt etiam in initio orationis locatę, vt certè, vel vt sunt literę cōditionales, quæ annexionem & coniunctionem significant vt vel, tunc, cùm, id est, quando. Articulus vero (seu distinctio Arabice) est quoque vox composita minime significans per se. & ut summatim dicam, est id, quod distinguit orationē ab oratione ut an, sed, & literæ aduersatiuę ut at. certe &c. quę tum in initio orationis, tum in fine locari possunt. Intelligo autem cùm dicit uocem non significatiuam per se, uoces simplices, quæ significant in compositione: id est, cùm componuntur cum alijs, & sunt literæ rerū, non literæ alphabeti. Quoniam voces per se significantes, quę ex pluribus constant vocibus, sunt trisyllabę, vel quadrisyllabæ, & aliæ id genus figurarum, quæ quidem sunt nomen, & verbum. Nomen quidem est vox, vel dictio per se significans, aliquid sine tempore, cuius nulla separatā partem rei significat, & hoc tam simplicibus nominibus, q̄ compositis commune est. Nam nominum compositorum ex duobus nominibus vsus non est, vt quælibet pars eorum significet partem rei significatæ per aggregatū illorum duorum nominum. vt seruusregis, si ita cōtingat aliquem vocari. Verbum autem est vox, vel dictio significatiua alicuius rei, & tēporis illius rei, cuius nulla per se pars separata significat partem illius rei: vt de partibus nominis dictum est. Differt autem verbum à nomine per hoc, quod significat tempus rei significatæ. nam homo, & album non significant cum tempore, sed iste, vel ibit significant tempus præteritum, & futurum. Casus vero tum ad nomen, tum ad verbum, tum ad orationem pertinent. Nomen autem cadens seu obliquum est nomen relatum alicui, vt sunt apud Arabes nomina punctuata cū parhach, vel cum chirec. oratio vero obliqua est, veluti per modum imperandi, aut interrogandi. Obliquum autem verbum est, quod præteritum vel futurum significat: rectū vero, quod præsens significat: hoc autem est proprium idiomatī eorum. Oratio autem est sermo cōpositus significatiuus, cuius quælibet pars per se significat. Duobus vero modis vna dicitur oratio: aut enim significans vnum per se est, vt hic homo est animal: aut est vna propter coniunctiones eam coniungētes: vt cùm dicitur historia vna. Inquit. Nominis genera aliquod est simplex, & est illud, quod ex nominibus aliquid significantibus minime constituitur. Aliquod vero compositum, & est duplex, nempè vel quod ex nominibus minime significantibus cōstituitur: videlicet prout vnicam rem nominare quæritur: vt seruus solis, seruus arcus. sic enim nihil significant. Aliud est, quod ex nominibus significātibus cōstituitur. Omne præterea nomen aut est * proprium, aut ab alia lingua, aut translatum, quod parum est in vsu, aut ornatū seu metricum, aut fictum, aut productum, aut subtractū, aut commutatum. Proprium quidem est, quod in proprio vsu est omnibus, qui sunt in vnaquaq̄ gente.

Ab alia vero lingua, seu aduentitium nomen est, quod ex alia natione sumptū est: & ipsum poeta intro ducit, eoq̄ vtitur in poemate suo: vt apud Arabes frequenter fit. Translatum vero nomen, quod raro in vsum venit, est illatio nominis alieni atq̄ translatio: vel à genere ad speciem, vt vocare translationem motum: vel à specie ad genus, vt tugulationem mortem vocare: aut à specie ad speciem, vt deceptionem vocare furtum: aut quod transferatur aliquid proportione respondens, vt quando aliquod secundum ad primum simili ratione se habeat, qua quartum ad tertium: vt vocabant aliqui Antiqui senium vesperam vitæ, & vesperam senium diei: quoniam ea ratione se habet senium ad vitam, qua vespera ad diem. Fictum præterea nomen, quod nouum est, à nemine vsurpatum, sed tātum à poeta fictum, & primo impositū. hoc autem apud Arabes non est in vsu: reperitur tamē in artibus nuperrime ortis, & adinuentis: verum quod in artibus fit, translatum est, non fictum. Porrò productum, atq̄ subtractum nō reperiuntur apud Arabes. erat autem productum, quod longiore vocali vteretur, quàm fit eius propria ad partū harmoniam. per subtractum intelligebant nomē aliqua adiectione aut subtractione mutatum, & ablatione atq̄ cōuersione. intelligit autem per hæc, ea nomina, quibus difficile loquimur. per nomen autem intellectum puto intelligat diuersum. Commutatum nomen est metaphoricum, quod ab aliqua re simili vsurpatur, vt stellam vocare aquilam: aut à cōtrario, vt solem eorum vocare: aut ab rei sequela, vt vocare pirguedinem humidum, & pluuium cœlum. Inquit p̄stantior oratio, quæ intelligentiam præstat, est, quæ omnibus est perspicua, neminiq̄ incognita. Hui⟨us⟩modi autem orationes ex nominibus notissimis constant, quæ tradītione recepta iam sunt, quæ paulo ante propriā vocabula nomina, appellantur quoque dominantia ac viualia. & oportet obliuioni non tradi, quis sit ille poeta, qui maxime hoc genere dictionum vtitur. Inquit. Orationes præstantiores, maximeq̄ venerandæ sunt, quę ex nominibus receptis constant, atq̄ ex vocabulis peregrinis translatā sunt, & ex commutatis, & cognominibus. nā si totū poema fuerit expers propriarū dictionū, erit vtiq̄ ænigma vel barbarismus: & ideo barbarismi & ænigmata cōstāt ex peregrinis nominibus. Voco autem peregrina, trāslationē, extensionē, varietatemq̄ linguarum: hoc est nomen translatum, metaphoricum, æquiuocum, & varietate linguarum præditum. At si quis hæc omnia simul congerat, vt diximus, ænigma efficiet vel barbarismum: ænigma quidem, si trāslationes: barbarismum vero, si linguas. Aenigma ergo, ac Barbarismus est oratio, quæ ex minime congruentibus inter se ita, vt correspondeant alicui rei, constāt. Quòd si per dictiones vulgares ac triuiales id fiat, tunc congruentia illarum rerum inter se effici non poterit, sed si per dictiones non vulgatas, tunc effici poterit. Virtus autem orationis poeticę præstantioris est, vt ex propriis constet nominibus, sed cùm non triuiale minimeq̄ humile genus quærat, tunc vtatur alio genere nominum. Itaque ridiculus est, qui quærit perspicuitatem, & vtatur nominibus æquiuocis, peregrinis, aut lingua varia, aut fictis. quemadmodum ridiculus quoq̄ erit, qui quærit admirationē, seu excludere vulgare, ac delectationē quærat, si nominibus plebeis omnibus notis vtatur. Ergo poeta non debet excedere in vsu nominum non propriorum, ne ad ænigma labatur: neq̄ etiam proprietatum, ne à forma poetica ad sermonem omnibus vulgatum labatur. Inquit. Concinnitas atq̄ conuenientia dictionum inter se inuicem, atq̄ mensura eq̄ omnibus partibus correspondens est quidem quædā regula necessaria, cōmunisque omnibus dictionibus, quę sunt partes orationis poeticę. nam nos inuenimus poetas, qui licet vtantur vocabulis propriis, vbi homines

Aueroes dicit verum

Hic Auerroes omittit locum Aristotelis, & ideo locutus est.

mines eos irrident propter huiusmodi vsum eorũ, nihil minus eorum poema non erit expers horum duorum, videlicet metri & harmoniæ in mensura, immo hoc est cõmune cunctis generibus poematis. at in carminibus, quæ ex nominibus diuersis constant, hoc magis apparet. Concinnitas uero dictionum ad mensurã, de qua locutus est, est ipsa cõuenientia inter se ses in numero literarum. et si cum hoc adhuc conueniant in tota Poesi, aut in parte eius, vocatur cõcinnitas & correspõdentia seu proportio à contemporaneis nostris.

Interpres. Auerois voluit imitari Aristotelem in tradendis exemplis de cõcinnitate, & attulit exẽpla in Arabica lingua, quæ non ita respondent.

Inquit Auerois. Concinnitas in carmine multifariã fit, nã vel erit in tota oratione, & toto negocio seu significato, vt proditor proditor est, depredator depredator est, & alia id genus: vel erit in parte orationis & parte negocij: vel erit in parte orationis & in toto negocio: aut in tota oratione & parte negocij: aut in tota oratione tantũ, aut in parte orationis tantũ, aut in toto negocio tantum, aut in parte negocij tantum. exemplum concinnitatis in parte orationis ex parte negocij (seu significati) sunt nomina derivata ab eodem significato & vsu vt cùm dicimus, quot sunt viri punẽdi, tot euenirẽt punitiones: & pro mensura & quantitate ambitionis erunt ambitiones. Exemplum concinnitatis in parte orationis & toto negocio: vt cũ dicimus moneta est excussio principis, & excussa à principe. Exemplum vero huius contrarium in tota oratione & in parte negocij: vt cùm nominibus vtimur dubijs vt cum diceretur tegebat carnem sur: & comedebat carnem sur. & quæ conueniunt in parte orationis tantum: vt si dicatur petrus vocatur, & petram habet. quę vero in toto negocio tãtũ, ut sunt nomina synonyma, ut fortis, robustus. exemplum eorũ, quæ in parte negocij tantum, vt sunt nomina disperata & distincta, quæ vnum & eandem rem significant diuersis modis, vt fauus, mel. Carmina vero Arabum cõcordant in quantitate seu mensura, & in calce finęq; orationis, siue in vna litera, quæ est vltima, siue in duabus literis. Porro metrum seu numerus partium orationis quadrifariam fit: primo si afferatur aliquid & eius simile. vt si dicatur sol & luna: aut contraria afferãtur, vt si dicatur nox & dies: aut afferatur aliqua res, & quæ sunt circa eius vsum, vt equus frenum, & sagitta arcusque. aut res correspondentes & proportionales afferãtur, vt rex & Deus. hęc autem proportionalia & correspondentia ex quatuor sumuntur rebus.

Inquit. Oratio est varia, & mutatur a propria & vera, cum afferuntur in ea nomina metro concinna atq; peregrina, aliaq; id genus mutationum. Argumento autem est, q̃ oratio poetica sit varians: quoniam cùm mutatur variaturq; vera oratio, vocatur poema vel oratio poetica: habetq; a tionem poematis seu iungitur officio poematis. tu autem inuenies poemata commouentia seu incitantia ita se habere omnino. Quòd si fuerit expers mutationum, nihil Poesis habebit præter metrum tantum. fiunt autem varietates numero, & concinnitate, & permutatione, & imitatione, & tandem affert orationem non vsitatam, vt est dimissio, & euersio, additio, atq; negatio, prioritas, posteritas, imitatio sermonis ex affirmatione ad negationem. vt si quis dixerit quisnã interfecit hunc præterite, vice huius scilicet, tu interfecisti eũ: & ex negatiõe ad affirmationem etiam, & demum ex oppositõ in oppositum. Ex varietatibus vero pulchris est concursus contrariorum in eandem rem, ita ut unũ contrarium sit causa alterius contrarii. præstantior autem horum sermonum est, qui clarior ac manifestior similiorq; raro tamen reperitur hoc in poemate: quoniam horum quodcunque fuerit clarius atque similius, indicat maiorẽ experientiam: & hoc genus amplectitur opti-

mam actionem poematum: hoc est monere animam. exempli causa mos cùm fuerit uehementis similitudinis, præstabit optimam imitationẽ atq; intelligẽtiam simul. Quãdoq; tamen accidit ex permutatione proportionata seu correspondente exigua intelligentia, atque perceptio in animo audiorum eius. ut cùm dicebatur, quando dignosceris & distinguetis inter capillos flauos & albos: aliqui enim putabant albos esse ueros, sed pro flauis intelligeretur adulterũ. Inquit Nomina composita quadrant illi metro, in quo publicatur optima fama de bonis viris prẽter aliquam pronunciationem alicuius particularis uiri eorũ. hęc autẽ raro inueniuntur apud Arabes, ut seruisolis pro seruussolis. nomina autem uariata quadrãt illi poemati, in quo agitur de die iudicij & perturbationibus quibusdam: & hoc genus poematis est apud Græcos notũ. Metaphorica uero nomina peregrina sunt propria poematibus, quæ de exemplis & iudicio ac historijs publicis agũt. Inquit. De Tragœdia igitur, & de imitatione accõmodata ad actionem, ac de his, quę communia sunt generibus poematum, satis hactenus à nobis hæc dicta sint.

Interpres. Auer. digressus est, vt ꝺ̃ plecteretur genera poematum Græcorũ p̃ poemata Arabica, & confundit Aristotelis sensum, obscure loquendo.

[a] Historiæ vero narrauiæ, seu fabulæ partes, sunt principium, medium, finis, non secus ac in Tragœdijs & in imitatione. verum illarum imitatio nõ est actionum, sed temporum, in quibus illę actiones euenerũt. his enim fit imitatio dispositionum, videlicet, quonã modo se habuerunt dispositiones temporis prioris ad eas, quæ posteriores: identidem translatio posterioris & regni, & dierum. huius autem generis imitatio raro fit in lingua Arabica, fœpissime vero in historijs legalibus. Inquit. Partes huius generis sunt eadem cum partibus Tragœdiæ præstantioribus, scilicet peripetia & agnitione, & quę ex his duabus constant, quandoque tamen aliquę eius partes sunt genus pathetici, vt in Tragœdia etiam. & iudicia etiam eorum in vsu harmoniæ, & apparatus sunt iudicia Tragœdiæ.

a De imitatione heroica.

Iacob. Aristotelis dicit hic prẽter harmoniam, & apparatũ, cõtra sententiã Auerois.

Narrat autem Aristoteles differentiam, quæ est inter Tragœdiam, & alia genera Epopœiæ, quæ erant eis propria, vt quæ peripetijs, agnitionibus, affectibus, atq; sentẽtia, & imitatione, dictioneue: & q̃ dantur quædam metra, quæ magis cõgruunt quibusdam poematibus q̃ quibusdam alijs. Narratq; Aristoteles quis poetarum rectè, & quis nõ recte se gesserit in hoc, extollitq; Homerum super cæteros alios. Totum tamen hoc est proprium ipsis Græcis: & non reperitur apud nos simile: vel quia hoc, quod Aristoteles narrat, non sit commune pluribus gentibus: vel quia in his cõtigit ipsis Arabibus quid præter naturale, & est euidẽtius. quoniam absit, q̃ Aristoteles in hoc suo libro describat aliquid, quod sit proprium ipsis Græcis, sed quod sit commune cunctis gentibus naturalibus.

Inquit. Id quod poeta affert, debet esse breuius respectu orationis imitationis, vt quod faciat prologũ breuiorem: deinde se transferat ad id, quod vult imitari, & nihil inusitatũ circa hoc afferat, sed vsitatum tantum quia inusitatum negatur. dixit autem hoc, vt opinor, quia gẽtes habent in suis imitationibus proprios vsus secundum tempora & regiones. Inquit. Si sermones longiores fiant, nullamq; varietatem, neq; imitationem habuerint, tunc cõsyderare oportet in hoc, vt afferantur dictiones notę, quæ significant res ipsas, non contrarias, vel diuersas, quæ ex rebus apud eos manifestis constẽt, Sintq; faciles in sermone, & videtur q̃ hoc sit, quod apud Arabes elegantia sermonis vocatur. verum oportet hunc sermonem esse manifeste verum, & vulgatum. nam veritas, quam conatur afferre, solutt peccatum exiguæ eloquentię, quam obtinet, exiguæq; varietatis & imitationis.

Iacob. Non fuerunt in Aristotele hoc, quod dicit Auerois.

Inquit

De peccatis in poematibus.

Inquit. Sex sunt peccata, quæ in poemate committũtur, propter quæ oportet poetam corripi. Primum est, quod imitetur id, quod est impossibile: quoniam imitatio debet esse de re, quæ est, vel existimatur esse, vt cõfingere malos per dæmones, vel per id, quod est possibile vt in pluribus, vel in paucioribus, vel ad vtrumlibet indifferenter. hoc enim genus rerum magis congruit Rhetoricæ, quàm Poeticæ facultati.

Secundum peccatum poetæ est, vt falsificet imitationem. vt pictor, qui addat in aliqua figura aliquod membrum, quod non habet, vel eam depingat in loco, in quo nõ debet esse: vt si proles in priori parte animantis effingat quadrupedis, manus vero in posteriori. Tertium peccatum est, effingere rationalia animantia per irrationalia: quoniam hoc quoq; est ex locis correptionis. nã veritas in hac imitatione erit exigua, falsitas vero plurima, nisi forte quis aliquem imitetur affectum ipsius rationalis, qui sit communis rationali & irrationali. hoc autem in consuetudine solet esse, vt assimilare mulieres ceruis. Quartum peccatum est, imitari aliquid per aliquod simile contrario eius, aut per proprium contrarium. Quintum est, si afferat nomina, quæ indifferẽter significant opposita, vt amotio, & multa alia in lingua Arabica reperiuntur. Sextum, vt si dimiserit imitationem poeticam & transferat se ad persuasionem, vel ad veras orationes: præsertim cùm oratio fuerit derisoria & demẽs minimę persuasionis, hoc tamen genus potest esse quandoq; congruum, videlicet cùm fuerit exiguæ persuasionis, vel verum: hoc est, q̃ in eo sit exigua varietas.

Interpres Aristotelis ait, q̃ hi errores ad obiectiones Auerois contra poetas sunt duodecim, nõ autem vt Auer ait q̃ forte habuit malũ textũ.


Inquit. Si loca peccati sunt sex, & loca solutionis sunt illis opposita: ergo loca peccati essentialis & solutionis, quę sunt propria poeti, erunt duodecim: videlicet sex peccata, & sex solutiones, seu correctiones. exempla vero solutionis non reperiuntur apud nos: quia nostri poetæ nihil horum cognouerunt, vel conſyderarunt. Hæc inquam est summa eorum, quæ intelligere potuimus de sententijs, quas Aristoteles attulit in hoc libro circa orationes communes cunctis generibus Poeticæ facultatis ac propriis Tragœdiæ, id est communes omnibus vel pluribus earum. Reliquum vero, quod dixit in hoc libro de differẽtijs quæ insunt reliquis generibus poesis, apud Græcos, ac ipsi Tragœdiæ est quidem eis proprium: parum tamẽ inuenimus nos de hoc negocio tractare Aristotelẽ in hoc libro, & hoc est iudicium, q̃ hic liber non fuit recte interpretatus, immo reliquum erat tractare de reliquis differentijs multorum poematum, quæ erant apud Græcos, vt promiserat in initio libri explicare. Quod autem omisit, quod erat cõmune, est tractare de Cõmœdijs: sed forte satis fuit de Tragœdia tractare, cùm contrariorũ eadẽ sit disciplina. Tu autẽ facile cognoscas ex his, quæ hic scripsimus, q̃ id, quod conſyderauerũt nostri Arabes de regulis poeticis respectu eorũ, quę Aristoteles scripsit in hoc libro, & in libro Rhetoricorum, est quid minimũ, vt dixit Alfarabius. nec te latebit quo pacto illæ Regulæ rectæ reducunt ad istas: & q̃ id, quod illi dixerunt de hoc, est rectius dictũ, q̃ quod alio modo dictũ est. & Deus qui dirigit sapientem ad viam fælicitatis humanæ dirigat te ad id.

Paraphrasis Auerois in librum de Poetica finis.

REGISTRVM.

** AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM.

** MM Duerniones, HH quinternio, cæteræ quaterniones.



Venetijs, apud hæredes Lucæ antonij Iuntæ Florentini
Anno Domini .M D L.